Universidad de Sevilla
Biblioteca

1516

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 34
Plúteo 9 11

30
1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX EORVM, QVAE HOC IN LIBRO HABENTVR.

Iamblichus de mysteriis Ægyptiorum, Chaldæorum, Assyriorum.
Proclus in Platonicum Alcibiadem de anima, atq; dęmone.
Proclus de sacrificio, & magia.
Porphyrius de diuinis, atq; dæmonibus.
Synesius Platonicus de somniis.
Psellus de dæmonibus.
Expositio Prisciani, & Marsilii in Theophrastum de sensu, phantasia, & intellectu.
Alcinoi Platonici philosophi, liber de doctrina Platonis.
Speusippi Platonis discipuli, liber de Platonis definitionibus.
Pythagoræ philosophi aurea uerba.
Symbola Pithagoræ philosophi.
Xenocratis philosophi platonici, liber de morte.
Mercurii Trismegisti Pimander.
Eiusdem Asclepius.
Marsilii Ficini de triplici uita Lib. II.
Eiusdem liber de uoluptate.
Eiusdem de Sole & lumine libri. II.
Apologia eiusdem in librum suum de lumine.
Eiusdem libellus de magis.
Quod necessaria sit securitas, & tranquillitas animi.
Præclarissimarum sententiarum huius operis breuis annotatio.

SOCIETATIS JESU * BIBLIOTECA COLLEGII LABORI



1516

Universidad de Deusto
Biblioteca

MARSILIVS Ficinus Florentinus Reuerendiſſimo in Chriſto Patri D. Ioanni Medi-
ci ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinali ſuppliciter ſe commendat.

Cum epiſtolam ad te ſcribere ſtatuiſſem in cardinea dignitate nuper tibi collata gratulaturã, co-
gitarem q; cui potiſſimum eam darem tibi reddendam, qui congratulationem noſtram effi-
ceret admodum gratiorem, in academiam me ſubito contuli ſperans in eius ſaltem penetra-
libus ſalutatorem nobis aliquem tibi acceptiſſimum non defuturum. Illic ergo diuina qua-
dam ſorte, primus occurrit Iamblichus inter academicos cognomento diuinus, & magnus
ibi ſacerdos. Cui quidem ſalue inquam Iambliche ſacerdos magne. In præſentia (ut uides)
Ioanni Medici, nouo chriſtianæ religionis antiſtiti congratulaturus ſum, tu precor, ſi iuſta
peto, congratulationem noſtram, alioquin ieiunam, diuinis uerbis, myſteriis q; tuis efficies
pleniorẽ. Annuit ille precibus, atq; hac ad te ſententia Ioãnes ſacerdos magne uenit magnus
ille ſacerdos. Tu igitur ſalutatorem tantum lætus excipe, atq; poſt ſalutationem primã, poſt
lectam epiſtolam, quid diuinus ille loquatur, ſi placet, attentius audi. promiſit enim, ut ſua,
tuaq; perſona pariter digna diceret, ſe tibi breuibus, quid Ægyptii, & Aſſyrii ſacerdotes de
religione, rebus q; diuinis ſenſerint, expreſſurum.

ARGVMENTVM IN LIBRVM IAMBLICHI.

Porphyrius, qui inter Platonicos propter excellentiam philoſophus appellatur, longam in
Ægyptum miſit epiſtolam ad Anebonem ſacerdotem uariarum, & grauium quæſtio-
num plenam ad omnes philoſophiæ partes ſpectantium, præſertim ad deum, atque ange-
los, dæmones que, & animas. ad prouidentiam. ad fatum. uaticinia. magicen. miracula.
ſacrificia. uota. Porphyrii quæſtionibus reſpondit Iamblichus eius auditor. Introducit ue-
ro Porphyrio reſpodentem Abamonem Ægyptium ſacerdotem pro Anebone diſcipulo
ſuo, ad quem Porphyrius miſit epiſtolam. Huius ergo quæſtionis totius, atq; reſponſionis
profecto diuinæ, tanquam in Plotino adhuc nimium occupatus ſingula ferme non uerba,
ſed ſenſa traduxi, ut non mirum putari, debeat, ſicubi diuulſa uideatur oratio, præſertim in-
ter ipſa diſputandi principia, ubi leuior iactura uerborum. Iam deinceps uerborum etiam cõ
textus magis perpetuus apparebit. Coactus uero ſum interdum meum aliquod uerbum uel
continuationis, uel intelligentiæ gtatia interſerere. Velocioris autem editionis etiam in
cauſa fuit Pierleonus uir omnium cupidiſſimus ſecretorum. Verum, id quod in primis ad-
miror, hic ſemper affectare uidetur, quæ iam poſſidet. Nam diuinitate quadam ingenii phi-
loſophorum arcana, & græcorum, & barbarorum non dum lecta conſequitur.

IAMBLICHVS DE MYSTERIIS.

De cognitione diuinorum.

Egyptii ſcriptores putantes omnia inuenta eſſe a Mercurio, ſuos li-
bros Mercurio inſcribebant. Mercurius præeſt ſapiẽtiæ, & eloqo.
Pythagoras, Plato, Democritus, Eudoxus, & multi ad ſacerdotes
ægyptios acceſſerunt. Dogmata huius libri ſunt Aſſyriorum, &
a Aegyptiorum, & ex columnis Mercurii. Pythagoras, & Plato di-
dicerunt philoſophiam ex columnis Mercurii in Aegypto. Columnę
Mercurii plenæ doctrinis. Ante omnem rationis uſum ineſt natura-
liter inſita deorum notio. Immo tactus quidam diuinitatis melior,
quàm notitia, ex quo incitatur naturalis appetitus boni, & ratiocina-
tio, atq; iudicium. Eſſentialis cognitio diuinorum, quæ anima eſt perpetua, ac re uera non eſt
cognitio hæc, qua deo fruimur. In cognitione enim eſt alteritas, ſed contactus quidam eſſentia
lis, & ſimplex. Non enim poſſumus attingere unitatem ipſam, niſi unitiſſimo quodam, & uni-
tate mentis, quæ ſuper animæ, mentis q; proprietatem extat. Vnitas ipſa deorum unit ſi-
bi animas ab æterno per unitates earum ſecũdum contiguitatem tam propriam, & efficacem,
ut eſſe continuitas uideatur. Intellectus diuinus dat eſſe animæ per intelligere ſuum eſſentiale.
Ergo eſſe animæ eſt quoddam intelligere, ſcilicet deum, unde depẽdet. Eſſe noſtrum, eſt deum
* cognoſcere, quia præcipuum eſſe animæ, eſt intellectus ſuus, in quo idem eſt, eſſe quod intelli-
5. gere diuina actu perpetuo. Ab illo autem eſſe præcipuo deriuantur potentiæ animæ diſcurren
tes. Poſt deos ponimus dæmones, heroes, animas puras, hi tres ordines pediſſequi ſunt deo-
rum. Non poſſumus ſolitis humanæ rationis diſcurſionibus attingere deorum pediſſequos dę
mones, heroes, animos puros. Sed neceſſe eſt conſurgere ad eſſentialem intelligẽtiam, & æter
nam. Sicut dii ſemper attinguntur notione innata, ſic numina deorum pediſſequa, tunc pri-
mum attinguntur, quando anima depoſuit modum cognitionis mobilem, qui ad potentiam
ſpectat rationalem, quæ intellectu, intelligentia q; formatur, quem uocant intellectum adeptũ.
Nam prima notitia in agẽte intellectu conſiſtit. Cum cognitio per adæquationem fiat, ſequit
ut minima ſempiterna, & immobilia attingamus, notione ſempiterna, immobili, ſimplici.
Cognitio, qua cognoſcimus ſubſtãtias ſeparatas, eſt in alia ſpecie, q̃ illa, qua cognoſcim⁹ alia.
Cognitio diuinorum fuit ſemper in anima per ſimplicem intuitum, uel contactum. Aliqui 5.
putant ſe aſſecuturos ſeparata per quendam oppoſitionis modũ, ſcilicet materialia ſunt, mobi-
lia, localia, patibilia, &c. Ergo ſeparata ſunt immobilia, &c. Sic utiq; cognoſcitur, quid non
ſint, quid uero ſint, adæquatione cognitionis ad illud, quod animo naturaliter per intellectum
ineſt, acquiritur autem in rationali potentia ſtudio quodam, nec tam comparationis, & conie-
cturæ, quàm ſeparationis, & purificationis officio. Erat & modus diſiunctionis, ſcilicet dii,
& diuina, uel ſunt temporalia, uel æterna. Non temporalia, ergo & cætera. hic etiam modus
ſua mobilitate non congruit immobilibus.

De proprietatibus unius cuiuſq; ſuperiorum.

Iqua compoſitio contra ſubſtantiis ſeparatis, & ſeparabilibus ineſt, non eſt, ex ge-
f nere per ſe indeterminato, & differentia terminante. Illæ enim ſubſtantiæ ſunt cõ-
pletæ ſpecies undiq; in actu determinato, atque completo. Si ſubſtantiæ ſepara-
biles tanquam ſimplices non differunt inter ſe per differentias ſpeciales ſub eodem
genere, ergo neque per indiuiduales ſub eadem ſpecie diſcrepãt. quælibet igitur eſt, quaſi unũ
genus, uel ſpecies per ſe exiſtens. differunt uero ſe ipſis, & ordine graduum, & quoniam ad pri
mum, aliter referuntur. Intelligentiæ inter ſe non conueniunt, uel differunt genere, & diffe-
rentiis ullis, ſimpliciſſima enim ſunt, ſed quatenus uel eadem, uel diuerſa ratione referuntur ad
primum, & aliæ in prioribus, aliæ in ſequentibus perfectionis gradibus diſpoſitæ ſunt. Diffe-
rentiæ rerum inter ſe in actionibus, paſſionibus q; reſoluendæ ubiq; ſunt in iurium differentias,
atque hę in differentias eſſentiarum, neq; alicubi quieſcendum eſt in ſequentibus, ſed ad priora
proficiſcendum. Neque in ſubſtantiis ſuperioribus anima noſtra, neque in hac eſt motio ul-
la paſſiua, ſed totum eſt actus efficax. Motus animæ, quo ex ſe mouetur, non diuiditur in mo

torem, & motum uel mouere, atq; moueri, sed est essentialis actus progrediens temporaliter.

Compositis & formis, quæ sunt in subiecto, competunt accidẽtia, formis immaterialibus nõ conueniunt. Quicquid est in formis separabilibus, est esse, & essentiale præcipua quadam, æquali'q; sorte. Neq; aliquid ibi accidens, aut consequens reperitur. Motus, & actiones sunt differentes propter differentias naturarum, non econuerso. Si dicamus unum esse genus separatorum, confundimus theologiam. Substantiæ separabiles non conueniũt uno quodam genere, in quo per differentias distinguantur, sed se ipsis, & ordine graduum distinguntur. Quatenus per alios perfectionis gradus referuntur ad primum. Conueniunt autem magis inter se quæ per similiorem modum referuntur ad primum atq; ultimum. Bonum duplex, qd̃ super essentiam, quod secundum essentiam. Essentia est proprietas deorum omnium. Ipsum uero bonum super essentiam, & dicitur causa boni, scilicet essentialis boni principium. proinde secundum gradus essentiæ, gradus deorum inter se distinguntur. Animabus rationalibus ultimis non inest essentiale bonum, sicut diis, sed participatio boni secũdum pulchritudinem intellectualem, sed hæc immobiliter inest.

De ordine superiorum.

a Nimæ nostrę in diuinorum generibus computantur. Heroes sunt maiores hominibus, ergo multo grandiores sunt dæmones. Primum diuinorum est ipsum bonum, diiq; sequẽtes. ultimum particulares animæ rationales, horæ media duo sunt, scilicet heroes propè animas, & dæmones prope deos, sicut inter ignem, ac terram est aer, & aqua. Heroes etsi potentia, uirtute, pulchritudine, magnitudine nobis præstant, tamen cum anima nostra, & uita eius multum congruũt. Dæmones sunt superiores heroibus, & ministri deorum tanquam architectorum in opificio mundano. Quæ sunt in diis ineffabilia, & occulta, dæmones exprimunt, atq; patefaciunt. Dæmones, & heroes accõmodant inferioribus uniuersales, simplices, immobiles deorum dotes, & conciliant omnia, atq; harmonici consensus, & compassionis omnium inuicem sunt authores. Traducunt diuina ad nos, & nostra æqualiter ad diuina perducunt. præterea gradus in donis superiorum, & in præparatione susципientiũ æque disponunt. Diuersa diuinorum genera differunt inter se per triplicem modum proprietatum, scilicet quantum ad essentias, & uirtutes, & actiões pertinet. Proprietas deorum est unitas, permanentia in se ipsis, immobilis motionum causæ prouidentia eminens, nihilq; commune habens cum iis, quibus prouidet, atq; hæc proprietas in eis secundum essentiam, & uirtutem, actionem'q; seruatur. Animarum proprietas est declinatio ad multitudinem, & motum, coniunctionem'q; cum diis, atq; ad accipiẽdum ab aliis aliquid, & ea motu uitali replenda, & congruendum ubiq; cum omnibus, partim manentibus, partim uero fluentibus, & ad omnia in se, & per se ipsam contemperanda. hæc uero proprietas in eis secũdum essentiam, & uirtutem, actionem'q; seruatur. Proprietates dæmonum sunt ꝓtinere in se dotes deorum, inferiori quidem modo, quàm dii, sed sub idea, ratione'q; earum continere deteriorum conditiones, dum scilicet multiplicatur quidem, sed unite miscetur quoq;, sed impermiste. mouetur deniq;, sed stabiliter. Heroes contra, sub cõditione multitudinis, & motus permistionis'q; unitatem, identitatem, statum, excellẽtiam habent. Dæmones, & heroes sunt proximi extremis. illi quidem diis, hi animabus. Differentiæ dæmonum ad heroes præcipue, quoniam heroes magis aliquando declinant ad particularia, mobilia'q; q̃ dæmones. Duo media, scilicet dæmones, heroes'q; componuntur ex proprietatibus extremorum, scilicet deorum, atque animarum, sed in dæmonibus plus est diuini, in heroibus plus humani.

Quomodo superiorum actiones inter se distinguantur.

d Ii tenent entium summum, animæ infimum. Dii possunt omnia, momento uniti, animæ contra, nec omnia, neq; momento, neq; unitæ. dii faciunt, curant'q; omnia non inclinati. animæ cum inclinatione, & conuersione quadam agunt. dii sunt prę cipuæ causæ. animæ ex illorum uoluntate perpetuo pendent. dii uigore celerrimo fines suos intimos una cum principiis comprehendunt. animæ ab aliis in alia, ab imperfecto ad perfectum pergunt. Dii comprehendi nequeunt aliqua mensura, uel forma. animæ inclinatione, & habitudine, & nutu detinentur, atque superantur. Et appetitu deteriorum, familiaritate'q; tanguntur, & certas inde contrahunt qualitates.

De intellectu

De intellectu, & anima.

i Ntellectus omnium opifex adest semper omnibus diis plenissime per actum unũ in seipso manentẽ. anima est particeps intellectus magis partibilis, multiformis'q; ad gubernationem accommodati, ac naturaliter in animatis prouidet aliás aliis figuris affecta. Itẽ diis adest a causis superioribus ordo, ipsa'q; pulchritudo, uel causæ utriusq;. animę uero adest ordo, intellectualis'q; pulchritudo. Item in diis est mensura in omnia potens. anima uero mensuram illam determinat, ac per eam agit in aliqua, Dæmones, & heroes tanquam medii inter deos, & animas competenti proportione quo ad extrema, & seipsos pertinet, componuntur ex proprietatibus tam animarum quam deorũ, quas in superioribus enarrauimus. Si uis ergo deorum speciem apprehendere, proprietates animæ rationalis ultimæ cogita, & oppositas in perfectione diis atribue. Si speciem dæmonis componere placet, ex utriq; compone plus interim diuinitatis attribuens. si deniq; species herois, uerum ex ambobus, plus tamen de animæ conditionibus inferens. Carpit Porphyrium separata per habitudines ad corpora distinguentem, scilicet deos per habitudinem ad corpora ætheria, dæmones ad aeria, animas ad terrena. quia uidelicet nõ debeãt priora, & causæ, per posteriora, effectus'q; distingui. Incorporeæ substantię non sunt in corporibus, sed extrinsecus ea ducunt, dant'q; eis aliquid, non accipiunt. igitur nec una cum his cõmutant, neq; ad eorum distributionem distribuuntur. Non enim sunt habitus corporum, uel materiales formæ, sed subsistentes, separabiles'q;, immo iam separatæ, & ante corpora uiuunt. Substantiæ separatæ, separabiles'q; non tales euadunt, quia talem sortem, prouinciam'q; elegerint, uel sortitæ sint immo uicissim, qualẽ anima ante corporis ingressum, uitam, speciem'q; in actum in se eduxit tale corpus sortitur organicum, talem'q; consequentem sibi naturam, quæ quidem uitæ ipsius animæ perfectiori subiicitur, anima rationalis, in corpus iam uiuum uenit, sed imperfecte uiuum. Diuina progenerant in se ipsis naturaliter totum opus suum distinctum ante q̃ pariant. Penes illa, quæ rationẽ uniuersalis principii habent, inferiora in superioribus, corporea in corporeis, opificia in opificibus producuntur, in eisq; circulariter continentibus diriguntur, circuitus ergo cœlestes ad circuitum cœlestium animarum rediguntur, animæ uero mundorum, ideſt sphęrarũ, syderum'q; in intellectum suum accedentes comprehenduntur ab ipso penitus, atq; in ipso primum progenerantur. Intellectus particularis in uniuersalem, ac ille in superiora similiter. cum ergo semper sequentia conuertantur, in prima, & superiora tanquam exemplaria ducant inferiora, certe a superioribus producitur, adestq; inferioribus essentia simul, & species, & omnino in melioribus primo sequentia producuntur. Ideo'q; ab illis ordo, & mensura inſequentibus non econuerso dependet, non sunt igitur ab his illorum assignandæ proprietates, essentia igitur ĩcorporea per corporea qualia quibus cum nihil habet commune, distingui nõ potest. Principia diuina operibus suis non solum essentiam tribuunt, sed totam distinctionem, ordinem'q; formalẽ. Essentia, quę adest corporibus non localiter, locis corporeis non distinguitur, & quæ non cohibet particularibus circũscriptionibus subiectorum, eadem particulariter a mundi partibus minime continetur. Natura incorporea subito ubicunq; uult, adest, nullo alicubi prohibente.

¶ Omne diuinum, & incorporeum ubiq;.

m Vlto magis diuinitas quo minus sit ubiq; nullo limite coercetur. Item, quæ apud nos sunt, fieri, formari'q; nequeunt, nisi una quædam uirtus opifex, & specierum participatio per omnia diffundatur. Denique nisi diuina sint, ubique tollitur sacrificii uirtus, quæ in quadam deorum ad homines communione consistit. Dii ex hoc maxime omnia continent, quod nusquam continentur. Terren a quoniam facta sunt, & constant munere diuinorum, quoties paratiora ad diuina redduntur, deos subito sortiuntur existentes hic etiam ante naturas proprias terrenorum, prętерea, cum in quolibet deo potẽtia sit infinita, & natura indiuidua, incomprehẽsibilis'q;, merito certis alicubi locis cohiberi nõ possunt. Item non esset uera inter deos uniuersalis prouidentię unio, nisi omnes pariter essent ubique præsentes. Dicitur etiam deorum alii quidem aerii, alii uero aquei, nõ quia ibi solum sint, sed quia ibi maxime regnant. Sacerdotes deos terrenos, & subterraneos aduocabãt, qui certe dicuntur tales, non quia ibi sint solum. (sunt enim ubique omnes) sed quoniam alii alibi potissimum operantur. Nam & anima cuiuslibet stellæ est ubique, quamuis ibi potius agat.

Statuis diuina quædam illustratio capitur.

De prouidentia, & quomodo dii sint ubique.

Quando dii uarias mundi partes, urbes, ædes, statuas proprie sortiri dicuntur, intel
q lige essentiam, potentiam'q; illorum ubiq; in se uigentem, hoc aut illud potissimũ illustrare, atque sicut lumen in se manẽs, sine mistione, diuisione'q; sui diuersa pas sim illuminat, ita dii. Sicut lumen solis idem totum cõtinuum est ubiq;, neque po test in partes diuidi, neque alicubi claudi, neque a` fonte proprio separari, neque miscetur aeri, licet adsit. Quippe cum nihil relinquat luminis, calore tamen a` calefaciente relicta, ita cuiusq; dei lumen, totum indiuidue, toti mundo penitus adest, licet parti cuidam præcipue uim suam maxime sibi accommodatæ concedat. Interea tamen quodammodo implet omnia, ob poten tiam perfectam, & excessum causalem prorsus immensum. Vnde perficit omnia, unit'que cum extremis extrema, per media comprehendens in se omnia, & se ad sic reflectẽs sibi prorsus uni tum. Quod quidem munus imitatur & mundus circulari motu, partium'q; in unum connexio ne, & conciliatione quadam transferente elementa uicissim in elementa, atq; uirtutem superio rum ad inferiora mittente. Qui manifestam hanc suscipit deorum statuam ubiq; prorsus uni tam, uereri debet omnino de diis mũdi causis aliena sentire, scilicet eẽ localiter (ut ita dixerim) separatos. Si enim nulla est communio mundi ad numina quo ad essentiam, uim, actionem spe ctat, nulla'que condistributio, uel consortium, nulla nimirum nec coextensio, & condistributio secundum locum, atque determinãs quãtum ad illud pertinet, specie, uel genere cogitata sunt, mutua comprehensio, & permistio esse potest. Quę uero se totis omnino differũt, reciprocam inter se condistributionem, uel mistionem, uel comprehensionem nullam prorsus admittunt.

Quando per diuersas mundi plagas fit numinum distributio, intellige alias plagas aliter mu nera deorum pro sua proprietate suscipere. Quod quidem consyderans ars sacrorum operum propriis inuocationibus utitur, quæ eiusmodi distributioni, proprietati'que numinum consen taneæ uideantur. Quælibet mundi pars accipit aliquid a` quolibet deo, quilibet enim deus cui libet parti mundi totus adest. Sed partes aliæ aliter hinc accipiunt, Æther quidem ætheria, Aer autem aeria suscipit ratione. Certis nanque materiis, inuocationibus'q; munera deorum na turaliter attrahuntur.

Quod omne diuinum sit a` passionibus alienum.

Vmina nobis superiora nihil habent in se passibile, atque hanc (ut ita dicam) impas
n sibilitatem non habent acquisita uirtute, sed natura, neque etiam anima, quę est ul tima diuinorum, passibile quicquam habet, animam dico a` corporibus purã, quæ neque etiam tangitur perturbatione uoluptatis eius, quę est restitutio in naturam. Cum sit uita supernaturalis ingenita, neq; dolore quopiam dissoluente, cum sit extra omne cor pus, naturam'que circa corpus diuisam, & harmoniam descendentem in corpus ab harmonia animæ principali, neq; etiam passionibus sensum præcedentibus eget. Non enim corpore con tinetur, neque per instrumenta exteriora corpora percipere cogit'. Iam uero cum sit indiuidua, & uniformis essentia secundum se incorporea permanens cum corpore nihil communicans, ni mirum passiones diuisionis, uel alterationis, uel mutationis alicuius nullas admittit.

Loquitur de anima separata a` corpore.

Nima neq; etiam, dum adest corpori, patitur uel ipsa quicquam, uel rationes semi
a nales, quas ipsa corpori tradit. Species enim sunt simplices, uniformes'que nullã turbationem, uel exitum a` seipsis suscipientes. Passiones, qualescunque sint, in animali non sunt in anima, qualiscunq; sit, sed in corpore, quod sub anima certam possidet qualitatem, qua & patiatur, & agat. Nulla est in anima passio, uel peremptoria, uel turbatoria. Atq; hanc impassibilitatem anima non solum acquirit electione, sed possidet ipsa na tura admodum superiore corporibus. Dæmones, & heroes sunt impassibiles, atque sempiter ni. Semper enim sequuntur deos in mundi ordine conseruando. ubi uero passio est, ordo perpe tuus non seruatur. Porphyrius suspicabatur dæmones mundi rectores aliquo modo esse pas sibiles per ea,

sibiles per ea, quæ adhibebantur illis in sacris. Iamblichus negat, qa ubi est ordo perpetuus, non est passio, quam essentia incorporea per sempiterna nequit accipere. Forte uero conce deret dæmones infimos, malosq;, & gubernatione priuatos tangi passionibus effectiuis non quidem in anima, sed in corpore tali per animæ præsentiam constituto. Sicut natura ex oc cultis rationibus manifesta facit, ita Sacerdos adhibet manifesta, ut occulta significet. Sacer dos operatur sæpe multa, quibus aliquid simile, proprium'q; diuinis efficiat, qua quidẽ cogna tione aliquid diuinitus attrahat. Interea operatur & multa, per quę purificet animam, ac ma la nobis auertat. Dæmones, qui sunt nobis præstantiores, nullam naturalem utilitatem a` nobis accipiunt. aut enim non indigent, aut ipsimet sibi abunde ubiq; suppeditant. Nullam uero ex rebus corporalibus mutationem aliquando patiuntur. Insunt nobis pertubationum principia quædã, quę si uiolentius a` principio, & subito cohibentur, tandem acriores erũpunt instar flammæ compressæ, risus'q; cohibiti, sunt ergo remissius corrigenda. Heraclitus sacrifi cia medicamenta nominat, quia purgent animam a` morbis in hac generatione concretis. Por phyrius suspicabatur non modo dæmones, sed etiam deos aliqua passione tangi, quoniam in uocationibus moueantur. Volũtas boni in deo, diisq;, qui sunt bonitates, excellẽtior est. ideo'q; liberior quàm uita nostra electiua circa bonum. Itaq; dii non quia inuocantur, mouent ad bonum hominibus adhibendum, sed sponte nos ad bonum prouocant, nobis'q; inuocando conuersis occurrunt ultro, ostendunt'q; aliquid, atq; largiuntur. Putant quidem homines se ef se liberos ad petendum. Esto ergo dii liberiores ad dandum. Dii propter liberam uoluntatẽ boni, actionem'q; perennem, atq; perfectam omnibus benefaciunt, cum primum ad illos sunt inuocando conuersi. Anima in supplicationibus ad contemplationem perueniens diuino rum, uitam priorem obnoxiam passionibus transmutat in uitam passionis expertem, dum subit actionem, uitam'q; deorum. Quomodo igitur supplicationes nostræ passionibus deos tangunt cum & animas ante passiuas reddant a` passionibus liberas? Supplicationes animum in fluxui deorum aptum efficiunt, qui & ultro facile peruenit propter diuinam amicitiam o mnia connectentem.

¶ De ira deorum.

Vando a` benefica cura deorum, quasi a` lumine solis nos diuertimus, in tenebris
q statim sumus, dicitur'q; deus nobis iratus. Placare igitur deorum iram est ad illos supplicando redire. Placatio eiusmodi non affert passionem deo, immo & animũ a` prioribus liberat passionibus. Dii, dęmones'q; diuini suppliciter adorati, culti'q; mala multa repellunt, quæ alioqui naturaliter euenirent.

¶ De necessitate, & libertate deorum.

Ecesse est deos ita se habere, ut sunt, non necessitate extrinsecus illata, sed natura
n li sibi, optima'q; sibi, ideo'q; maxime uoluntaria, quam & nollent unquam optio ne proposita aliter se habere. Porphyrius, multi'q; philosophi dicunt deos qui dem esse intellectus puros, dæmones autem intellectus, uel participationes intelle ctus aliquos animales. sed Iamblichus non ita recte poni dæmonum proprietatem obiicit. nã & animæ intellectus sunt animales, & intellectus ipsius participationes quædam, neq; rursum deorum proprietatem recte poni. nam puris intellectibus dii præsunt.

¶ De differentia deorum ad dæmonas apud græcos, atq; deuotissimos.

Ii non secundum rationem intellectus ipsius, sed unitatis, & bonitatis, & intelligi
d bilis obiecti rite definiuntur. Porphyrius suspicatur intellectus puros, separa tos'q; habitudinem ad sensibilia non habere, neq; preces audire. Principalis cul tus, separatis substantiis tamen est adhibẽdus, in hoc utiq; cultu excitatur animæ summum, summis'q; coniungitur, supremi in uno omnia nostra comprehendunt, atq; cogno scunt. actiones'q; orationum religiosarum in seipsis comprehendunt. neq; a` se discedunt, sed in se stantes orantiũ intentioni prorsus intersunt. supplicare uero humillime cõuenit. agnosce re enim uilitatem nostrã, si superis conferamur, efficit ut maxime supplicemus, cõuertamur'q; ad illos omnino, & assidua consuetudine similes euadamus. Apprime uero conferunt oratio

nos missæ diuiniter, quibus diuina uis ineſt, hæc contra Porphyrium opinantem colendos nobis eſſe proprie mundanos deos, quia ſentiant. Item ſupplicationes diuinarum mentiũ puritati minime cõuenire. Iamblichus conuenire putat propter ſenſum intimum, qui ſupplicationib⁹ ineſt, præſertim quæ ſunt datę diuinitus. Intellectus puri ſine ſenſu ſenſibilia noſcunt.

¶ Iterum de ſupplicationibus.

p Orphyrius ait, materialia quædam in ſupplicatiõibus adhiberi, ideo adhiberi diis tantum illis, qui ſint animalia. Reſpondit Iamblichus in iis materialibus ultra corporeas qualitates latere etiam rationes, & ſpecies, & menſuras incorporeas, atq; diuinas, per quas quæ adhibentur ſunt cõgrua diis. Profecto quicquid admouetur quomodocunq; cõſentaneum, & ſimile diis, mox dii adſunt, coniunguntᵉ, exhibentᵉq; munera, precesq; exaudiũt. Parua quædam cógruitas rerum noſtrarum ad deos nobis ſufficit, ut aliud ab illis hauriamus. Illi enim ad hoc ſemper promptiſſimi ſunt propter bonitatem naturalẽ, mirabilemᵉq; potentiam, Cauſa uero præpotens agit in materiam, uel exilitur præparatam. Porphyrius ex eo diſtinguit dæmones a` diis, quod illi ſunt incorporei, hi uero corporei. Iamblichus ait, per hæc ſubſtantias, & proprietates eorum diſcerni nõ poſſe.

De differentia inter deos, & dæmones, atq; de cœleſtibus.

d Ii cœleſtes dici incorporei poſſunt, quoniã ad ſuã excellentiorem actionem, & uitæ felicitatem nihil a` corporibus impedimenti ꝓtingit. Sed quatenus dii ad ipſum unum tendunt, corpora ſponte contendunt eodem, neq; continent animas, ſed excellentiſſime continentur. Cœleſte corpus rebus eſt incorporeis cognatiſſimum, propter naturam ſimplicem, indiuiſam, conſtantem, & actionem unam, ideſt circuitũ, & uitã ſibi congenitam, atq; lucem. Non fit in cœlo compoſitio ex anima, & corpore, in tertiam naturam unam, ſed prorſus ad naturam animæ trahitur, atq; eſt quaſi uiſibilis quædã anima, forte cœlum eſt lumen ipſum ſine materia, & ſine dimenſione. Dimẽſio enim ibi propter amplã præſentiam eius apparet. Vnde cœlum eſt aĩa cœli ſe ipſam accommodãs oculis, rebusᵉq; caducis, atq; circulus ille eſt circuitus animæ. lumẽ eſt intellectus eiuſdẽ. Sicut in infimo corporum forma fit materialis, ſic in ſũmo materia fit formalis, & corpus aĩale nõ aĩa corpalis, ſiqua mõ eſt in cœlo materia. Sicut ſũmus aer fit igneus, ita cœleſtis ignis fit aĩalis. Aĩa illa intellectualis euadit, intellectus boniformis efficitur. Cœleſtia aĩalia dici incorporea poſſunt. Oẽs cœleſtes boni ſunt, atq; benefici ſuſpicientes tantũ ipſum bonũ, & hoc intuitu agentes æterno. Virtutes ineſtimabiles cõpertæ ſunt, tũ in aĩalibus cœleſtibus, tũ in eaꝝ corporibus inſitæ, tum per defluxus in oĩa ſine impedimento uſq; ad infima deſcẽdentes, cõmunicatæ tã diuiduis q̃ in ſpeciebus. immutabiles ubiq;, q̃uis in materia mutabili regẽtes generationẽ ꝑpetuo quodã ordine, ſemperᵉq; beneficæ. perinde fluxum cœli in materiã diſcordibus plenã reſultat aliqd nobis diſſonum. Tẽporalia tẽporaliter æterna capiunt. Corpa incorporea corpaliter. Materialia hęc immaterialia cœlo⁊ uires mutabiliter, & inordinatæ ſuſcipiunt. Quæ ſunt in mũdo diuino figurata nõ ſunt, q̃uis ut figurata recipiantur in cœlo, ſic cœleſtia nõ ſunt mala, q̃uis hic ſuſcipiãtur, ut mala. Vires cœleſtiũ oẽs inde bonæ deſcendũt, in hac aũt cõtrariorũ ꝑmiſtione mutantᵉ. ideoᵉq; qualitas, quæ nocet in terris, alia iam eſt præter illam, quæ cœlitus hucuſq; peruenerat.

Primo quod datur, aliud qdem eſt in datore, aliud aũt extra, ẽt ſi in ſe ipſo permaneat. præterea eſt & minus. Secũdo dum in ſubiecto uiliori ſuſcipiũᵗ, fit & uilius. Tertio ꝑp naturam ſuſcipientis diuerſam ſuſcipitur modo diuerſo. Quarto qualitatibus inter ſe differentibus, quæ a` ſubiecto eodẽ pariter capiuntur. Quinto patiente ſubiecto patiᵗ. Sexto ex omnibus ſubiecto cõprehenſis aliud quiddã poſtremo reſultat. Influxus cœleſtes ĩmateriales extendũt. Saturni qdem uis contentiua eſt. Martis uero motrix. Illa uero p accidens frequẽter obeſt, qñ materia frigidiore ſuſcipitur, hæc autem qñ feruentiore. Itẽ illa nocet, qñ recipiᵗ, per modũ ꝯgelationis accipitur. hæc quando per æſtũ, qđ qdem fit pro diſpoſitione materiæ, ideſt qñ uidelicet materia illa, neq; ſatis calida eſt, atq; eſt interea dẽſior. hæc autẽ ꝑ ſe eſt calidior, atq; ſubtilior. Lux, colorq; ſolis, q̃uis offendere languidũ uideantᵉ, neceſſaria tamẽ ſunt ad uitã. ſimiliter oẽs cœleſtium influxus ueniũt ſalutares q̃uis ſubiecti, uel puerſitas puerſæ recipiat, uel debilitas facile tolerare non poſſit efficaciam ſuperorũ. Oẽs motus cõferunt, & uniuerſo, & neceſſariis partibus uniuerſi, quãuis interim inter particulas minimas ſub hoc motu uel alia lædaᵗ ab alia, uel tales particulæ non facile motum uniuerſi ſuſtineãt. Sicut in chorea, dũ ſinguli harmonice ſaltant ꝯgruuntᵉq; geſtibus inter ſe, & toti choro digitus, & pes premitur, & offenditur. Et ſiquid debile incederit, peſſundatur.

De uicinitate

De uicinitate cœleſtium corporum ad ſpecies incorporeas.

d Ii cœleſtes principium ſuum habentes in mundo intelligibili, dum ideas ſui contẽplantur, in eo mouent cœlos hoc ipſo actu intelligentiæ, uolũtatisᵉq; efficaci admodum, & perpetuo. Ideoᵉq; ſine labore regunt, quod ex ordine ſemper conſtante euidenter apparet. ita uero affectis diis ſeparatis coniuncti ſunt potius quam corporibus. Regimen circa cœlos non poteſt deos ab intelligentiæ intentione diſtrahere cũ eo potentius, facilius⁊ regant, quo illic attentius ſpeculatur, ex hoc enim procedit, & illud. idem quoq; noſtris acciderᵉt aĩalibus, ſi cauſam ſuã contẽplarentur, unde eſt, & uegetãdi facultas.

¶ Confirmatio Superiorum.

m Ens diuina per ideas ſuas deoꝝ cœleſtiũ animas procreat, atq; per eas cœleſtia corpora, & utraq; ſibi coniuncta perpetuo retinet. Dii mundani, qui & intellectuales ſpecies nominantur, inter ſe uniti ſunt, tũ quia cuncti idẽ exemplar, in quo ſunt ſpecies intelligibiles contuentur, tum quia exemplar illud in quolibet deo ĩmundano uiget ubiq; totum. Non ſpatium, non ſubiecta diuerſa prohibent, quin quælibet eſſentiæ incorporeæ ubiq; ſibi inuicem inſint. Dii mundani in ſe inuicem ſunt, ſuiſq; ideis, tum quia ſunt ab uno, & referuntur ad unum, tũ quia diuina unitas ubiq; prævalẽs unit eos, tum quia ꝓcedunt inter ſe, & conuertuntur, mutuoᵉq; accipiunt. In compoſitis naturalibus unitas aduẽtitia eſt dependens a` ſuperioribus, & a` multitudine uincitur. In formis ſeparabilibus unitas ſuperat multitudinẽ, & in diis adeo ſupat, ut illorum eſſe ſit unitas quædam, dico autem quædã, quia primũ principium eſt ipſa ſimpliciter unitas. Cũ igitur unitas in diis intrinſecus ita præualeat merito a` prioribus exuberat in ſequentes. Ita ut hi in illorum unitate conſiſtant, qua unitate quaſi oĩbus cõmuni cuncti ſunt unum actu quodam ſicut corpora inter ſe potentia quadam materiali ſunt unum. Dii cœleſtes inuiſibilibus diis penitus ſunt uniti, tum quia cœleſtes animæ ſunt extra corpora, tum quia dii ſuperiores, ideſt ideæ unitatem infinitã habent, prout oẽs ſunt in quolibet, per quã unitatem ſibi & inter ſe deos ſequentes uniunt. Cum enim omnes dii definiantur per unitatem, una cõmunis unitas dilatatur in omnes, per quam ſunt unũ actu cunctorum uno ad unum prorſus obiectum, & principium, atq; finem, in eodem omnes puncto ſimul, atq; momento.

De prouidentia, & de diis, atque dæmonibus.

d Eorum prouidentia uniuerſalis eſt, Dæmonũ uero particularis. Deus primus dat omnibus omnia, dii ſequentes omnibus aliqua largiuntur. Dæmones, atque animæ aliquibus ſolum, & aliqua tantum. Sunt dii inuiſibiles, ſunt & in cœlo uiſibiles, ſunt & dæmones, dii quidem in cœlo conſpicui in ipſa unione ad deos occultos exiſtunt, dęmones autem longe ab illis diſtant, uelut a` contemplatoribus puris ipſi in agẽdo propenſius occupati. Ideo & a` diis conſpicuis longe diſtant. Item eſſentia utrorũque deorum, & potentia, prouidentiaᵉq; uniuerſalis eſt per omnia tendens, dæmonum uero natura ꝓuidentia particularis circa res quaſdam, atque prouincias. Item dii corpora ſua adeo ſuperemi-
nent, & corpora adeo his obſequuntur, ut a` corporibus ſeparati dicantur. Dęmones uero contraria ratione magis affecti ſunt, & copulati corporibus. Item dii ſunt architecti, Dæmones uero miniſtri. dæmones, quod occulti ſunt ſenſibus, Dii rationi quoq; humanę, quod ſi forte aliquando dii appareant circa terrã adhuc dæmonibus aeris erunt præſtãtiores. Mutatio enim loci, uel officii naturam non mutat diuinam. Deniq; dii a` potentiis fluentibus in generationem liberi ſunt, Dæmones uero, nequaquam. Confutat quæ ex hiſtoria Porphyrius adduxerat, ſcilicet fieri multa ad deos quaſi paſſibiles eſſent. Quia lex ſacrorum iubet a` paſſionibus eẽ inter ſacrificia liberum. quę quidem lex eſt data diuinitus etiã a` primo patre mundi a` quo & omnia ſymbola in ſacrificiis ſignificantia aliquid occultiſſimum. Denique quæ in ſacris rite fiunt, habent cauſam diuinam adeo a` paſſione remotam, ut nec ratio eam poſſit attingere. Vulgus rationem cęrimoniarum diuiniter inſtitutarum attingere nequit. Verũtamen aſſignare conatur. ex ſuis igitur paſſionibus aſſignando, diis paſſiones attribuit. Vulgus erga potentes utitur geſtibus uenerationis, & donis utitur ad deos eiſdem. Sed erga homines id agit, tum paſſionibus ſuis tum propter paſſiones maioris. putat autem & ſimiles paſſiones diis ineſſe, quæ hominibus potentibus inſunt, atq; propter ſimiles paſſiones in ſubditis, adoratoribusᵉq; diis talia exhiberi. Sed re uera cęrimoniæ diuinitus inſtitutæ non paſſione aguntur ulla, ſed admiratione potius, & uenerationę, & conſtante prorſus intelligentia, gaudioᵉq; perſimili.

¶Quo differant Dæmones, heroes. Animæ.

Vnt in diis uires generatiuæ, opifices'q; sunt & uiuificæ, quæ & in prioribus sublimius continentur. Primæ latius diffunduntur quã secundæ. Secundæ per primas definiuntur, dæmones post longum earum processum exordiũtur, ubi iam ad partionem plurimam deriuantur. heroes definiuntur per secundas, ideſt uiuificas ante quam deueniant ad postremum. Nam in postremo earum exordiuntur animæ, officium ergo dæmonum est opificium circa naturas mundanas, usq; ad singula transigere simul, atq; perficere, & animas ligare corporibus. Heroum uero est uiuificare, ratiocinari'q;, & animas custodire, easque a' corporibus soluere. Dęmonum officium latius est quam heroum, illi circa uniuersum magis, hi circa animas potius operantur. Non dicimus animas fieri, sed accipere a' dæmonibus, heroibus'q; nõ nihil, & ex se multa insuper adhibere, exordiri'q; suum officium circa diuinorum finem, non quia diuina non ulterius agant, sed quoniam animæ in ultimis diuinorum officiis adsciscuntur. Item anima ex se tam uarias uiuẽdi formas promere potest, ut pro earum congruitate singulas habitet mundi plagas. Potest & congredi quibus uult, iterum'q; regredi in seipsam, & tam diis quam inferioribus se coniungere, quatenus rationes diuinorum sicut inferior promit, etsi sæpe per dæmones, heroes'q; iungatur diis, potest tam per sua quædã media ab illis differentia se coniungere diis. Anima nonnunquã conciliat se diuinis per alias harmonias essentiæ, actionum'q; suarum, q̃ sint illę, quas dęmones superis se coniungunt. Etsi anima non seruet uitæ tenorem adeo similem, tamen sæpe benefica uoluntate deorum illuminata dæmones supergreditur ad uitam angelicam potius quam animalem. Anima q̃uis uidea tur omnes rationes, & totas in se species exhibere, tamen determinata semper est secundum aliquid unum, ideſt unam speciem. Atq; interim ex causis præcedentibus alias aliis seipsam coordinat ipsa se mouens.

¶Quando alia numina aliter appareant, atq; agant.

Mnes superi inuocati ueniunt in conspectum, sed alii sub aliis formis, uiribus'q; occurrunt. Animæ quoque stellarum nouis quibusdam modis aspectũ mouent. Deorum uisa occurrunt uniformia, simplicissima'q;, archangelorum aliquanto minus uniformia uel simplicia. Angeloꝝ quoq; minus, dęmonum uaria iam, principatuũ magis uaria, sed ordine uarietatis miro heroum his quasi similia, principatũ uaria admodũ, ordinata parum. Animaꝝ scilicet particulaꝝ omniformia. Cũ enĩ diuersi sint superi naturis, actionibus'q;, & modo suo appareãt singulis, merito diuersi diuersis modis occurrũt. Dii in aspectũ ueniunt admodũ salutares, archangeli horribiles simul & mansueti. Mitiores angeli. Dęmones metuendi. heroes uerendi minus. p̃ncipatus stupendi. principes noxii & infesti. animæ similes heroibus, quãuis inferiores. Deorum imagines apparent penitus ĩmutabiles, magnitudine, forma, figura, actiõe. archãgeloꝝ, & angeloꝝ gradatim minus immutabiles, sed, ppe' deos. dæmonum mutabiles quidẽ magnitudine, atq; forma, his n. aliãs aliter apparent, sed eædem agnoscuntur. principatuũ immutabiles. heroum ferme' sicut dæmonũ. principũ multiformiter uariant'. animarũ mutabiliores longe quam dęmonũ. Dii apparent cũ quiete q̃dam, & ordine. Archangeli cum eisdẽ, sed his adhibẽt efficaciã. Angeli eisdẽ scilicet qeti, & ordini adhibẽt motũ ordinatum, & moderatũ. dæmones cũ turbatione ordinẽ transgrediente. principatus cũ stabilitate, cõstantia'q; in seipsis. heroes cũ motu, atq; festinantia. principes cũ tumultu. aiæ ferme' sicut heroes, sed minori cum stabilitate, & ordine. Deoꝝ pulchritudo occurrit inæstimabilis, incõparabilis, admiranda, supra modũ delectãs. archangeloꝝ, angelorum'q; cõsimilis, sed gradatim inęqualis. Dęmonũ & heroum spiritus p̃ se apparẽtes pulchritudinẽ in speciebus determinatis habent, sed illi secundum rationes essentiæ, hi secũdum fortitudinis actũ. p̃ncipatuũ pulchritudo principalis est, & natiua. principum ficta, adornata, elaborata. Animarũ pulchritudo in rationibus consistit determinatis quidem, sed diuisis magis q̃ in heroũ forma, sub una tamen specie cõprehẽsis. Deoꝝ actiones, effectus'q; uelociores sunt q̃ intelligentia deprehendere possit. sed interea penitus stabiles. archangelorum celeritas mista est, quodãmodo efficacibus actionibus. angelorum cum motu, neq; pariter habent, ut una' cum dicto perficiãt. dęmonum actiones celeriores apparẽt quam sint effectu, & ueritate. heroes magnifice quidem incedunt ad actionem, tardius tamen q̃ dæmones peragunt. principatus cũ authoritate, & imperio ueniunt ad agendum. principum conatus plurimam quidẽ habet emphasim, sed defuit ab effectu. animarum actiones mobiliores sunt, q̃ heroum, sed debiliores. Deorum apparentium magnitudo

magnitudo totum cœlum occupare uidetur. Quam incedentem nec terra putatur sustinere posse. Archangelis apparentibꝰ partes mũdi quædã cõmouent, & lumen p̃cedit in se diuisum. Ipsi uero pro magnitudine dominationis suæ magnitudinem lucis, & figuræ præseferunt, angelica forma, & lux & minor est, & diuisa magis, dæmonum magnitudo, forma'q; diuisa magis & minor. heroica rursus angustior, aspectus'q; magnanimus. principatus prægrãdes, & uasti. principes inflati, superbi'q;, & insolentes apparent. animarũ effigies inæquales, heroibus'q; minores. Deniq; quilibet pro magnitudine potentiæ suæ, & imperii latitudine magnitudinem formæ, lucis'que præfert. Deorum spectacula prælucida nobis occurrunt, fulgẽtia'q; ad summum, & splendore dearticulata mirifice, & lucidiora quam sint re uera. archangelorum uera, perfecta'q; angelorum effigies speciem eandem seruant, præterquam quod a' notitiæ plenitudine agnitionis discretione deficiunt. Dæmonum exilia, et quasi caduca. heroum exiliora. principatuum perspicua. principum obscura, sed utraque imperiosa, animarum umbrosa. Deorum imagines quamplurimo splendore coruscant. Archangelorum quoque præfulgidæ. fulgidæ insuper angelorum. dæmones turbidus ignis apparent. heroes mistum lumen ex pluribus habent. principatus quidem purius. principes autem ex dissimilibus, cõtrariis'q; confusum ostẽdunt. animæ ignem reddũt plenum ex multis generationis admistionibus, atq; diuisum. Deorum imagines occurrunt tanquam ignis indiuiduus, ineffabilis'q; implens uniuersum mundi p̃fundum. archangelorum ignis etiam indiuisus, habens circa se, uel ante, uel retro quampluriam multitudinem. angelorum diuisus ignis, sed in ideis absolutissimis. dęmonũ magis quoq; diuisus, sed angustius circunscriptus facile exprimendus, & apud illos, qui superiora uiderunt, facile contemnendus. heroicus ignis habet, quod horum consimilia, sed non æqualia. principatuum ignis apprime lucidus. principum aliquid habet opaci. animarum ualde diuisus, & multiformis, atq; ex multis mundi naturis admistus. Deorum ignis omnino stabilis est aspectu. archangelorum stabilitatis particeps. angelorum stabiliter mouetur. Dæmonum instabilis, herorum properãtior, principatuum quietus aduenit, principum uero tumultuosus, animarum ignis multis motibus transmutatur. Dii animas perfectissime purgant. Archangeli sursum reuocant. angeli tantum soluunt a' materiæ uinculis. Dæmones ad naturam trahunt. heroes ad curam sensibilium operum deducunt. Principatus quidem præsidentiam mundanorum, principes uero materialium studium exhibent. Animę, cum apparent, contendunt, trahuntq; in generationem. Quicquid purum, firmum'q; est in imagine nobis occurrẽte superioribus attribui to generibus. Iam uero præfulgidum eius, quod'ue in seipso firmiter permaneat diis attribue. quod uero fulget, atq; permanet quidem, sed quasi in alio, archãgelis. quod in alio permanẽs, angelis. item quod mobile est, & uagabundum, & alienis plenum naturis, ubiq; inferioribus ordinibus attribuito. Dęmones mistos in se habent mundi uapores, feruntur'q; instabiliter pręter uel iuxta mundi motum. heroibus generatiuæ spirituum compositiones admiscentur, circa q̃s & ipsi commouentur. Principatus eodem modo permanent, mundanum quod habent ostendentes. principes materialibus liquoribus pleni sunt. Animæ superfluis maculis, & alienis spiritibus sunt repletæ, quibus cum quoties apparent, ununquodq; horum generum se ostendit.

Dii materiam repente consumunt, archangeli paulatim, angeli soluunt ab ea, & ad sublimia reuocant, dæmones diligenter exornant eã, heroes coaptant ad eã competentibus ubiq; mensuris eam strenue, commode'q; curantes. principatus adstant ei supereminentes, & hoc pacto seipsos ostendunt. principes impletos se penitus materia monstrant. Animæ puræ quidem seorsum a' materia ueniunt. Impuræ uero materia inuolutas se nobis ostendunt. Exhibent insuper alii nobis alia. Dii pręsentes dant corpori sanitatem, uirtutem animę, menti synceritatẽ, oĩa nostra impropria principia reuocant, quod in nobis est frigidum, letiferum'q;, delent, calorem fouent, efficaciorem'q; reddunt ad uitam, faciunt quoq; ut omnia animæ, menti'q; congruant, & mensurentur eisdem, harmonia'q; intelligibili lumen effundunt. quod'ue non est corpus, ostendunt tanquam corpus ipsis animæ oculis per corporis oculos. Archangeli eadem agunt. sed non adeo sufficientia, uel permanentia, uel extra proportionem nostram, angeli bona ẽt magis particularia diuise distribuunt, effectum'q; agunt ualde ab intimo eorum uigore deficientem. dæmones præsentia sua corpus grauant, morbis affligunt, aliter puniunt, animas quoque ad naturam trahunt, & a' corporibus, cognato'q; eorum sensu non discedunt, atque eos, qui ad ignem cœlestem, diuinum'ue contendunt, circa locum inferiorem detinent, nec a' fati uinculis soluunt. heroes alia dæmonibus similia faciunt, proprium uero id habent, quod ad opera quædam generosa, magna'q; nos suscitant, principatus apparentes bona largiuntur mũdana, res'q;

uitæ huius omnes ſuppeditant, principes materialia, terrena'q; bona, animæ cum apparent, ſi animæ ſunt puræ in ordine angelico cõſtitutæ, ſurſum reuocant, ſalutẽ animo prębent, ſpem'q; ſacram, ſacra'q; dona, quæ ſperantur, animæ impure ad generationẽ detorquent, ſpem fruſtrãtur eius fructus auferentes, paſſionibus'q; intuentes implent animam corpori copulantibus.

Ordinem quoq;, quẽ unuſquiſq; obtinet, in apparendo deſignat, dii oſtendunt deos, uel angelos circa ſe adſtantes, archangeli angelos p̃ferunt, uel præcurrentes, uel circunſtantes, uel ſequentes, ſiue aliam quandam turbam angelorum quaſi ſtipatorum circunuallantiũ, angeli opera ordini ſuo congrua præferunt. Boni dæmones opificia ſua, & bona, quæ tribuunt, in conſpectum adducunt, dæmones ultores oſtendunt ſupplicioꝝ ſpecies. dæmones alii quomodocunq; praui occurrunt circundati feris letiferis, uoracibus'q;, principatus, prouincias mundi quaſdam ſecum demonſtrant, principes, conditionem materiæ ordine carentem, errantem'q; ſecum afferunt in conſpectum. anima quidem tota in nulla particularium ſpecie detenta ignem oſtẽdit ſine certa ſpecie circa mundum totum, quo animæ mundanæ natura ſignificatur indiuiſa, & una & nulli addicta ſpeciei. anima purificata igneam oſtendit figuram, ignem purum, & lumẽ micans, ſimulque ſtabile, & ipſa una` cum duce ſublimi ſequitur bona uoluntate gaudens, atq; ita in operibus ſuis ordinem, quem obtinet, patefaciens. anima uero, quæ deorſum labitur occurrit trahens ſecum ſigna uinculorum, atq; pœnarum, materialium'q; ſpirituum compoſitione ſe grauatam oſtendit, turbationibus'q; materiæ diſſimilibus occupatam, ſe'q; ſubdentem imperio dæmonum generationi ſeruientium. Singuli cum apparent, oſtendunt prouincias, ſortes'q;, quas ſortiti inhabitant, aerii quidem ignem aerium, terreni uero terrenum, atq; nigrum. cœleſtes autem ignem ſplendidiorem, atq; in his tribus terminis omnes diſtributi ſunt eorum ordines. Dii demonſtrant omnium ordinum principia in ſe, cum apparent. Angeli declarãt ſe ab archãgelis dependere. dæmones, heroes'q; patefaciunt ſe ſuperioribus miniſtrare, quãuis aliter hi quàm illi, principatus, principes'q; præfecturam oſtendunt. Illi circa mundum, hi circa materiam animæ declarant ſe ſuperiorum poſtrema tenere, unde una` cum ſeipſis primi quidẽ prima loca deſignant, ſecũdi ſecunda, tertii tertia, cæteri'q; deinceps eodem ordine. Dii tenuitate luminis tanta effulgent, ut corporis oculi non poſſint capere, atq; perinde afficiantur, ut piſces ab aqua turbida, pingui'q; tracti in aerem tenuiſſimum, qui enim diuinum ſpectant ignẽ non potentes ignis diuini reſpirare ſubtilitatem, cum primum ſpectare uidentur, uirtute deficiunt, atq; innato ſpiritu, prorſus intercluduntur. Archangeli quoque ſplendorem emittunt ſubtiliorem, puriorem'q;, quàm tolerari queat, non tamen adeo intolerabilem, ſicut dii. Angeli occurrentes tolerabilem perficiunt aeris miſtionem, ut ſacerdotes eam attingere poſſint. Dæmones, cum apparent, nihil totus aer compatitur, nec eis circunfuſus aer fit ſubtilior, neque præcurrit lumen, in quod eorum ſpecies emicat, aerem anticipans. Neq; circa illos circũlucet aer undiq;, heroibus apparentibus plagę quędam terræ commouentur, ſonitus'q; circũſonant, totus uero aer non fit ſubtilior, neq; adeo ineptus ſacerdotibus, ut ſuſtinere non poſſint, ſub p̃cipatibus circuncurrit eos uiſorum circumuolutio plurimorum, difficilis toleratu, & uolumen eiuſmodi circa eos eſt mundanum, circa principes uero terrenum, neque tamen ſuper mundana ſubtilitas, neque ſupremorum elementorum, animis apparentibus, aer apparens magis conatus eſt eis, earum'q; deſcriptionem ſuſcipit coaptatus eis. Affectiones inuocantium animorum occurrentibus diis excedentem reportant perfectionem, actionem'q;, & amorem diuinum, incredibilem'q; lætitiam, Archangelis contemplationem intellectualem ſummopere purã, immutabilem'q; potentiam, angelis rõnalem cognitionem, uirtutem'q; in ordine poſitam ad ſummum dæmonibus appetitum generationis, atque heroibus talia quædam, & inſuper ſtudia ciuilis gubernationis, principatibus, uel principibus motus mundanos, uel materiales agunt animo naturæ, operum'q; fatalium expletionem animis, appetitus, generationis, & ſtudia corporum curandorum. Deorum apparitio ueritatem, poteſtatem, actiones ad ſummum corroborat, & bona præbet ampliſſima, archangelorum ſimilia, ſed particularia magis, & cognitionem, potentiam'q; non ſimpliciter, ſed ad hoc, & ibi, & tunc, & hoc pacto, angelorum etiã determinata magis, dęmonum non animæ bona, ſed corporis, corporea'q;, quãdo mundanus ordo concedit, heroum dona Reip. mũdanæ, ſiue terrenæ, principatuum mundana, & omnia uitæ commoda principum, inferiora, ideſt magis materialium copiam, animarum, quæ ad humanam uitam conferunt familiari prorſus occurſu. Porphyrius narrauit opinionem dicentẽ cõem hoc eſt diis, angelis, dæmonib⁹, omnibus deniq; ſuperis, cum apparẽt, oſtentare ſe, & iactare mirifice, & imaginariam ſimilitudinem ex ſe producere. Iamblichus utranq; confutat.

Deus, angelus,

Deus, angelus, dæmon bonus, docent hominem, cum apparent, quæ, qualis'ue re uera ſit eorũ eſſentia, nihil ultra, uel citra ueritatem loquentes. Sicut enim lumen naturaliter, & aſſidue ſolẽ ſequitur, ſic ueritas deum, eius'q; pediſſequos, præſertim cum perfecti, pleni q; ſint, neq; egent, neque poſſunt ſibi ultra quàm ſint, arrogare. Quando in theurgia, ideſt deiphica, & ſacerdotia facultate delinquuntur, tunc non bona quidẽ numina, quæ optantur, ſed deteriora, malaq; nobis obcurrunt ſub prætextu bonorum, mali enim ſpiritus in ſimilitudinem bonorum ſe ſępe transformant, iactabundi'q; ueniunt, & ſupra quàm ſunt, ſibi arrogant. Nempe ubi initium primum adulteratum ſuboritur, mendacium plurimum ex peruerſitate procedit. Oportet ſacerdotes apparitiones ſpirituum regula ordinis totius examinare, & meminiſſe arrogantiam iactabũdam non eſſe ullo modo propriam ueris ſpiritibus, atq; bonis. Et cauere ne a` ritu ſacrorũ aberretur unquam. Ac ſi in errore apparitionis quadam repente inſolentes aduentent, non decet ex earum conditione communem, omnem'q; numinum naturam, cõditionem'q; perpendere. Quę enim multis ſeculis, & operoſo labore in ſacris comprobata ſunt, nefas eſt ex nonnullis repente incidentibus temere iudicando mutare. Etſi falſi ſpiritus mentiuntur, boni tamen circa ignem ueridici ſunt, atque legitimi. In omni ſiquidem genere principalia primum a` ſeipſis exordiuntur, ſibiq; ipſis præbent, quod cæteris exhibent, id'q; fit in eſſentia, uita, motu, ſimiliter ſuperi ueritatem omnibus exhibentes, primo de ſeipſis uera prædicant, ipſam'q; eorũ eſſentiam præcipue contemplationibus patefaciunt. Ideo'q; ignem per ſe, propria'q; forma ſpectandum ſacerdotibus rite demonſtrant. Non enim eſt caloris frigefacere, uel luminis obtenebrare, atq; occultare, uel ullius per eſſentiam aliquid facientis, aliquando contraria facere. Phantaſma, ideſt ſimulachrum miſſum ab aliquo ſine natura eius, ſed ſolum per modum idoli ſpecularis uane trahit animum intuentis, fallit'que, dum ſimulat ſe eſſe aliquid, de cuius natura nihil habet. Eſt igitur cauſa falſitatis, quod nullo modo competit alicui eſſentiæ ueręIdeo neque diis, ſed hi, eorum'q; ſectatores, non exiles, inanes'que, ſed naturales, & ueras ſui reuelẽt imagines, non quidem ſpeculares (ut dixi) uanas, cur enim eas mitterent? non ut demonſtrẽt eſſentiam ſuam, atque potentiam. nam illæ ab hac ex tota natura deficiunt, non etiam ad intuentium utilitatem. Quæ enim utilitas eſt ex mendacio ſimul, atq; deceptione? Non deniq; ob hoc mittunt, quia natura eorum ſit ita ex ſe idolum mittere, nempe eſſentia firma in ſeipſa cõſiſtẽs, & ita reliquis eſſentiæ, ueritatis'q; cauſa nullo modo in aliud mittit imitamen ſui ullum fallax, & deceptorium, quod ſimul & ſe eſſe aliquid, de cuius natura nihil habeat. Neq; igitur dii, neq; ſequaces eorum uel transformant naturam ſuam in aliqua ſimulachra, neque hæc in aliud ex ſe producunt, ſed ueras ſui formas in ueris animæ moribus illuſtrãt, atque demonſtrant. Nota huic ſimile illud, quod in patria mens beata diuinam eſſentiam uidet non per imaginem ab ea creatam prorſus deficientem, ſed per eandem eſſentiam, ſicut is, qui lumen uidet per lumen in lumine. Non ſicut qui calorem per lumen, uel qui corpus ſpeculo. Subſtantiæ ſeparatæ, non habent ullum ſibi commune genus. Item dii, angeli, dæmones boni non apparẽt phantaſtico modo, ſed proprio prorſus, & uero. Spiritus uero mali phantaſtico, fallaci'q;, neque decet ex conditione, qua hi apparẽt nobis, reputare modum, quo boni ſua preſentia formant animam.

Porphyrius ait cognitionem quidem diuinorum eſſe rem ſacram, ignorantiam uero profanam. hæc Iamblichus comprobat, quia cum dii per intelligentiam agant entia, merito nos per intelligentiam entium placere diis, atque probari, ſed operationem religioſam anteponit intelligentiæ, tanquam quæ ſola ſit efficax ad acquirendam animæ cum deo deificam unitatem.

Tanta eſt uirtus ſacrorum rite deo factorum, ut etiam ſi hæc ignores, pie tamen obſerues, nõ minorem habeant efficaciam. Non enim intelligentia coniungit ſacrificatores deo, alioqn philoſophi unionem deificam reportarent.

De uirtute ſacramentorum.

O Bſeruantia decens præceptorum, operum'q; diuinorum, quæ omnem exceduntintelligentiam, atq; ſymbolorum, ſacramentorum'q; poteſtas mira ſolis nota numinibus præſtat nobis deificam unionẽ. Quãdo operamur in ſacris, nõ conficimus per intelligentiã ſacramẽto, alioqn & actio eorum intellectualis foret, & daretur a` nobis, ꝓtra uero & nobis nõ intelligẽtibus, hæc ꝓpriũ opus peragũt, & deoꝝ poteſtas quo hęc referunt, ineffabiles ex ſeipſa ꝓprias agnoſcit imagines nõ a` noſtris intelligẽtiis excitata. Vniuerſales enim cauſæ a` particularibus effectibus non mouentur, unde nec ab intelligentiis noſtris

diuina principaliter mouentur ad operandum, ſed intelligentias, & affectionem optimam, puritatem'q; præcedere neceſſarium eſt tanquam concauſas quaſdã. Quæ uero principaliter diuinam prouocant uoluntatem, ipſa ſunt ſacramenta diuina, atq; ita diuina a' ſeipſis incitantur, neq; ab ullo ſubdito principium actionis accipiunt. Ne putes igitur totam in nobis authoritatẽ eſſe efficacis rationis in ſacramentis, neq; in ueritate intelligentiæ noſtræ, uerum eorũ opus abſolui, uel hæc ex noſtra deceptione mentiri. Nam nec etiã ſi nouerimus, quæ genus quodlibet proprie conſequuntur, ſubito conſequimur ipſam eorum in opere ueritatem. Abſq; cognitione quidem nunquã aduenit efficax unitas ad diuina, neq; tamen idem eſt omnino. Quapropter neq; diuina puritas per rectam cognitionem efficitur, ſicut corporis puritas per ſanitatem, ſed ſuper cognitionem unita eſt, & purificata puritas, ideſt per poteſtatem cognitione ſuperiorem. Neq; igitur aliud quicquam in nobis humanum ad diuinaꝝ actionum finem aliquid confert. Conclude ſententiam Iamblichi Aegyptiorum, Aſſyriorũ, ſicut in agricultura, medicina, arte imaginum, coitu humano homo materiã opportune coaptat. cauſa uero ſuperior, uniuerſalis'q; adhibet formã, ſic in ſacrificio, quando fiunt ſymbola, atq; ſynthemata, ideſt ſignacula, & ſacramenta. ſacerdos adhibet materialia quædam, quo ordine decus inſtituit. Deus autem uim efficacẽ imprimit ſacramentis.

Vaticinium quid & unde.

u Aticinium ipſum nec ab arte, nec a' natura, nec a' naturalibus, uel animalibus rationibus motibus'ue efficitur, neq; fit ullo modo, ſed utrinq; ſempiternum eſt miſſum ad nos uſq; diuinitus, tota'q; poteſtas præſaga refertur ad deos, & omnis huius authoritas conſiſtit in eis, atq; inde traditur, diuinis'q; operib⁹, ſignis'ue perficitur. ſpectacula quidem habet diuina, & contemplationes uera ſcientia præditas. Cætera uero cuncta, uelut inſtrumenta ſubiiciuntur. miſſo diuinitus præſagii dono. quæcũq; ad animam pertinent, aut corpus, uel in totius natura ſunt, ſiue naturis. loca uero & talia quædam ad uaticinium exiguntur uice materiæ. non decet uaticinium deducere ſine cauſa. ſ. a' quibuſdã nullam in ſe hærentibus præſcientiam. Sed a' diis continentibus in ſe terminos totius ſcientiæ rerum. contemplari decet uaticinium diſtributum circa totum mundum, & circa omnes diuiſas in mundo naturas, ſic utiq; cauſa uaticinii præcipua eſt, & communiſſima, poſſidens'q; in ſe ipſa quæcũq; ſui participantibus exhibet, prẽcipue præbens ueritatem, qua opus eſt uaticinio, & in primis eſſentiã, cãm'q; eorum, quę fiunt, obtinẽs in ſe ipſa, a' quibus neceſſario procedit, perpetua præſagii cõſecutio. Porphyrius ait, quando dormimus, aliquãdo præſentire futura, abſq; ulla præſentis ſtatus animaduerſione, etiam ſi in extaſin minime concitemur. Volens arbitror nõ tã externo influxu tũc diuinitus influente, q̃ ex ipſa natura animæ, mentis'q; præſagire, Iamblichus ait ſomnia, quæ humanis proueniũt cauſis, ſiue per naturam noſtram, ſiue per affectus, & cogitationes, & actus, raro admodum & obſcure nimium, & ſæpius caſu quodam attingere uerum.

De ſomniis.

f Omnia quãdoq; incitantur in nobis ab innatis intelligẽtiis, rõnibus'ue, uel ab imagi natiõibus, curis'q; diurnis, quæ aliquãdo ueꝝ aſſequũtur, plurimum uero falluntur, atq; hæc humanis principiis oriunt', dormientibus'q; ꝓtingunt uigiliæ nihil hẽntib⁹.

Somnia uero miſſa diuinitus non ita ꝓtingunt, ſed ueniunt, uel inter uigiliã, atq; ſomnum, uel inter ſomnũ, atq; uigiliã, uel in ipſa uigilia. Tũc breues audiuntur uoces, qd agendũ ſit admonẽtes, & aliquãdo ſpũs quidã non corpulẽtus, nõ tractabilis, ſe iacẽtibus circũfundit. Qui tamẽ non ꝑſpicitur, ſed alio quodã ſenſu, & animaduerſione, quæ in conſenſu percipitur, impetu quodã ingrediẽs, & ſe undiq; circũfundẽs abſq; ꝓtactu, atq; mirifice paſſiões animi, corporis'q; expellit. aliquãdo uero lumẽ ſynceꝝ, qetum'q; fulget. ſub quo uiſus claudit' aĩa patens. Sed alii ſenſus interim ꝓuigiles ſunt, ꝑſentiũt'q; qũo dii in lumine ſe oñdũt, & quæ illi loquunt', aguntq; ꝓtinuata aĩaduerſiõe percipiũt. ꝑfectius uero id totũ diſcernit', quãdo uiſus quoq; ꝑſpicit, atq; intellectus corroboratus, quæ fiũt aſſequit', & q ſpectant ſimiliter commouent'. Tãta, tam'q; differẽtia qualia diximus, nõ ſunt humana. ꝓtingunt uero quãdo ſomnus noſter eſt grauedo quædã capitis, uel inclinatio, & occupatio uiſus, uel mediũ qddã inter uigiliã, atq; ſomnũ, uel excitatio ſubita, uel ipſa uigilia. Quæ oĩa diuina fũt ad deos ſuſcipiẽdos idonea, diuinitus'q; mittũt, atq talia quædã præcedũt, quaſi apparitiõis diuinæ partes. Somnia humanis cauſis ꝑ cedẽtia defectus patiunt' duos. Nã & in ipſo ſomno oĩno dormiẽtibus accidũt, & nos tũc nõ diſtincte, uel plene aĩaduertim⁹, aut quæ occurrũt, aut ſtatũ ibi noſtrũ. Quãdo uero diuinitus mittuntur

mittuntur ſomnia, neq; re uera dormimus, & aſſequimur, animaduertimus'q; clarius quàm cõ ſueuerimus uigilantes. Ideo'q; in eiuſmodi ſomniis maxime ponitur uaticinium. Anima duplicem habet uitam, unam quidem ſimul cum corpore, alteram uero ab omni corpore ſeparabilẽ. * quando uigilamus, utimur plurimum uita, quæ communis eſt cum corpore, præter q̃ ſiquãdo penitus ſeparamur ab eo, propterea quod uel intelligamus, uel puris rationibus cogitemus, ſed in dormiẽdo penitus ſolui poſſumus, uelut a' uinculis adhibitis animo, atq; uita a' generatione ſeparata tunc uti. Quando quodammodo dormientibus animus a' corpore ſoluitur, tunc illa uitę ſpecies ſecundum ſeipſam permanens ſeparabilis, ſeparata'q;, ſiue intellectualis, ſiue etiã ſit diuina, protinus expergiſcitur in nobis, agitq; quemadmodum ſua fert natura. Quoniam uero & intellectus entia contemplatur, & anima generabilium rationes in ſe complectitur, merito ſecundum cauſam comprehendentem futura in præcedẽtibus ſui rationibus ordinata præ noſcit. * Dictum eſt de præſagiis animę redeũtis in ſe in ſtatu ſimili ſomno. In ſe inquam, ideſt in rationes ſeminales, & intellectuales, ſed hactenus ſub forma quadam propria præſenti uitæ, ideſt ſub forma particularis actionis huius, & uitæ, ſed ſi mox explicet uniuerſam rationum, cogitationum'q; formam, ſecundum quam uixit aliquando, tunc reportabit præſagia pertinentia magis ad uniuerſalem mundanarum rerum conditionem, ſub qua & particularia paſſim conſpicere poterit. Si rurſum per formam uniuerſalem eiuſmodi ſuam ipſis deorum mentibus copuletur, uidebit inſuper, quę ad mundum ſpectant ſuperiorem, & quę ad hunc, item per illa tã quam prẽcipuas cauſas intelliget abſolutius, in quo ſtatu non ſolum cogitatio erit perfecta, ſed imaginatio quoq; habebit imaginamenta ſyncera de rebus corporeis, atque diuinis. Quoniam uero ſunt in anima rationes generabilium penes potentiam eius, tum effectiuam, tum etiam cognitiuam, atque hæ rationes dependent a' rationibus, quę ſunt in diis, ideo anima his coniuncta, rationes in ſe ſuſcitat in actum. Saltem cognitionis ampliſſimum, & ſub diuinæ prouidentiæ modo, per quem, & per quas reputat præterita, futura'q;, & temporalia omnia, eorum'que actiones, & paſſiones, paſſionum'q; remedia, & curationes morborũ, uitiorum'q; animi, & ſtatuta legum, & artes generi hominum neceſſarias. ſic in Aeſculapii templo accipiuntur ſomnia, quibus morbi curantur, ipſa'q; ars medendi ſomniis eſt comparata diuinis. Exercitus Alexãdri morbi mox deperiturus euaſit diſcrimen remediis adhibitis in ſomno a' Dionyſio deo. Liſander rex Aphutim urbẽ obſederat, & in ſomno iuſſus ab Ammone, ſoluit obſidionẽ. Multa quotidie ſimilia fiunt ſupra orationem, rationem'q; humanam.

De inſpiratione diuina, quæ fit in uigilia.

p Orphyrius duas diuinas afflationes tetigit, unam, quę cõmuniter dicitur in ſomno fieri, alterã, quæ in uigilia, ubi afflati, & perciti præſagiunt, ita uigilantes, ut etiam utantur ſenſibus. Neq; tamen interim ſunt humanę ratiõis compotes. Iamblichus ait animos uere præſagientes, afflatos'q;, & cum dormire uidentur, non dormire, & cum uigilare, non proprie uigilare, neq; more hominum ſenſibus uti. Animi diuinitus afflati, perciti'q;, ſubiecerunt uitam ſuam penitus afflanti deo. Ideo ſiue ut uehiculum, ſiue ut inſtrumentum ſe ſubiecerint, priorem uitæ modum depoſuere, atq; uel uitam propriam in uitam diuinam commutauere, uel uitam ſuam penitus ad deum agunt. Ideo neq; utuntur ſenſibus, neque ita uigilant, ut qui uigiles habent ſenſus, neq; ipſi præſagiunt, uel mouent' humano quodam impetu, atque more, neq; ſuum ſtatũ animaduertunt, neq; ullam edunt cognitionẽ, actionem'q; proprium, ſed totum illic agitur ſub forma, actione'q; diuina.

Miracula multa fiunt a' prophetis.

q Vod autem afflati diuinitus non uiuant, tunc ipſa animalis uita patet, quia multi eorum admoto igne, non uruntur, ignem uidelicet repellente deo intus afflãte, uel ſi uruntur, nõ perſentiunt, neq; pungentia percipiunt, uel radentia, uel ulla tormenta. item quod actiones eorum non ſint humanæ, cõſtat, quoniam per inuia uadũt, per'q; ignem feruntur intacti, & flumina tranſeunt mirabiliter, quod & ipſa ſacerdos agit in cataballis. per hæc patet illos non uiuere uitam humanam, nec animalem ſenſibus, impetu'que utentem, ſed diuinam, quaſi anima eorum otietur, & deus ibi ſit pro anima, moueat'q; tanquã excellentior anima. Varię ſunt diuinitus inſpiratoꝝ ſpecies tum ꝑ uarietate deorum, qui alii alter inſpirant, tum pro differentia modorum in ſpirationibus, hi modi ſunt tales. Aut enim deus

ipſe nos occupat, aut nos ei nos addicimus, toti'q illius efficimur, aut communem agimus ad deum actionem, item uel ultimæ diuinæ potentiæ euadimus compotes, uel mediæ, uel ſuprę mæ. item aliquando nuda eſt dei præſentia, aliquando ultra præſentiam fit communio. interdum ultra hanc conficitur unio, rurſum inſpirationis uel anima ſola fit compos, uel etiam corpus ſubinde fit quodammodo particeps, uel etiam commune animal ex æquo fit compos ſecũdum horum diuerſitatem differentiam ſunt inſpiratorum ſigna, & effectus, & opera. Secundum prædictam inſpirantium, inſpirationis'ue diuerſitatem inſpirati alii mouentur uel toto corpore, uel quibuſdam membris, uel contra quieſcunt. Item choreas, cantilenas'que concinnas agunt, aut contra. rurſum corpus eorum uel excreſcere uidetur in altum, uel in amplum, uel per ſublimia ferri, atque contra. Item uoces edunt, uel æquales, perpetuas'ue, uel inæquales, & ſilẽtio interruptas. Et tum remittunt tonos, tum intendunt.

¶ Inſpiratus uacat ab actione propria. ac deum habẽt pro anima.

Maximum uero afflationis diuinæ ſignum eſt, quod ille, qui numen deducit, inſinuat'q, proſpicit ſpiritum deſcendentem, & quantus ſit, & qualis, atq; ab eo myſtice docetur, & regitur. Quinetiam qui numen ſuſcipit, ante ſuſceptionem aſpicit quandam ignis ſpeciem. Interdum uero hæc conſpicit', & præſentibus, ſiue adueniente, ſiue recedente deo. Quo ex ſigno in his reb⁹ periti ueriſſime diſcernunt, quæ ſit poteſtas numinis, quis ordo, & de quibus uera loquatur, & quę perficiat, ſed qui abſq; eiuſmodi ſpectaculis clam ſpiritus introducent, uelut in tenebris, latitantes concuciunt. Neque quid agant intelligunt, niſi exigua quædam, ideſt ſigna nonnulla in ipſo afflati corpore. Cum igitur ignis diuini præſtantia, & luminis ſpecies quædam, ineffabilis extrinſecus incubet occupato, impleat'que ipſum totum, & penitus dominetur, & circum undique in ſe complectatur, adeo ut nec ullam queat actionem peragere propriam, quiſnam ſenſus, perceptio'ue, & animaduerſio propria poteſt adeſſe animo diuinum ignem ſuſcipienti? uel humana motio, paſſio, peruerſio, phantaſię, & alienatio, qualem aliqui ſuſpicantur? Porphyrius affla tionem diuinam definit ita, motio mentis una' cum inſpiratiõe dæmonica. Iamblichus ait in animo afflato diuinitus, neque mentem, cogitationem'ue humanam ferri, ſi re uera continetur a' deo. Neque dæmonum, ſed deorum fit inſpiratio, neque rurſum definiri debet exitus, & alienatio. hæc enim lapſum ſignificant in deterius, ſed potius dici debet reductio, reſtitutio'q; in melius. Eſt igitur afflatio nihil aliud quàm totos a' deo animos occupari, atq; contineri. Hinc uero poſterius ſequitur extaſis, ideſt exitus, uel alienatio quędam tanquam conſequens ad afflationẽ accidens. Plato in Phędro dicit antiquos uaticinium nominauiſſe maniam, ideſt furorẽ, quoniam ſoli diuino furore correpti, uere uaticinantur. poſteriores autem adiuncto. T. nominaſſe mantiam. Item ſacerdotes, ſibyllas, prophetas quãdiu prudentes ſunt, uel paulum admodum, & obſcure prędagire, uel nihil, quando uero rapiũtur deo, uere uaticinari. unde præuidiſſe apud multas gentes pericula diuinitus imminentia, admonuiſſe populos, & per ſacrificia diuinã Nemeſim placauiſſe. item ait præſagium arte factum appellari putationem coniecturalem, nec ullius eſſe momenti, ſi cum diuina inſpiratione, & uaticinio comparetur. Iamblichus ait diuinum afflatum, uaticinium'q; non eſſe in mente, uel anima, ſiue ut qualitas in ſubiecto, ſiue ut actio in agente, ſed totum eſſe actum ipſius dei ex deo ſimpliciter dependentem. Actum dico a' deo peractum in mente, uel anima ſimpliciter, ut inſtrumentis ab omni proprio motu uacantibus, atq; ita uera præſagia dari. at ſiquis motus ex corpore, uel anima, uel qualitas talis interim inſeratur, uel præcedat, confundi uiſa, neq; uera uaticinia ſore, neq; legitimam eſſe ibi diuinam afflationem, ubi aliquid miſcetur humanum. Tres generatim opiniones erant de afflatu, uaticinio'que diuino. prima, cauſam eius referebat ad animam, ſecunda ad corpus, tertia ad cõpoſitum. Prima ponit ipſum in eo ſtatu, in quo anima tota eſt redacta in diuinũ ſuum, uel in mentem, aut quando eius actio facta eſt uehementior, ſiue amplior, aut quando cogitatio facta eſt acuta, motu'q; uelociſſima, aut cum mens incaluerit. Secunda ponit illius cauſam in corpore, quando certam habet complexionem, ſcilicet uel melancholicam, uel temperatam, ſiue qualitatem quandam elementalem, ſiue præterea ſpecialem, ſiue certum ſpiritum. Tertia cauſam eius ait certam proportionem, qua corpus, & anima inuicem ſunt compacta.

Iamblichus ait, ipſum non eſſe opus animæ, uel corporis, uel compoſiti, nec cauſam in eis habere. Nam afflatus ille fatidicus agit tum in prædicendo, tum in efficiendo, ſuper omnem

omnem humanæ naturæ conſuetudinem. Non poteſt autem homo, uel aliquid hominis ultra terminos ſuos ad diuinos progredi terminos. Neque poſſunt præſtantiora a' deterioribus generari. cauſa igitur huius eſt duntaxat ipſa diuinitas. quando ſcilicet a' diis deſcendunt in nos lumina, ſpiritus'q; traduntur ab eis. adeſtq; nobis dominatio, poteſtas'q; illinc abſoluta comprehendens omnia, quæ ſunt in nobis, & exterminans penitus propriam nobis animaduerſionẽ, & motionem, proferens'q; ſermones, per hominem quidem, ſed non cum ipſa cogitatione hominis, immo pronuntians ipſa per os furentis extra ſe poſiti. Dum uidelicet quæcunq; ſunt in nobis ſeruiunt tota numini, cedunt'q; ſoli dominanti actioni diuinæ. Porphyrius ait Muſicã paſſiones inferre animo, itemq; ſedare, & alios ſonos. aliis animis, & moribus conuenire. Item complexiones, affectiones'q; corporis permutare, furorem mouere, cohibere furorem. Iamblichus iſta concedit, ſed negat hæc eſſe cauſas afflatus diuini. Quoniam ſunt humana, partim naturalia, partim artificioſa, nec quicquam in ſe diuinum habent. Quod uidetur ſuſpicari Porphyrius dicens aliquos afflari, cum audiunt tibias, uel cymbala, aut tympana, alios uero cũ alias melodias. Variis deorum ordinibus reſpondent in mundo uariæ motionum ſpecies, certæ'q; certis. ex his uero uariæ, pfluunt melodiæ, quę congruunt ſimiliter per ſuos, quæ'q; motus certis ordine diis principiis motionum. hi, cum ubiq; ſint, & ſua potiſſimum ſuis impartiãt, melodiis ſibi præcipue congruentibus adſunt pręcipue, noſtris'q; ſpiritibus per eas affectis ſe inſinuantes occupant hominem, ſuaq; mox eſſentia, & poteſtate penitus implent. cuius afflationis cauſa eſt, non tam paſſio hominis excitata per muſicam, quàm ipſa ad deum muſicæ congruentia, cui naturaliter deus adeſt. Quæ ad uiſum ueniunt, nimis imaginaria ſunt, & intelligibilia potius referunt. Quę ad ſenſum infra auditum, materialia nimis. quæ ad auditum, media, & animę congruunt, ſpiritui'q; inſinuata cum motu, affectu, ſignificatione uehementer afficiunt animam quidem hinc, & inde corpus. unde totus homo ſecũdum proprietates melodiarum, euadit ſuſceptaculum huius numinis, aut illius, & qui' afflati ſunt aliter, aliter'q; ſe habẽt in motu, & quiete, aliis'q; habitibus, pro diuerſitate numinum, quibus afflantur principalius q̃ p differentia muſicæ. Ceſſauit enim iam hic affectus ſoni, quãdo deus agit. Anima in mundo intelligibili audiuit harmoniam diuinam, cuius hic reminiſcitur, quãdo audit melodias habentes diuinæ ueſtigium, reminiſcens uero ad eam uehementer' afficitur. ſi eſt e' numero animarum, quæ ipſam harmoniæ ideam præcipue contemplatæ ſunt in patria. Eiuſmodi uero affectu facta familiaris deo, iam afflatur ſingulari quadam præſentia dei. unde mirabilia facit. huius ergo afflationis, miraculi'que cauſa eſt non paſſio ex ſonis illata. non animæ natura ex harmonia compoſita, ſed ſimilitudo ad deum, deique præſentia. Multo quoque minus dicendum eſt, afflationem in eo conſiſtere, quod per muſicam & afflationem ipſam ſuperflua quædam in anima, corpore'que concreta purgentur. Vaticinii ius non eſt ex certa complexione. deorum enim dona non uarie ſpirantur ſecundum corpoream uarietatem. Munus enim diuinum impatibile eſt, & ſuper naturæ uim datur per propriam dei actionem, neque aqua, neque aer, aut corporeum aliud præbet uaticinium, ſed ſacra, quæ fiunt circa hęc, immo mentis purificatio una, cum purificatione uehiculi, intentio'q; in deum ſuſcipit uim diuinam ubiq;, ſemper'que promptiſſimam. Cum afflatus animus et dicat, & agat ſupra, & contra naturæ morem, cauſa afflationis eiuſmodi non eſt naturalis, uel ex corpore noſtro, uel qualitate loci, uel diſpoſitione cœleſti naſcente homine, uel operante, ſed ex dei præſentia iſta fiũt. unde & uariæ afflatorum ſpecies non ſequuntur naturales uarietates in nobis, ſed differentes ſpecies, tum numinum afflantium, tum modorum, quibus diuinæ præſentiæ participes ſumus. Quod igitur homines afflati diuinitus, alii conquieſcant, alii concitentur, alii montes & deſerta petant, aliter'que alii ſe habeant, non procedit ex differẽtiis naturalium in nobis cauſarum, uel locorum, uel muſicarum, quas nuper audiuerint, audiant'ue, ſed ex uariis deorum proprietatibus, quibus afflati reguntur, atq; ex uariis afflandi modis. Porphyrius tria e' multis in medium adducit oracula, unum colophonium, ubi aqua bibita, uaticinium ueniebat. alterum delphicum, ubi ſedens ad os antri uaticinabatur. tertium branchidicum, ubi hauriẽtes uaporem ex aqua prophetabant. Vnũquodq; ſecundum naturæ ſuæ modum agit circa ſe effectus, & opera. Ideo ſpiritus ipſi, qui a' diis pendentes ſuſcitant homines, atque cõcitant, in hoc ipſo opere excedunt omnem naturalem, humanum'que motum. atque hæc ipſa eorum actio nulla conditione ſimilis eſt conſuetis actionibus homini notis. Erat in Colophone ſubterraneus locus, in quo fons erat. Sacerdos igit' ſtatutis noctibus ſacrificabat, poſtea guſtabat aquã. Tandẽ uaticinabatur ibi factus præſentibus inuiſibilis. uideri poteſt alicui ſpiritus diuinus tran

sisse per aquam in sacerdotem. Neque tamen est ita ipsum. nanq; diuinum non ita secũdum dĩ stantiam, diuisionem'q; transcurrit per ea, quæ participant, sed extrinsecus comprehendit, pe nitus'q; illustrat, & implet aquam uirtute quadam ad uaticinium conferente, scilicet purgato ria. ita quod, quando sacerdos bibit, ipsa purificat. luminosum spiritum nobis insitum, & accõ modat ipsum deo, qua purificatiõe, accommodatione'q; deum capere possumus. Sed extat prę terea alia dei præsentia præter uirtutem infusam aquæ, ac prior, & desuper, circum, & intus il lustrans, quæ a` nullo abest, modo propter congruitatem contingere possit. Adest itaq; subi to, utitur propheta ut instrumento. qui interim neque sui iuris est, neq; animaduertit, quę loqui tur. sed & ubi sit ignorat, unde & post responsum uix seipsum recipit. quinetiam ante potum aquæ diem, noctem'q; cibis abstinet, & ad sacra quædam se reuocat inaccessibilia uulgo. Itaq; propter sequestrationem a` rebus humanis, syncerum se reddit, aptum'que ad deum susci pien dum. Ex quibus colligitur duobus modis hic ad deum hominem præparari. uno per purga toriam aquam factam a` deo talem, quę purificat spiritum, altero per sobrietatem, solitudinem, separationem mentis a` corpore, intentionem'que ad deum. Sibylla in Delphis duobus mo dis suscipiebat deum, uel per spiritum quendam tenuem, igneum'q;, qui erumpebat alicubi ex ore antri cuiusdam, uel sedens in adyto super sedem ęneam, habentem tres, aut quatuor pedes, & deo dicatam & utrobique exponebat se spiritui diuino. unde radio diuini ignis illustraba tur. Itaque aliquando ignis plurimus simul totus ex antro euolans, undiq; circunfunditur ei, re plet'q; splendore diuino. Aliquando, dum inhæret sedi sacratæ deo, per quam accommodatur deo, coaptatur stabili uaticinio dei. utrobiq; uero per hæc sibylla fit tota dei. unde subito deus adest. sed interim separatus, existens alter præter ignem & spiritum, sedem'que propriã, & o mnem eius loci apparatum, uel artificiosum, uel naturalem. Fœmina quinetiam in Brancis fatidica, uel sedet in axe, uel manu tenet uirgam ab aliquo deo datam, uel pedes, aut limbũ tin git in aquam, uel ex aqua quadam uaporem haurit, & his modis impletur splendore diuino. Deumq; nacta uaticinatur. Nam ex his omnibus fit accommodata deo, quem extrinsecus acci pit. Quod autem ex nulla uirtute corporea uel animali propria, uel locorum, instrumẽtorum' ue uaticinium fiat, sed ex præsentia dei uenientis extrinsecus, patet ex eo, quod ipsa sacerdos, an te quam det oracula, multa rite peragit sacrificia, obseruat sanctimoniã, lauatur, triduum pror sus abstinet cibo, habitat in secessu, iam'q; incipit paulatim illuminari, mirifice'q; gaudere. Per quę patet prouocari deum extrinsecus, ut adueniat & forinsecus aduenire. & prius quam sacer dos ad locum aquę ueniat, quodam modo inspirari, & in ipso loco, dum spiritus quidã ex aqua euolat fontis, constat aliud quiddã præter hęc esse deum separatũ ab his omnibus. causam'que loci, & fontis eiusmodi, totius'que uaticinii. Virtus, quæ inspirat nobis uaticinium, est abso luta a` locis & temporibus. alioquin non posset omnia simul loca, tempora'q; exprimere. Si. n. inseparabiliter inhęreat naturæ locorum, materiarum'ue uel procedat secundum motum deter minatum numero, non poterit, quæ ubique, semper'ue sunt, nec ipsa ubiq;, & semper ęque prę noscere. sinautem ab his fuerit absoluta, tanquam præstantioribus, quæ tempore fiunt, uel con tinentur loco, omnibus, ubicunque sint aquæ, adest, & iis, quæ tẽpore fiunt, undiq; simul adest, atq; in uno simul comprehendit omnium ueritatem, propter essentiam eius separatam prorsus & omnia superantem. Vis diuina uaticinii origo est, ubiq; tota & semper tota. Ea uis nõ est a` corpore, neque ab animo corpori addicto, sed absolutis idest angelis, deoque, qui sunt ubiq;, uel saltem uis ipsa est, ubicunque est aliquis angelorum, qui sunt ubiq;. Ipsa'q; ab omnibus sepa rata corporeis, præsens omnibus. Non cõprehensa loco uel corpore, uel anima, quæ in aliqua specie particularium, fit addicta. sed hæc ipsa fatidica deorum potestas, & separata est ab omni bus, & ideo tota simul ubiq; adest subito participare potẽtibus, illustrans forinsecus, & omnia replens, per'que omnia elementa discurrens, nec relinquens animal aliquod, uel naturam, cui pro capacitate sua non imprimat ex se aliquid conferens, ad præsagium ipsa uero propterea im plere se omnibus æque potest, quod pariter est ab omnibus absoluta. Porphyrius præter uaticinia publice celebrata commemorat aliquod priuatum, eorum scilicet, qui profitẽtur per certos characteres se spiritus attracturos ad uaticinium, quod Iamblichus reprobat. quia, cum totam religionem, sanctimoniam'q; negligant soli confisi characteribus, nequeunt ipsam alicu ius dei, bonique numinis præsentiam adipisci, qua solent uera uaticinia dari. sed in eo fallun tur, quod per characteres quidem diis congruos, & intentionem animi, reportant imagina riam quandam a` superis apparitionem exiguam, & obscuram. & quoniam interim sanctimo niam negligunt, ueniunt sub malorum dæmonum potestatem, qui mentiuntur, & fallunt, &

quantulũcunq;

quantuluncunq; indiciorum, apparitionum'q; a` diis contingerit, peruertunt, atq; confundunt.

Sed qui ueram deorum præsentiam fortiuntur, præsagium reportant uerum & immutabile, quod a` malis spiritibus deturbari non possit. Sicut enim ueniente sole, tenebræ eius præsentiã sustinere non possunt, sed subito subterfugiunt, nihil solem impedientes. sic undiq; refulgen te potestate deorum, quæ replet omnia bonis. perturbatio omnis, quæ solet a` spiritibus malis accidere, nullum habet locum, sed repente disperditur. Bonis enim numinibus omnino præ sentibus, mali spiritus euanescunt, neque mouere se ualent, neque splendorem obfuscare diui num. Damnat eos, qui omnem contemplationem, sanctimoniam'que religiosam negligunt. solis confisi characteribus, qui sperant se inclusuros substantiam ipsam alicuius dei, quo præ sente uaticinentur. Horum quoque confidentiam Porphyrius improbabat. Qui etiam narrat præter hos, esse alios, in quibus phantasia aliquando concitatur. quando certa quædam adhi buerint, etsi alioquin in aliis mentes compotes sint, dum sunt phantasia furentes in sacris. Quando scilicet uel in tenebris latuerint, uel certa pocula biberint, uel cantibus, uel constru ctionibus quibusdam usi sint. Tunc ergo furentes imaginantur occulta, futuraq;, alii quidem in aqua uidentes, alii in muro, alii sub diuo, idest sereno aere, alii in sole, alii in stellis aliis. Lu men hoc diuinum uenit in phantasiam ꝓprie, ac siquid extra uidemus, mirabile fit, per uisum phantasiæ pedissequum. Dii uel præsentia tantum sine medio mouent animum quoties uo lunt paratum, scilicet uel lumen aliquod ex se fundunt in ætherium animæ uehiculũ, quo ima ginationes mouentur in phantasia, quales ipsi uolunt. & utrobique diuinitas nusquam inclu ditur. Cum adhibentur prædicta uaticinio congrua, attentio quidem animi, & cogitatio ani maduertit, quæ fiunt, quando diuinum lumen non attingit proprie ad hæc, scilicet ad rationa les potentias, sed interim imaginatio furit, alienata, quia supra morem humanum desuper in citatur. Tenent aliquando in tenebris hominem diuinandum. Nihil enim in eis obsistit uentu ro lumini. Aliquando tenent in lumine quando eum præparant, ut maior sit ad lumen diui num similitudo, & tunc accipitur illud in lumine solis, uel lunæ, uel serenæ noctis, uel in aqua propter diaphanon parata, uel in pariete sacris characteribus præparato. hic enim propter so liditatem, quod diuinitus semel accipitur, diutius retinetur. Admouent præterea quædam co gnata diis insinuandis, & exhibent diuinaturo potiones, & compositiones quasdam & canti lenas uel excantationes conuenientes ad præparandum susceptaculum & ad commodandam præsentiam, apparentiam'q; deorum scilicet, quod lumen eorum occultum alicubi pateat sen sui, sed semper pro uoluntate deorum, siue deducatur ex æthere, siue aere, uel sole, uel luna, uel alia sphæra cœlesti. Quatenus placet diis, qui liberi dant, & ut præcipui authores, & mouent imaginationem, & per eam quandoq; sensum in obiectis accommodatis, & aliquãdo eam per
» sensum, imagines magicæ factæ ex materia solida diutius uirtutem seruãt. Superi dant dona
» paratis, Non solũ naturaliter, sed per intellectum & liberam uoluntatem ipsorum deorum. dii dant futurorum ostenta in extis, auibus'q;, & stellarum nouis prodigiis, ex quibus humana * sagacitas coniicit euentus per proportionem signorum aduentus, ut ex casu auis casum uiri ex defectu membrorum in extis defectioni, exigue cadente deiectionem eorum. Dii imprimũt futurorum signa in rebus ministerio naturæ uniuersalis, & naturarũ uel obsequio dæmonum seruientium diis, & dominantium elementis, animalibus'que, similibus'que cunctis, quæ agũt facile pro uoluntate deorum. Et si symbolice declarant in signis uoluntatem dei, & futuros euẽ * tus, ut inquit Heraclitus. Repręsentant interim opificii modum. Sicut enim per imagines fir mas faciunt res, & euentus præsignant, sic & per noua ostenta, & qualiacunque signa, & inte rim acuunt ex eadem causa, & occasione sagacitatem nostram. Viscera in ostentis transmutã * tur contra naturam in animalibus ab anima eorum, & a` dæmone eis præsidente & a` motu aeris, motu'que cœli, præter naturam & pro uoluntate deorum ad homines admonendos. Quod autem diuinitus fiat, patet, quia sæpe non inueniuntur in animalibus principalia quę dam membra ad uitam necessaria. Quæ repente miraculo auferuntur. Cum necesse sit ea pau loante non defuisse. In auguriis captandis aues miraculo se mouentur ab anima sua, & dę * mone præside, motu'que aeris, atque cœli. a` quo cœlo descendit uirtus per totum aerem con formans, & commouens illum ad deorum sententiam. pro signis efficiendis. Sententiam di co ab initio præsignatam, atque decretam, sic aues sæpe se ipsas præcipitant, uel allidunt uel aliter se necant dum ad significandum conferunt, quod non sponte faciunt, sed tractæ diui nitus. Flammæ quædam stellarum instar factæ diuinitus. aliquando pro signis futurorum *

in aere facillimæ fiunt, ad nutum deorum cœlestium accenso illic aere summo, qui ductu, for/
matu'que facillimus est, præsertim a` diis, atque in ignem. descendunt interim in hunc aerem
corporum cœlestium influxus quidam, conducentes ad creandas, mouendas'que stellas eius/
modi similes cœlestibus luce, uirtute, motu. Mundanum animal est adeo secum unitum, ut
membra eius compatiantur inuicem, commoueantur'que, etiam quæ remota inter se uidẽtur,
quasi sint proxima, tanquam eiusdem animalis membra. Atque hæc unio, & compassio con/
fert diis ad exhibenda signa hominibus, primo per cœlum, subinde per aerem. Dii non im/
mediate, sed per media instrumenta scilicet dæmones, animas, naturas, & omnia hinc depen/
dentia faciunt hominibus signa, exordientes secundum principium unum. Et inde diffunden/
tes deinceps motionem ab ipsis descendentem, quocunq; uolunt ipsi. Ideo'que sine habitudi/
ne, & coordinatione eorum ad generabilia, regunt eiusmodi singula, & sicut in opificio, et pro
uidentia, ita in exhibendis signis non deflectitur eorum intellectus ad nostra, sed, dum ille in se
permanet, signa omnia, uaticinium'que conuertit ad se. eaq; animaduertit a` seipso procedere.
Vates omnes confitentur, per deos, uel dæmones uaticinium nanciscì, quia nequeant futura ui
dere, nisi qui sint causæ, & domini futurorum. Per quos & alii uideant. Porphyrius admira
tur, quod dii adeo inseruiant hominibus, ut uates aliqui etiam per farinam uaticinentur. Re/
spondet Iamblichus, deos non obsequio id præstare suo, sed excessu potestatis & bonitatis. &
causa omnia in se continente, dum in seipsis manent absq; conuersione ad subdita, eis pro gra
du præparationis dona & signa largiri. sicut sol diaphanis, oculis'q; lumen. Atq; hoc calorem.
Quia uidemus homines subiecta curare conuersione quadam ad opera, & distractione ad di/
uersa, & distrahi a` seipsis, & laborare, ideo similiter suspicamur prouidere deos. qui ꝓtra, qua/
tenus ad se conuertuntur, unãq; sui formam, quæ est inferiorum causa, eatenus agunt, mouent,
regunt omnia, nõ distracti per diuersa, sed ab uno principio, nutu'q; simplici uibrantes cuncta,
successione quadam inde pendentia, neq; ipsi ad subiecta flectuntur, sed statu, & plenissime sua
reddunt sibi cuncta similia. Deus diuersos suppeditat uaticinii modos. non quidem distractus
ipse, sed indiuiduo nutu, forma'q; simplici suggerit omnes, & diuersis temporibus suggerit di/
uersos, non ipse per tempora uarius, sed æterno, eodem'q; mentis, & uoluntatis ictu omnes in/
spirat, quamuis hi, temporibus uariis explicentur, neq; in ostentis continetur, distrahitur'ue, sed
in una sui forma complectens omnia signa ex ea exprimit in se ipso consistens, dum uno uolun
tatis actu omnia tradit. Tanta est exuberantia prouidentiæ ad ostendenda nobis signa, ut
etiam in calculis, uirgis, lignis, lapidibus, frumento, farina, indicia præbeat futurorum, ubi mi/
rabiliter inanimatis animam, immobilibus motum, ratione carentibus intelligentiam quandã
præstare uidetur, quasi hæc cognoscere uideantur, ubi nobis futura portendunt. Et sicut deus
sæpe per fatuos homines loquitur sapientiam declarans non hominem ibi loqui, sed deum, sic
per uilissima quæque portendit futura, his ipse admodum supereminens, & per omnia no/
strum instruens intellectum. Deus per infima quæque cognitione carentia pate facit quędã
cognitione superiora ubi testatur se longe supereminere naturam. Qui dum diuersa porrigit
signa, non coercetur in eis, neque per illa distrahitur, sed stans in una, indiui dua'que sui forma
comprehendit illic omnia signa, & illinc unico, simplici'q; nutu explicat omnia, præbet'q; no/
bis argumenta passim præteritorum, præsentium, futurorum.

¶ Non fit in sacris opus alicuius efficacię, nisi per potentiam, immo & præsentiam numinis alicuius.

i N religione non potest fieri opus ullum alicuius mirabilis efficaciæ, nisi adsit il/
lic superorum aliquis spectator operis, & impletor. Opera quidem absoluta du/
cunt dii, media angeli, tertia dæmones. Natura quidem humana nec rationem
quidem, orationem'ue de diis suscipere potest sine diis, nedum diuina opera fa
cere ualeat sine illis. Est enim imbecillis, & hebes usqueadeo, ut nullum nullita/
tis suæ remedium habeat, nisi quandam diuini luminis portionem desuper accedentem, sine
qua nihil a` nobis fit diuinum. Sicut falluntur, qui confidunt ex inanimatis animam, & ex a/
mentibus facere mentem, ita qui ex rebus non diuinis diuina facere, & sine diis propria deo/
rum opera, qualia sunt uaticinia, & miracula, & similia, ut apparitiones, & expiationes.

Numina

¶ Numina inuocata, nobis adsunt, non coacta, sed uolentia.

Onfessum est efficacia religionis opera perfici præsentia deorum, angelorum, dę
monum. Porphyrius quidem suspicatur numina ad hæc trahi quadam inuoca/
c tionis necessitate. Iamblichus negat necessitatem inferri uel ab homine, uel a`
mundo numinibus, quæ, cum sint immaterialia, non suscipiunt ordinem aduen
ticium aliunde. Item inuocatio, & operatio sacra, admouet quidem sacerdotes
ad numina assimilatione, & familiaritate quadam non uiolentia sacerdotibus illata, nedum
numinibus inferatur. deus, omnis'que chorus numinum deo coniunctus est, supra omnem ne/
cessitatem extrinsecus uenientem. Vaticinium perficitur, dum sacerdos operatur sacra,
neque tunc passio cadit in sacerdotem, uel in diuinantem, quando diuinitus inspirantur, Mul/
to minus in numina, quæ non illabuntur in animos, nisi uacuos passione. Neque dicendum
est, fatidicum animum esse instrumentum medium, & efficax diuinorum, sacerdotem uero in/
uocantem esse uelut causam efficacem operum diuinorum. Immo deus est omnia, potest o/
mnia, implet omnia semetipso. humana uero natura nullam in his efficaciam habet. Est enĩ
ad diuinitatem ludus. deridemus eos, qui dicunt deum forte quadam aliquibus adesse poten/
tia figuræ cœlestis in genesi. Non enim decet ingenitos, & uniuersales causas mancipari alicui
per generationem, eius'ue periodum, & per causas alienas. Quidam, cum & nollent curis o/
nerare deum, & non perciperent modum aliquem opificii, prouidentiæ'que, præter eum, qui
solicitudine fit humana, negauerunt deos facere, atq; prouidere. similiter negarent deos inter/
esse uaticiniis, & miraculis, qui non uiderent modum excellentem, quo dii adsunt sine labore,
& mutatione sui. modus autem per hæc omnia diis proprius eisdem duntaxat est notus.
Porphyrius ait opera diuina, qualia sunt uaticinia, & miracula, esse aliquando passiones quas/
dam animæ ex paruis scintillis excitatas, & animam sua uirtute posse hæc imaginari, loqui, fa/
cere. Iamblichus dicit opus diuinum neque fortuito fieri, cum sit ordinatum, neq; ab homi/
ne longe inferiore. Oportere enim diuinum opus a` diuinitate fieri. omnia igitur opera diuini
tati similia non ab humana, sed diuina pullulare natura.

¶ Opera miraculorum, & prophetiæ non fiunt aliqua uirtute stellarum, corporis, animæ, sed mera, & libera potestate dei.

Nima humana & una specie comprehensa est, & a` caduco corpore nimium o/
bumbrata. Ideo nullam habet ad diuinum opus potentiam efficacem. siquãdo
a uero uidemur tale aliquid quodammodo posse, solum id agimus illustratione
diuina desuper influente, per quam & actionis diuinæ uidemur esse participes.
si opera diuina fierent ab anima ipsa natura animæ, & uirtute propria anima uir
tutis & prudentiæ compos, uel etiam omnis anima talia faceret. Nunc uero nec omnis anima,
facit, & quæ perfecta uidetur anima, ad diuina adhuc est imperfecta. Non igitur anima, sed di/
uinitas ipsa causa est operum diuinorum. Alioquin non esset nobis ad hæc religio necessaria,
sed absq; deorum cultu compotes essemus operum diuinorum, si hæc ipsa animæ fierent pote/
state. Deniq; si anima sua potestate diuina perageret, uel omnis anima faceret, uel quę haberet
uirtutem, & perfectionem animæ propriam scilicet scientiam, artem, prudentiam, mores, qui
per prudentiam acquiruntur. Nunc autem non tales hęc faciunt, sed concitati quidam potius
& abstracti. Tria proposuerat Porphyrius de diuinis operibus. Primum, ad hæc animam esse
causam instrumentalem. Secũdum, animam quandoq; esse causam principalem. Tertium, ani
mam posse ita esse ex æquo concausam, ut ex ea, spiritu'que diuino. Tertia quædã species sub/
stantiæ, uel subsistentiæ fiat. Iamblichus dicit, quando unum aliquid fit ex pluribus, illa plura
& esse cognata, & mutabilia, ex eo, quod sunt, in aliud sic commiscerì in unum quintum qua/
tuor elementa. & animas plures in unam totam, forte uegetalem, sensualem, motiuam, in no/
bis concedere intellectuali, & in eius actum redigi, uel forte ex illis omnibus harmoniam uita/
lem in corpore resultare, uel forte animas in patria conspirare in unam ideam omnium anima
rum. diuinitas uero uelut a` cunctis exempla non coit in unum. Tertium, cum anima prę sertim
e` suo statu iam lapsa, & quia diuinitas uelut longe diuersa non cadit in misturam. Et quoniam
immutabilis, non commutatur in aliud commune duobus. Prius quidem dictum fuerat scin/

tillis exiguis ſuſcitari in anima ſpecies diuinas, eſto, ſed hæ non traducerentur ad ſpecies ſimpliciter diuinas, ſi corporales, & naturales eſſent, nunc denique, ubi dicitur animam cum diuinitate in unum tertium congredi, æquatur anima deo, & conceditur, deum ibi ita mutari, accipereq; ab anima, ſicut mutari animam, & aliquid a deo ſuſcipere. Quod eſt abſurdum, præſertim quia hinc admittitur, quod dii elementorum inſtar coibunt in effectibus ſuis in unam formam temporaliter factam, & ex ſempiternis, & in re temporali continebuntur. Quando dicitur ex anima, & deo, uel ex diis inuicem unum aliquid fieri temporale. Quærimus utrum præter congredientia reſultet aliquid nec ne, ſi non reſultat, tunc non fiet uera unio, neque uere unum, ſicut neque in artificio ſola arte pendente, ſi reſultat res, ſempiterne e ſuo ſtatu cadet, ut fiat aliquid temporale. Niſi enim mutentur, tertium non reſultat, omnino uero abſurdum eſt, hoc ipſum, quod generatione quadam fit temporali, ponere ſempiternum. neque tamen decet ponere temporale, ne ſempiterna ſeruiant temporali. Nec decet ponere, hoc eſſe ſolubile, utrinque factum ex ſempiternis. Et tamen per nouam generationem uidetur eſſe ſolubile. Illa igitur opinio eſt abſurda. Porphyrius ait, animam quandoq; generare poteſtatem, eſſentiamq; dæmoniacam imaginantem futura, per motiones eiuſmodi. Generare inquam, dum conducit in unum materias quaſdam habentes in ſe uires eiuſmodi, præcipue uero materias acceptas ex animantibus. Iamblichus negat generari dæmones, & corrumpi. Negat enim ab anima ex uiribus corporeis generari dæmones, corporibus, animaq; ſuperiores. Negat & actiones animæ particularis, clauſæq; in corpore procedere in eſſentias, in ſe extra animam ſubſiſtentes. Negat uires corporum, materiæ prorſus addictas. ſolui ab eis ad dæmones generandos. Præterea quærit, quæ nam ſit poteſtas, quæ uires materiales a materiis ſoluit. rurſumq; conflat in unum ad dæmonem generandum. ubi uidetur poteſtas hæc eſſe dæmonica, atque ita exiſtere, dæmon etiam ante quam generetur. Non poteſt ex rebus carentibus anima, uaticinioq; generari anima, præſertim fatidica. Nequit ex deteriori præſtantius procreari. Nequit eſſentia ulla, ſubſtantiaq; conſtitui, ex motionibus animæ, uiribusq; corporeis, quæ nec ſubſtantiæ ſunt, neque eſſentiæ. Item nullum eorum, quæ per generationem ſeminantur, maius aliquid habet, quam quod ei traditur a cauſa principaliter generante. Cum ergo, nec corpus, nec anima per ſe habeat uaticinium, non poteſt anima ex ſuis motibus, atq; corporibus uaticinantem dæmonem procreare. Dicet forſan aliquis non generari a nobis dæmones, ſed eos animantibus ordine præſidere, itaque quando materiæ ex animalibus huic dæmoni commendatis, opportune adhibentur huc, dæmonem quaſi compatientem ad talia ferri. Iamblichus ait, dæmones, qui uſqueadeo compatiantur, uera uaticinari non poſſe. Verũ nanq; uaticinium non eſſe naturæ paſſibilis, & aliquo corpore, loco, tempore clauſæ, ſed ab his omnibus abſolutæ, ut queat quocunque in loco uel tempore facta, pariter, ſimpliciterque proſpicere.

¶ De ſomniis diuinis, & humanis.

Orphyrius ait, præſagia ſomniorum partim eſſe ex nobis, partim ab extrinſeco. Iamblichus ait, ſolum extrinſecus aduenire. quia ſæpe ſtudemus, agimusq; non
P nulla ad hoc præſagium aucupandum, neque tamen datur, & ſæpe id non quærentibus datur. Quod ſi ſomnialis effectus eſſet ex noſtra natura, arbitrioq; humano, nobis ad hoc prouidentibus eueniret. Mittitur autem a diis pro eorum arbitrio, ſcilicet quando, & quomodo uolunt benignitate quadam demonſtrare futurum. Idem declarat Orphicus hymnus. Porphyrius ait, uaticinii cauſam, eſſe quandam animi paſſionem. Iamblichus negat, dicens paſſionem eſſe ſuapte natura inſtabilem, inordinatamque, atque perturbatam. Vaticinium uero eſſe debere ſtabile prorſus, & ordinatum. Ideoque non poſſe in paſſione uerſari. Item quando anima prudens eſt, & conſtans, agitque ſecundum uires eius præſtantiores, ſcilicet intellectuales, rationalesque, futura nõ proſpicit. Quomodo igitur hęc aſſequetur, quando patitur ſecundum inordinatos motus, atq; perturbatos? Item paſſio nihil habet proprium ad entium, ueritatisque contemplationem, ſed affert impedimentum. Præterea ſi res ipſæ in mundo eſſent paſſionibus conſtitutæ paſſio ſimilitudine quadam has attingeret. Cum uero rationibus, ſpeciebusque conſtitutæ ſint, & agantur. certe alia quædam prænotio eſt ab omnibus paſſionibus aliena. Rurſum paſſio præſentia tantum ſentit.

Cum igitur

Cum igitur uaticinium futurum etiam aſſequatur, non uerſatur in paſſione. Porphyrius ait, uaticinium eſſe paſſionem quandam phantaſiæ ſubortam, uel excogitationibus noſtris, uel inſtinctu corporalis in nobis naturæ, uel ſimiliter incidentem, ut & phreneticis contingit uaticinari. Ad hoc autem adhibet ſigna, quod in ſtatu uaticinii agit quidem imaginatio uehementer. ſenſus autem interim occupantur, & cohibentur. Item quod ſuffumigationes adhibentur diui naturo, uidelicet ad phantaſiam afficiendam. Item inuocationes, ad eandem affectionem incitandam. Item quod non omnes, ſed iuuenes, ſimpliciores que ad hoc idonei ſunt. Iamblichus ait, occupationem ſenſuum eſſe ſignum, quod phantaſma tunc nullum eſt humanum. Vapores adhiberi ad efficiendam cum deo congruitatem, non ad afficiendam ſpectantis animã. Inuocationes non excitare, uel cogitationes, uel corporeas paſſiones in nobis. Nam nobis incognitæ ſunt, ſoli deo, qui inuocatur, cognitæ. ſolos ſimpliciores eſſe expoſitos diuino ſpiritui extrinſecus uenienti. Quod Porphyrius ait, uaticinium eſſe paſſionem phantaſiæ talem, qualis accidit melancholicis, & deſipientibus ſæpe fatidicis, abutitur diuino uaticinii munere, dũ alienationem diuinitus factam in melius comparat alienationi a morbis, ebrietate, rabie in deterius accidenti. alienatio animi ex paſſionibus noſtris accidens, infra humanum ſtatum deiicit animum, ſed a deo facta, attollit hominem ſuper hominem, deoque coniungit. Illa reddit inſtabilem, & in materiam prorſus immergit, hæc conſtantem, ordinisque cõpotem, & a materia ſoluit. Nullo modo dicendum, afflationem diuinam habere aliquid ſimile, cum alienatione facta ab humoribus ebrietate, rabie. Nam hæc a deo ſupra quam cogitari poſſit, diſtantia ſunt. tantundem ergo diſtat inſania eiuſmodi ab inſpiratione diuina, nihil igitur habent ſimile, uel commune. Alienatio a cauſis facta corporeis, eſt animi deprauatio ex debilitate contingens. Facta uero diuinitus eſt ſalus animæ contingens ex plenitudine poteſtatis. In illa quidem, dum animo ſuas operationes aggreditur, eas edit peruerſas, atque turbulentas. In hac autem, dum ſecundum propriam uitam, intelligentiamque uacat, ſuperiori ſe exponit utendam. Denique quanto diſtant diuina ab infimis naturalibus, tanto illorum actiones, effectusque ab effectibus naturalium. Alienatio itaque inducta diuinitus nihil habet ſimile cum ea, quæ fit humanitus. Cum igitur illam cogitas, ſepara prorſus ab illa omnes huius defectus, accidentia omnia. Quinetiam quando ſobrietatem, uigilantiamque ſacram acceptam diuinitus meditaris, noli cum ſobrietate homnium comparare. Et utrobiq; ab imaginationibus diuinitus adhibitis animo remoue, quicquid ullo modo ſimile eſt imaginationibus ullis, quas humores, ſimilesque cauſæ ſuſcitant. Item ambiguum hominis ſtatum inter ſobrium animum, alienatumq; medium, ne ſimilem putes ſtatui animi ſacri, uno intuitu ſpectantis deum, nec certiſſimos intuitus diuinorum ſimiles eſſe credas, imaginationibus arte uenefica ſuſcitatis. Nam quę faſcinati imaginamur præter imaginamenta nullam habent actionis, & eſſentiæ ueritatẽ. Eiuſmodi nanque magicæ finis eſt, non facere ſimpliciter aliquid, ſed uſque ad apparendum imaginamenta porrigere. Non eſt putandum diuinum uatem incidere in ueritatem caſu ſicut in
* ſani ſolent aliquando, nec etiam paſſione quadam naturali, ſicut & animalia ſolẽt pati ſæpe a partibus, uiribusque quibuſdam mundi futurum aliquid inchoantibus, & iam in aere quodãmodo facientibus prius quam in terra. Atque ita patiendo nonnunquam futuras perſentiunt terræ concuſſiones, atque procellas, præſertim animalia, quæ uel facile patiuntur, uel acute perſentiuut. Prænotio enim uel caſu uel eiuſmodi paſſione proueniens, rara fit inordinata, non continuata, prorſus obſcura. Vaticinium uero diuinum uniuerſi ordinem continuata, & firma, connexaque conſpicit ratione. Siqua nobis innata ſit facultas ad futurum percipiendum, non eſt propterea uaticinium. hæc enim nec ſemper, ſed aliquando ueridica eſt, nec in omnibus, ſed quibuſdam. uaticinium uero & ſemper, & in omnibus eſt ueridicum. Item præno
* tio arte facta ex ſignis aucupatur futurum non omnino fidelibus, quia non ſemper ſibi coniunctum habent euentum, ſed diuina prouidentia factum effectus a cauſis conſpicit, intuitu firmo, præſentique & prorſus continuato connectens omnia mutabilia, temporaliaq; & inter ſe diſtantia, futura anticipans, ut præſentia. Dicet aliquis poſſe prænuntiari futurum, ex quatuor
* donis ſimul iunctis ſcilicet ex certa hominis natura, & ex arte huic adhibita, & ex communi rerum inter ſe compaſſione tanquam animalis eiuſdem partium, atque ex ea corporum diſpoſitione, qua alia aliis indicia ſubminiſtrent, ſed re uera quando his concurrentibus indicia manifeſte percipiuntur, habet & hæc perceptio aliquid ſimile uaticinio, & uniuerſum ueſtigia uaticinii habet ubique, ſed non ubique clara. Tametſi ſicut imago ipſius boni in omnibus deum

præfert, ſic in cunctis eſt ueſtigium aliquod uaticinii. Neque tamen uaticinii ſpecies una diuina, immiſta, definienda eſt per ſimulachra eius in generationem demiſſa, & multo minus per imaginamenta delirantium. hæc enim omnia fallacia ſunt. Vaticinium ipſum definiendum eſt, per unam rationem, ordinem'que unum, & unam ſpeciem diuinam, unam'que intelligibilem, & immutabilem ueritatem. contra uero omnis perceptio mutabilis inde ſegregãda, uelut indefinita, & deis, diuinis'que nullo modo cõueniens, quando fit a` nobis aliquod opus nobis naturale, certe ad hoc ſunt ab initio tributo ſemina, & præparamenta ab ipſa natura, quæ eſt operis eiuſmodi cauſa. Nulla ergo ſunt data præparamenta, ſemina'que a` natura uel communi, uel humana ad uaticinium illud, quod eſt ſupra naturam, conſuetudinem'q; humanam. natura enim & intelligentia caret. nec eſt præcipuus author eorum, quæ fiunt, præſertim quatenus in nobis eſt natura, ſed uaticinium plus quàm intellectuale eſt, & cauſas attingit euẽtuum, & uno, ſubito'que intuitu complectitur ordinem uniuerſi opus eiuſmodi, dei proprium eſt agentis hoc in nobis, nobis tunc a` propria actione uacantibus. Præſagium, ſiquod nobis incidit inſtinctu naturę, uel arte peragitur, poteſt utique in noſtra natura præparationem, aptitudinem que habere, ſed hoc præſagium ualde anguſtum eſt, & obſcurum, & magis minus'ue ſuſcipit, uaticinium uero diuinum ampliſſimum eſt, & certum, & unú, ſtabilem'que, ideſt ſummum ubique gradum poſſidet. Ideo nequit fuiſſe nobis inditum a` natura. Porphyrius confitebatur affectionem quandam noſtræ naturæ uel corporalem, uel animalem ad uaticinium cõferre præcipue, ex eo quod, qui aduocabant in hominem uaticinium, geſtabant lapillos quoſdam, atque herbas, ligabant'que nodos ſacros, iterum'que ligata ſoluebant. mutabant quoque propoſita in eis, qui talia ab illis acceperant, & ex malis meliora reddebãt. Sed Iamblichus obſeruationes, effectus'que eiuſmodi retorquet in coniecturam, quod inſpiratio uaticinii forinſecus, deſuper'que proueniat. Talia enim certis numinibus conſentanea, cum adhibentur nobis, ad eorum inſpirationem ſuſcipiendam, nos accommodant. Porphyrius ait, non eſſe contemnẽdam artem, quæ ex certis uaporibus ad ignem ſub opportunis ſtellarum influxib⁹ facit deorum idola in aere protinus apparentia ſimilia quodammodo diis, & habentia ſimilem aliquam efficaciam. Iamblichus ait, hęc idola paruipendi a` ſacerdotibus, qui ueras deorum ſpecies peruiderunt, neque poſſe excellens aliquod bonum reperiri in eo, quod pullulat ex materia, formis'q; in ea, formarum'que eiuſmodi uiribus, & arte ſimul humana. Nã quod fit ab homine, eſt deterius homine, & quod fit ita, ut idolum, eſt adumbratio quędam apparens potius quàm exiſtens, ac dum fit, protinus euaneſcens, neq; fit arte opificia, quæ ueras eſſentias fabricat, ſed imitatoria potius, quæ eſſentiarum reddit imagines. Profecto` deus mũdi opifex nõ per cœleſtes motus, non particularem materiam, non per potentias ita diuiſas fabricat omnia, ſed intelligentiis, uoluptatibus'q; & immaterialibus ſpeciebus, ac per animam ſempiternam ſuper mundanam, ſimulatq; mundanam mundos efficit. Factor quidem eiuſmodi idolorum dicitur per ſtellas efficere, non tamen eo modo per ipſas efficit ſtellas, quo forte uidetur. cum. n. innumerę ſint in diis cœleſtibus uires, omnium infima eſt potentia naturalis. In ipſa potentia deorum cœleſtium naturali ſunt rationes, tum ſeminales, ideſt formarum generatiuæ, tum aliæ quædam immobiles ſeminalibus præcedentes ibidem, ideſt coordinatiuæ formæ, utraq; igitur rationum authoritas generationẽ uniuerſam præcedit, poſt eas ſunt in corporibus cœleſtibus qualitates, uires, motus, atq; ex eis defluxus dominantes ſub rationibus toti rerum mundanarum exordinationi, infima uero poteſtas cœleſtium, quas dixi, uirium generationem terrenorum ducit. Multæ artes, ut medicina, gymnaſtica, agricultura, quæcúq; uidelicet in operatione ſua communicant, cum operatione naturæ utũtur qualitatibus, uiribus'q; per defluxus cœleſtes ad inferiora traiectis, atq; & idolo fic⁹ ipſe trahit a` cœleſtib⁹ defluxib⁹ portiõem aliquã genitalem, quamuis exiguam, atque debilem. Non enim utitur ipſis cœlorum motibus, aut uiribus ipſis, quæ illis inſunt, aut uiribus, quæ naturaliter fundantur circa cœleſtes motus, nec poteſt eas attingere, ſed occupatur circa uires quaſdam, quæ ab illorum natura ad ultimum defluxerunt, prolapſæ ad infimum mundi locum. Vtitur quidem is arte quadam, ſed non pia, atq; deifica. hæ quidem infimæ cœleſtium uires conſpirantes, circa materiam quandam particulam, poſſunt eam tranſmutare, transfigurare, transformare alias aliter. Iam uero, & tranſpoſitionem ab aliis in alia ſuſcipiunt potentiarum earum, quæ particularibus inſunt. Quando aliquis eiuſmodi fabricat, Idola ex multis materiis, & ſub cœleſtibus influxibus, tũc uarietas illinc quidem cœleſtium actionum, hinc uero potentiarum materialium congregata, facit quidẽ aliquid. Sed

actio hæc longe degenerat, non ſolum ab opificio diuino, ſed etiam ab effectione naturali. Natura enim & uno ſimul tenore, & actione ſimplici proprium peragit opus. Hęc igitur idolorum fabrica eſt artificioſa commiſtio circa defluxum cœleſtium ultimum, & circa illa, quæ ad poſtremum a` cœleſti natura mouentur, atq; recedunt. Homo, cum ſit melior, & ex melioribus procreatus, non debet idolis fabricandis incũbere. Quæ non ſunt animata, ſed oſtẽtamento quodam uitæ ſunt inflata. Nec intima, uera'que, ſed externa, ficta'q; harmonia continentur prorſus ad breue manſura, nec habẽt uerum aliquid, & legitimum, cum ſint arte ſolum humana conficta. Solum uero, quod ſimplex, & uniforme eſt actionis, uel compoſitionis in eis præualet. Ideo'que ualde deficiunt, quoniam ex qualitatibus longe diuerſis, contrariis'q; cõgeſta ſunt, neque potentiam aliquam perfectam habent. Quoniam eiuſmodi defluxum multitudo e` multis captatur, & in aduenticium aliquid commiſcetur exile penitus, & infirmum, nec ſtabilitatem ullam habent hæc idola, immo uelocius quã quę apparent in ſpeculis, euaneſcunt. Quando enim admouetur ſuffumigatio uaporibus exhalantibus, protinus componuntur, at cũ per totum aerem fumus, uapor'que ſe fundit, ſubito diſſoluuntur. Prodigiorum eiuſmodi fabrica idolaris eſt omnino comtemplatore ueritatis indigna. qui enim hæc machinatur, ſiue eorum uilitatem agnoſcens, delectatur tamen, ſimilis illis euadit, ſiue colat, ut deos, peccati reus eſt factu, dictu'que nefandi, nec lux ulla in animam diuina ſubrutilat, circa tenebroſa idolorum phantaſmata occupatam. Porphyrius ait, idolorum factores in fabrica obſeruare cœleſtium curſum dicentes, quo potiſſimum cœleſtium currente, & cum quo, uel quibus concurrente uaticinia uera prouenient, aut falſa. Item quæ ibi fiunt, utrum ſignificatiua ſint, effectiua'ue uel contra ſignificationis efficacię uacua. Quamuis ex materiis electis idola conſtruant obſeruatione ſyderum, nihil tamen hęc inde habent in ſe diuinum. Nam materię, quæ hic mouentur cœlitus, in generatione ſunt poſtremæ, atque ad ultimos e` cœlo defluxus compatiuntur. Quæ enim tam facile permutentur eiuſmodi phantaſmata, ut ad minimum nutum uel inertia ſint, uel contra ſcilicet fatidica, ſiue ſignificatiua, ſiue effectiua. certe paſſio tam facilis, & mutabilitas adeo uelox declarat, ea diuinæ potentiæ nihil habere, non ſunt in materiis ullæ potentiæ, quæ ſint elementa dæmonum, neque hi poſſunt ex particularibus corporibus generari, immo ab eis hæc generantur, atque cuſtodiuntur. Neque poteſt homo ſuis machinis formas ipſas dæmonum procreare, immo nos ſecundum corpus a` dæmonibus formati ſumus. Non eſt putandum ex elementorum coitu confluere aliquam multitudinem, ſiue compoſitionem in ſe propriam dæmonibus uim habentem. Nam ipſe dæmon ſimpliciter, uniformiter'que, & in ſe conſiſtens, in unum diuerſa congregat elementa, atque ex eis compoſita generat, & quicquid ineſt perſeuerantiæ, ipſe largitur, neque decet idola dæmones appellare. Nam & aliud eſt idolorum author, aliud dæmon magnus dux dæmonum, ipſa'que ſubſtantia dæmonum diuerſa eſt a` phantaſmatis idolorum. quibus & tu Porphyri confiteris, neque deum, neque dæmonem aliquem deorſum trahi. Igitur hæc idolorum fabrica, cũ dei, dęmonis'q; ſit expers, neque uaticinium, neque ſacrum opus aliquod affert.

¶ Chaldęorum myſteria de ſacerdotio, Deo, dæmonibus bonis, & malis.

Orphyrius commemorat opinionem dicentium omnia uaticinia nobis a` dęmonibus malis infundi. Quorum natura ſit ſubdola, omniformis'que, atque uerſatilis, qui deos, & ſublimes dæmones, & animas defunctorum ſimulent, & hac fallacia nobis occurentes præſagia præbeant. Horum opinionem Porphyrius, etſi non probat, commemorat tamen de hac quoque ægyptium conſulens. Iamblichus hoc quoque damnat inter ſacra commemorare profana, atque ſubinde narrat myſteria, quæ audiuit ægyptius a` ꝓphetis Chaldæoꝝ talia. Dii uera bona dant bonis per ſacrificia expiatis, quibus cum & uerſantur, ſuoque commercio prauitatem, paſſionem'q; ab eis longe propulſant, ſuoq; ſplendore tenebroſos inde ſpiritus arcent. Mali enim ſpiritus intrante deorum lumine, uelut ſole tanquam tenebræ ſubterfugiunt, neq; turbare ulterius pium ſacrificatorem poſſunt, omni prauitate, & peruerſitate, paſſione'que liberum. Qui uero pernitioſi ſunt, & interim contra ritus, ordinem'que ſacrorum ſacra inſolenter inuadunt, hi ſane` propter actionis infirmitatem, potentiæ'que defectum deos aſſequi nequeunt. Sed propter

inquinamenta quædam, tum a' diis arcentur, tum dæmonibus malis accomodantur, quorum flatu prorsus implentur pessimo, pessimi'que illinc euadunt profani scilicet, atque dissoluti pariter & iniqui, desyderio dissimili diis, atq; in omnibus simillimi dæmonibus improbis, quibus cum uersantur assidue. Hi igitur passionibus, & prauitate pleni per ipsam cognationem malos ad se trahunt spiritus, quibus mox occupati, ad omnem iniquitatem inde iterum incitantur, ubi alter alterum ad hoc ipsum uicissim adiuuat, & corroborat. sicut circulus aliquis principium cum fine coaptans, reddens'que æqualem eodem pacto uicissitudinem, hucusq; Chaldęi.

Quando profani contra ritus tractant, sacra frustratur euętus. nam & pro diis aliis alii celebrantur, & pro bonis spiritibus insinuantur mali. horum ergo errata non debent, ubi de legitimis sacris agitur, commemorari, neque quæ accidunt illis pro lege putari. sicut sacrilegium diuino cultui contrarium est, ita malis dæmonibus intemperantiæ authoribus, fallacibus'que occupati contrarii sunt legitimis sacerdotibus, a' quibus procul abest spiritus omnis iniquus, & prauitas, atque passio, adest uero bonorum præsentia numinum, atque desuper ab igne diuino ueritate replentur. His ergo mali spiritus impedimenti nihil afferunt ad animæ bona. nec inde suggeritur superbiæ fumus, uel adulatio mollis, neque subfumigatione falluntur, neque ui ulla turbantur. Sed hæc omnia mala, tunc boni præsentia numinis, uelut fulguris ictu percussa disperduntur statim, & euanescunt. Talibus ergo ueridicum prouenit uaticinium, cum quo nulla ex parte aliud est conferendum, cui rite studendum est, ea, qua diximus, sanctimonia. Hac enim ratione duntaxat acquiritur. & in uaticinando ueritas inconcussa, & in anima uirtus penitus absoluta, quibus sane' duobus sacerdos ad ignem ascendit intelligibilem. quod tanquam finis omni præsagio, sacrificio'que debet esse propositum, temere nimium o' Porphyri, ubi de diuino agitur uaticinio, opinionem eorum commemorandam existimasti, qui omne præsagium arbitrantur a' malo dæmone tribui. hi nanque in tenebris ab initio, semper'que uersati, nec uerum a' falso discernere possunt. neque principia, quibus hæc aduenium, intelligere.

¶ Inuocationes, & imperia hominum aduersum spiritus.

Orphyrius dubitat, quare spiritus tum suppliciter inuocamus tanquam nobis superiores, tum quasi cogimus imperando tanquam inferiores. Iamblichus ita di
P stinguit. Dii quidem, & omnes nostra natura superiores plenitudine bonitatis, & uoluntate bonorum, & benignitate quadam dignis animis conuenientia tribuunt. Deligunt religiosos tanquam genituras suas, & alumnos, atque discipulos, & laborantium miserentur. sunt præterea media quædam genera numinũ, qui ephori, præsides'que sunt discretionis, atque iudicii. consulunt, quæ facere deceat, quæ declinare. ad iusta quidem adiuuant. reuocant ab iniustis, & sæpe in homines iniquos iniurias, quas inferre conãtur iuste retorquent, ut quæ agere moliebantur, patiantur ipsi. Est rursum aliud genus spiritum nobis circunstantium indiscretum, & inconsyderatum, quod unam numero potentiam est sortitum propter ipsam a' singulis uniuersi partibus distributionem. Vnde unum uni tãtum operi est addictum. sicut enim gladius solum diuidit, nec aliud afficit, sic spirituum in mundo distributorum propter ipsam partibilem naturæ necessitatem, hic quidem solum diuidit, Ille uero solum colligit, quæ fiunt, atque generantur. quidam igitur occulti spiritus alius aliam sortiti potentiam illud tantum singuli, ad quod ordinati sunt, peragunt. Siquis igitur accipiens illa, quæ ordine distributo ad totum conferunt, deflexerit aliorsum, & aliquid quasi præuaricãdo transegerit, hoc ipsum, quod fit, sequitur, ne ipsius male utentis est damnum. sed redeamus ad quęstionem. Vt ad quæstionem respondeam iussa, & imperia uiolenta diriguntur ad spiritus, nec utentes propria ratione, nec iudicii, discretionis'que principium possidentes. Cum enim cogitatio nostra habeat ratiocinandi naturam atque discernendi, qua res conditione se habent, multas quoque in se uitæ potentias complectatur, spiritibus imperare solet, non utentibus ratione, & ad unam duntaxat actionem determinatis. Inuocat eos igitur tanquam superiores. quoniam ab uniuerso mundo nos continente, quæ ad tota conferunt, trahere conatur circa quædam, quæ in particularibus, diuiduis'que continentur. Imperat rursum tanquam inferioribus, quia natura nostra intellectualis præstantior est, quam intellectu carens, & si illa latiorem in mundo habeat actionem. Item duplex est in sacerdote figura,

figura, siue prætexta, una quidem humana, altera uero diuina, quam ex sacramentis induit, in quibus latet diuina potestas, sursum ad diuinitatem animum eleuans, deoque coniungens.

Ideo'que figuram diuinam adhibens animo, quam indutus potest sub prætextu dei, tanquã superior eiusmodi spiritibus imperare. tametsi tanquam homo rogare solet inuocans eos eatenus superiores, quatenus ab uniuerso inuocat potestates. Sed ita uerius soluimus quæstionem, communio quædam consentientis beneuolentiæ, & complexio indissolubilis unitatis omnem sacrorum expeditionem continet, ut hæc effectio sit diuina, & excedens omnem expeditionis humanæ modum. Ideo'que hunc omnem illinc auferre debemus. Non igitur sacerdos numerum accersit, uelut absens, nec mandat aliquid segregato perficiendum, quod homines inter se solent. Immo una quædam, eadem'q; communiter diuini ignis actio sponte sua per se prompta, præsens'q; ex se agens refulget, agitque. eodem modo per omnia simul, tum quæ de inceps inde tradunt aliis, tum quę possunt accipere inde non nihil. Diuina igitur opera, quæ in sacris explentur, non per contrarietatem huius ad illud, ut generabilia. non per differẽtiam uocantis, mouentis'ue aduocatur, atque motum transiguntur, sicut humana solent, sed identitate, unione, consensione, id totum expletur. & sublata discrepantia, hoc ipsum quod agit. & cuius uirtute agitur, est commune ubiq; aliquid, atque simplex. Porphyrius quærit, cur nam superi sæpe iubeant suos cultores esse iustos. aliquando tamen obsecrati inferre iniuriam, inferãt. Respondet Iamblichus, non inferre iniurias, sed iusta supplicia. ac si forte iniusta, nõ esse deos, sed dæmones improbos. Dii non partem quandam huius uitæ tantum, sed totam, nec hãc solam, sed uniuersam ab æuo in æuum conspiciunt animæ uitam. atque ita pro meritis in antecedente uita contractis, sępe puniunt in sequẽti, siue rogati punire, siue nõ rogati. Interea nos, qui nihil uidemus ultra præsens, opinamur aduersa nonnunquam nobis contingere præter meritum, dum tamen sæpe in hac uita patimur, quæ in alia iam intulimus, & quæ nunc facimus, aliquando patiemur. Præterea multa nos latent hominum peccata, quæ deos minime latent. Item nos iustitiam definimus, ut suum quisque officium faciat, secundum prędentes patriæ leges. Dii uero definiunt eam latius admodum spectantes, uidelicet ad totum ordinem uniuersi, atque spectantes eam præcipue rationem, qua animæ diis conducant, iudicium inde peragunt. Tanta'que diuersitas est inter iudicium diuinum de ipso iure, atque nostrum, ut ad illud attingere non possimus. Iam uero & ipsi dii, quid iustum sit, aliter perpendunt ad unam spectantes animam, aliter ad totam animarum cognationem. Si enim eiusdem naturæ cõmunio existens inter animas, tum in corpore uiuentes, tum extra corpus positas complexionem quandam eandem, atque communem cunctis efficit ad totam mundi uitam, ordinem'q; mundanum, necessarium est expeditionem iudicii a' totis exigere, scilicet ab ordine uniuersali, & a' necessitudine animarum inter se requireretur. Præsertim ubi scelerum magnitudo ab una anima commissorum excedit supplicium, consequens ex peccatis. Dii ergo nunquam obsecrati inferunt supplicia, nisi iusta. Cum enim secundum essentiam bonum habeant, mali, iniusti'que causa esse non possunt. Verum siquis forte conuicerit ex imprecationibus ad superos factis, aduersa quædam aliquibus iniuste contingere, alias quasdam præter deos, bonaque numina causas inquirere compellemur. quas si forte non inuenerimus, non tamẽ ob hoc suspicari aliquid debemus de diis indignum diuina natura. eaque sciẽtia certa, quæ de bonitate deorum nostris intelligentiis est innata. In qua proculdubio græci omnes, barbari'que consentiunt. Proinde cum malorum species diuersæ sint, atque dissidentes non in unam, sed in diuersas referendæ sunt causas. Si uerum est, quod de idolis dicebamus, improbis'que dæmonibus, hinc sane' exoritur multiplex origo malorum. Simulant enim deorum præsentiam, dæmonum'q; bonorum. Ideo'que cultorem suum iubent esse iustum, ut ipsi uideantur boni, sicut & dii. quoniam uero natura sunt mali, rogati mala inferre, libenter inferũt, atque nobis ad iniusta conducunt. Hi sunt omnino, qui & in oraculis mentiuntur, & fallunt, & turpia consulũt, atque peragunt. Dii uero, bonique dæmones, neque fallunt unquam, neque conferunt ad ini qua. est insuper malorum natura dæmonum sibimet inconstans, instabilis, secum'que dissidens, aliás alia suadens. superiorum uero natura, sibi constat assidue, eundem'que seruat semper in actione tenorem. Corporeæ mundi partes non sunt uirtute uacuæ, sed quanto maiores, pulchriores, perfectiores sunt, quam nostra corpora, tanto uires, actiones'que maiores habent. Igitur unaquæque earum uires seorsum differentes habet, & actiones diuersas edit. Item habitudine quadam inuicem multo plura conficere possunt. Quin-

etiam a' totis mundi partibus descendit in particulas quædam actio multiformis, descendit'que facillime, propter potentiarum similitudinem. quatenus uidelicet sequentes gradatim potentiæ antecedentibus correspondent. Præsertim ubi patiens insuper ad agens accommodatur. corporis ergo necessitatibus contingunt ex totis in particulas quasdam mala, & pernitiosa quædam totis quidem salutaria, & harmoniæ uniuersi consona, quamuis interea noxia partibus, uel quia totorum actiones sustinere non possunt, uel propter commistionem inferius accedentem, imbecillitatem'q; infimis naturalem, uel quia partes, partibus commensuratæ non sunt. Proinde præter ipsum mundi corpus multa potest ipsa mundi natura. Nam & similium concordia, & discordia dissimilium non pauca facit. quin etiam multorum coitus in unum totius animal, & potentiæ uigentes in mundo quotcunq; sint, & quales aliud quidem in totis, aliud in partibus agunt ob ipsam partium debilitatem ad ultimum distributam, atq; diuisam. Amicitia totius, & amor, atq; contentio, & similia in ipsis quidem totis actiones sunt, in particulis passiões. Item quæ in intellectu diuino species sunt, rationes'q; purę in uniuersi natura materialem quandam participant indigentiam. in singulis tandem informitatem, & quæ in totis sunt unita, in particularibus dissident. corrumpuntur insuper particulæ quædam ut tota secundum naturam constituta seruentur conteruntur, & partes quædam, atq; premuntur, totis interea sic inde nascentibus passionis expertibus. Quando ueneficus aliquis imprecationibus suis deducit desuper in quempiam calamitatem utendo uidelicet ad hoc naturalibus quibusdam, corporeis'q; potentiis. uniuersi traditio quidem actionis eiusmodi uenit desuper absq; electione, atq; prauitate, tametsi interim maleficus hac ipsa utens, traditionem deflectit ad cõtraria prorsus, atq; mala, & ipsa quidem traditio, actio'q; superne descendens compassione quadam propter similitudinem sub contrariorum passionibus commouetur. Maleficus autem electione trahit præter iustum, quod traditum est ad mala. iam uero ipsa traditio secundum unam harmoniam mundi conficit, ut quæ distantissima sunt, tamen cooperentur. siquis interim id deprehendens ducere molitur iniq; partes sortes'ue. quasdam totius in partes alias ita lędens eiusmodi damni non est causa uniuersum, sed abusus humanus transgrediens ordinem uniuersi, legitima'q; peruertens. Non igitur dii mala nobis inferunt, sed naturæ corpora'q; diuinitus dependentia. Atqui & hæc non ut malos, sed ut bonos defluxus, mundo'q; salutares ad ima demittunt, qui uero suscipiunt propria mistione, peruersitate'q; transformant adeo, ut aliter quidem data recipiatur conditione contraria. Post hæc interrogas, cur natura superi non exaudiant inuocantem, nisi castum? ipsi uero interim obsecrati illicitos concubitus adiuuent. Neq; pudeat cultores suos ad turpes libidines incitare. Quando causis occultis incitamur ad coitum non legitimum scilicet, apud leges humanas forte legitimum, hoc est apud mũdanas leges, quãdo uidelicet inde nascitur hominibus necessarius. Iam uero instinctus ad uenerem in mundo q dem ad amicitiam tendit, & harmoniam. in partibus autem sit uehementior, propterea quod hæ ob complexionem suam facile nimium, & mutuo, & toti compatiantur. Deniq; quod cœlitus descendit ad bonum, hic sæpe transfertur ad malum. Mundus est unum animal, in quo partes, quamuis loco distantes, tamen propter naturam unam inuicẽ ad se feruntur. Atqui uis ipsa conciliatrix mundi, & causa communis omnium mistionis, trahit quidem partes ad se inuicem suapte natura. potest eiusmodi tractus & appetitus arte quadam præter ordinem augeri. Vis q/ dem ipsa concilians infusa cunctis bona est, & causa ubique implectionis, communionis, harmoniæ, amoris mutui, unionis'que mundanæ, quæ sunt, fiunt'que imperio continentis, in partibus autem propter earum distantiam, & inuicem, & a' totis, atque ob naturã debilem & egenam, compassione mutuum congressum conficit. Vnde acrior appetitus plurimus est ingenitus. Ars itaque deprehendens hanc uim coaguli passim in natura dispersam contrahit eã undique, colligit'que simul, deriuat'que in unum. Atque ita appetitum necessariæ unionis naturaliter moderatum, reddit suis machinis effrenatum. dum & materiam admouet genituræ præcipue conferentem, & uires undique naturales inter se differentes, cõmiscet in unum, quarum commistione pro arbitrio regit, & conficit congressus ad genituram. proinde, cum sint in herbis, atque lapidibus uires, & dissolutiuæ, & rursum congregatiuæ, sint'q; multo maiores in rebus, naturis'que maioribus, potest utique ad coitum nixus intendi eiusmodi rebus adhibitis, atque ab his ipsis sine artis opera amor accendi, tractus'q; fieri. Cõpertũ habemus dęmones ímprobos, í generatiõe, rebus'q; terrenis, humanis'q; posse q̃plurimũ. Ideo'q; nihil mirę uideri debet, ardorẽ ad illicitũ coitũ in nobis frequẽter ab eis accẽdi. possunt & ad idẽ cõferre uires, quædam animæ,

dam animæ, tum in hoc corpore uiuentis, habentis'que uim mirabilem attrahendi, tum etiam hinc absolutæ, sed adhuc in spiritu turbido, humido'q; inuolutæ & hoc circa loca generationis adhuc oberrantis, ideo'q; talia committentis. Nemo itaq; uel deos, uel dæmones eorum pedissequos amoris, & coitus non legitimi causas esse dicat, sed uel naturales instinctus apud nos deprauatos, uel ueneficam insuper artem, uel malos dæmones, uel animas non dum puras.

¶ De sacrificiis unde uim habeant, & quid conferant.

Q Ęritur qua ratione sacrificia & superis conueniant, & hominibus conferant, & in mundo quid agant. Porphyrius ait, non solum prophetas, sed hypophetas ideſt omnes sacerdotes, qui uaticinium tradunt, ab alis acceptum debere animalibus abstinere, ne dii uaporibus illinc exhalantibus contaminẽtur. huic uero sententiæ cõtrarium est, commune dictum deos uidelicet animalium nidoribus maxime demulceri uelut esca, capique. Iamblichus utrunque damnat, scilicet deos nidoribus carnium uel infici, uel irretiri, atq; inescari. Anima mundi, cœlestes'q; ex eo, quod corporibus suis adsint, neque passiones inde suscipiunt, neque ab intelligentiis distrahunt'. Animæ uero particulares patiuntur utrunque. aberraret uero nimium, qui defectus similes animabus superioribus attribueret. non enim est uniuersalium, atq; particularium uel principiorum, atque effectuum æqua conditio uesci quidem corporibus quondam coniunctis animæ onus proculdubio, inquinamentum'que nobis infert, & procliuitatem animæ, per quam uoluptatibus liquescat, atque succumbat, multos'que alios in anima morbos procreat, sed uapor exhalans ab animalibus, & suffumigatio sacra rite peracta diis, mundanis'q; & uniuersalibus causis nihil officit. Nõ enim ipsa continet, ordinat'q; superos ad se ipsam, sed continetur ab eis, atq; ad uniuersum coordinatur pariter, atque deos. Ideo'q; ita potest illorum imperio superis coaptari, harmonice'q; congruere. abstinent igitur animalibus religiosi. non tamen quia dii uaporibus animalium fœdari possint, potestas nanque deorum, prius quam materiale aliquid eam attingat, ipsa quoq; sine tactu discutit, nec solum hæc absq; propinquitate sua corporalia, prius quam sibi propinquent disperdit, & delet, sed nec ipsa cœlestia corpora materiale aliquid elementum in se suscipiunt. Nec peregrinum aliquid intromittunt, nec amittunt proprium, quinetiam uapores terrenorum uix ad quinque stadia progressi refluunt, nec in materiale, uolubile'que corpus inficiũt, aut alunt. quod nullam in se potentiam ad mutationem habet nec in se, neque sibi contrarium habet quicquam, neque fertur a' medio uel ad medium, sed uel quiescere debet, uel reuolui. corpora igitur infra lunam, cum sint ex discrepantibus potentiis, motibus'que composita, & transmutabilia sint, omnino & sursum, deorsum'ue ferantur, nihil habent commune cum cœlo, nec naturam, nec potestatem, nec actiõem, nec ergo uapor ex eis, nec aliud attingit. cœlum ab eis omnino secretum, & merito ingenita permutationem ex generabilibus nullam capiunt. Nunquid ergo natura deorum a' uaporibus eiusmodi fœdari potest, quæ uapores materiales, uno (ut ita dicam) ictu propulsat? Talia ergo non superis noxia sunt, sed nobis. hæc enim diuidua, materialia'que, & cognata nobis, aliquid erga similia commune habent in passione, uel actione, sed aduersus cœlestia, diuina'q; in alio genere essentiæ posita, diuersis'q; naturis, uiribus'q; prædita, & excedentia prorsus, agere quicquam, & cõmunicare non possunt.

¶ Quę ratio sacrificiorum, quæ utilitas.

P Orphyrius offerri sacrificia diis hac ratione putat, ut eos ueneremur eiusmodi donis, ut maiores sæpe solemus, atque etiam, ut pro bonis acceptis diuinitus ita gratiam referamus, pro bonis bona reddentes. Iamblichus causam eiusmodi ductam inquit ex communi hominum ad homines consuetudine, neque conuenire naturæ deorum mores humanos supra modum exuperanti. Maximam uero sacrificiorum efficaciam tales modi, declarationes'q; sacrificiorum non omnino demonstrãt. Efficaciam inquã, sine qua nõ liberamur a' peste, fame, penuria, nec impetramus opportunos imbres, immo & per quã purificationem quoq;, pfectionem'q; conseqmur animoꝝ, & ab hac generationis ,puincia libertatem. Itaq; aliqs ex assignatiõe tua nõ multũ approbabit hos modos, quasi tu dignã causam ad effectus eoꝝ assignaueris. Ac, si forte, pbauerit, accipiet, pfecto' se

cundo eos loco quasi consequentes, & modo secundario coaptatos, primis, antiquissimis que operum eiusmodi causis. desyderamus itaq; rationem, ob quam sacrificia efficaciam ad res efficiendas habeant. Et unde coaptentur diis præcipuis eorum, quæ fiunt, causis, atq; principiis.

Dicet aliquis, quia mundus sit animal unum, habeat que unam, eãdemq; ubiq; uitam ideo communionem ipsam uirium consimilium, uel etiam distantiam dissimilium, aut certe aptitudinem quandam agentis ad patiens commouere similia, aptaque eodem modo, dum uidelicet discurrit secundum compassionem unam etiam a` remotissimo ad remotissimum, tanquã hæc quoque sint proxima. Nam inter hæc quo que ipsa uitæ communio est æqualis assignatio eiusmodi, uerum quidem dicit, & quod ad sacrificia necessario sequitur. Non tamen uerus sacrificiorum modus ita monstratur. Ipsa nanque deorum essentia, nec in natura, nec in necessitatibus naturalibus posita est, ob quam obligationem ex passionibus naturalibus coexcitetur, uel per totam naturam extensis potentiis commoueatur. sed extra hæc secundum seipsam determinata est. nullum ad hæc commune habens uel in essentia, uel potentia, uel actione simul & passione. addunt ad superiorem assignationem aliqui quandam in rebus inferioribus congruentiam superis. Ideoque ad sacrificiorum efficaciam conferentiam, uelut in crocodilo hexagonarius numerus cum sole congruat. In Cane rursum, & Cynocephalo rationes physicę quædã, & uires rationes communes sint ad Lunã. Itemq; in aliis materiales quædam species, sicut in sacris animalibus, colores, figuræ formæ, cuipiam conueniant superiorum, uel membrorum ali quod animalis, ut cor Galli. Et alia quædam similiter naturalia sacrificiis adhibita operum sint causæ mirabilium. Ex superiori causarum assignatione, non assignatur causa diuina, quæ supernaturalis est omnino, nec naturalibus motibus commouetur, sed assignatur naturalis quædam potentia in materia, & corporibus comprehensa, ideoque corporeis motibus, rebusque materialibus coexcitatur, rursumque sedatur, naturaliter inquam, atq; hac simul, quæ sunt circa naturam. Siquid uero tale ad sacrificia consequitur, id quidem præcedentibus causis coaptatur, uelut concausa, sine qua non eueniat opus. Præstat itaq; dicere mirificos sacrificiorum effectus. tanquam a` causa procedere ab amicitia quadam, & accommodatione, & habitudine cõciliante, opifices ad opificia, & genitores ad genita. Quando igitur præcedente, atque ducente hoc communi principio accipimus aliquod animal, uel aliter animatum, natumque è terra, quod effectoris uoluntatem, propositumque syncere, & exacte conseruet, tunc per tale quiddam propriæ mouemus causam opificiam huic immistę præfectam. cum uero multæ sint causæ tales, & aliæ quidem absq; medio familiariter præsint. sicut dæmonia aliæ uero his superiores sint ordinatæ. sicut diuinæ per ordinem causæ, atq; his omnibus una quędam antiquissima præsit causa, certe in sacrificio perfecto, omnes per ordinem causæ commouentur. Secundum uero ordinem, quem unaquæq; sortita sunt, cognata quadam conditione sacrificio familiariter accommodantur, et (ut ita dicam) appropriantur. Sinautem sacrificium sit imperfectum usque ad aliquem gradum ascendit. sed non transcendit ulterius, unde multi existimant sacrificia fieri dæmonibus bonis. Multi & potentiis deorum ultimis. Alii mundanis, uel terrenis dæmonum potestatibus, uel deorum. partem quidem re uera sacrificiorum explicantes, ignorantes tamen totam eorum potentiam, omniaque bona ad omne diuinum se penitus dilatantia, nos autem omnia admittimus, simulatque comprehendimus naturalia quidem, & quæ tanquam in uno animali secundum aptitudinem, uel compassionem, uel repassionem inuicem cõmouentur, accipimus, uelut simpliciter subiecta, & consequentia, seruientiaque causæ efficaciæ in sacrificiis apparentis. Dæmonia uero, diuinasque circa terram, mundumq; potentias acceptamus, tanquam proximos ordini nostro præfectos. potissimas uero efficaciam sacrificiorum causas competere iudicamus. perfectissimis, opificiisque potestatibus. Quoniam uero summæ illæ opificiæ potestates in se omnes ordine causas complectuntur, ideo una` cum his commoueri simul uno quodam ictu cunctas efficientes causas arbitramur. Quoniam in sacrificio perfecto commouentur una` cum causis summis, opificiisque causæ ordine consequentes, tunc ex cunctis communis utilitas prouenit in generationem totam. Aliquando quidem per ciuitates, populosque, gentesque omnigenas, uel maiores his, uel minores circunscriptiones. Aliquando uero per domos uel hominem ununquenque bona contingunt, abunde beneficа uoluntate, superis largientibus non passione distributionem suam exhibentibus, sed impassibili mente iudicantibus esse dandum secundum proprietatem, familiaritatemque, atque cognationem. Vna quadam interim amicitia, quæ continet omnia hanc colligationem per

ineffabilem

ineffabilem communionem quandam conficiente, hæc utique ueriora sunt, magisque deorum essentiam, potentiamq; participant, quam quę tu suspicaris scilicet nidoribus animalium in sacrificio superos potissimum inescari. Siquo enim corpore dæmones inuoluuntur, qd' quidam sacrificiis nutriri putant, illud certe immutabile est, & impassibile, lucidumq;, nec indigũ, adeo ut nihil effluat inde, nihilq; necessarium sit influere. Atqui etsi forte fuerit necessarium, quidnam necesse est per sacrificia id influere, cum mundus, & aer in ipso indeficientem ex terrenis exhalationem habeat undiq; circunfusam? Iam uero si corpora dæmonum effluãt, sacrificia tamen non æqua portione restituent, nec quantitatem inter excessum defectumq; dæmonibus naturalem, proportionemque similem conseruabunt, denique cum mundi faber animalibus omnibus terrenis atq; marinis abundantem paratumq; tribuerit nutrimentum, nunquid superiores homine nutrimento deseruit? et cum uiuentibus aliis statuerit alimenta quotidiana eorundem opera copiose parari. Cur dæmonibus solis aduentitium uoluit alimentũ ab hoibus adhiberi? Atq, si forte nos nutritionẽ eiusmodi negligamus, exuritura sunt, & peritura corpa superoꝝ. Proinde si nos dæmones nutriremus, etiã generaremus eos, & superiores essemus. Cõtra uero se res habet. Nam ipsi nos nutriunt, & superiora passim inferiora, sic cœlestia terrestria nutriunt. Anima quidem ab intellectu perficitur, atque alitur, perficitq; naturam. præterea oblatio sacrificiorum per ignem materiam consumit, eamq; sibi prorsus assimilat, non se materiæ præstat similem, reducitque ad diuinum, atq; cœlestem, immaterialemq; ignem, nec ullo modo deorsum ad materiam, generationemq; declinat. Si enim exhalationem uaporum a` sacrificiis fore` oporteret, nutrimentum materiale oportebat & materiam integram remanere. Sic enim abundantior illinc accepturis proueniret influxus, nunc uero materia tota comburitur, atque consumitur, & in ipsam ignis puritatem, subtilitatemq; penitus permutatur. quod quidem contrarium eius, quod dicebas ipse, significat. Superi nanque sunt passionis expertes, quãdoquidem placet eis per ignem discuti materiam, atque consumi, nosq; reddunt a` passionibꝰ alienos, & quæcunque sunt in nobis, diis similia faciunt, quemadmodum ignis dura omnia, & opaca, corporibus subtilibus, lucidisq; similia reddit. Nosq; sursum eleuat per sacrificia, eorũq; ad ignem consumptionem ad deorum ignem, sicut & ignis ad ignem eleuat, reducitq; grauia simul & dura ad diuina sursum, atque cœlestia. Vehiculum corporale dæmonibus submistrans, neque a` materia, neque ab elementis, neque ab aliquo corpore noto nobis existit. Non potest igitur ab elementali essentia tanquam alienissima fieri dæmonibus nutrimentum. sed quemadmodum dii igne fulmineo materiam diuidunt, ac separant a` materia, quæcunque sunt immaterialia quidem per essentiam. sed alligata materiæ, atq; ex passibilibus impassibilia reddunt, sic & noster ignis, actionem diuini ignis imitans, quicquid materiale reperit, in sacrificio destruit, & admota purificat, & a` uinculis materiæ soluit, ac propter naturę puritatem ad deorum communionem idonea facit. Atque nos eodem pacto a` uinculis generationis absoluit, diisque assimilat, & facit ad deorum amicitiam aptos, nostramq; naturam materialem, ad immaterialem attollit naturam. hæc quidem communis sacrificiorum ratio satis, ut arbitror, sacit ingeniosis potentibus ex norma communi, unicuiq; sacrificio propria sagaciter indagare. ue runtamen tardioribus quoque ingeniis indulgentes, propria quædam his addemus clariora in medium adducentes. principium uero ad hæc omnium optimum est, quod contextum sacrificiorum declarat, deorum ordini consequenter annexum. Deos alios quidem materiales, alios immateriales ponimus. Materiales, qui materiam in se comprehendunt, atque exornant. × Immateriales autem omnino, qui a` materia penitus segregati sunt. secundum igitur sacerdotiam artem incipere sacrificia decet a` diis materialibus, non enim aliter ad immateriales deos patet ascensus. hi igitur communionem quandam ad materiam habent, quatenus ei præsident, atque incubant. iidem quoque, quæ fiunt circa materiam dominantur. ut diuisioni, percussioni repercutienti, mutationi, generationi, corruptioni, corporibus materialibus omnibus. Siquis igitur hos rite uult colere, nimirum pro natura eorum, atque principatu cultum adhibere debet materialibus inquam materialem. sic enim ad eos totos, per tota nos toti in familiaritatem ꝑpriam perducemur, cognationemq; ipsis in cultu ꝑgruam adhibebimus. corpora igitur uita priuata, & animalium cædes destructu corporum, mutatioq; multiformis, atq; corruptio, & omnino proiectio materię prędcedentis materialibus diis congruit. Non qdem ipsis ꝑpter seipsos, sed propter materiam, cui præsunt. Etsi enim ab hac maxime separati sint, simul tamen huic adsunt. ac si materiam in potestate immateriali continent, attamen una` cum hac existunt. Iam uero gubernata gubernatoribus non sunt aliena. similiter exornatoribus exornata.

Quinetiam utentibus, quæ ſubminiſtrant, tanq̃ inſtrumenta, facile proportionibus coaptãtur. quapropter immaterialibus quidem diis, materiã in ſacrificiis adhibere eſt alienum, materiali/bus autem omnibus eſt admodum conſentaneum. Operæpretium eſt ad hęc inſuper gemi/num uitæ noſtræ habitum cogitare. Aliquando quidem animus toti nos efficimur poſiti extra corpus, & elevati mente, una' cum totis immaterialibus diis per ſublimia nos attollimus, aliquã do uero terreno corpore colligamur, ſumusq; corporei, materia uidelicet comprehenſi. Simili ter duplex erit cultus diuini ratio, una quidem erit ſimplex incorporea ab omni generatiõe ſyn cera, ſynceris competens animalibus. Altera uero plena corporibus, & actiõe prorſus materia/li conueniens animalibus non dum puris, nec dum ab omni generatione purgatis. ſacrificiorũ ergo ſpecies duæ ſunt, puriſſima qdem ſacrificia hominum ſunt ſummopere purgatoꝝ. Quod quidem raro conuenit uni, uel admodum pauciſſimis, ut inquit Heraclitus. ſacrificia uero mate rialia, & quæ in mutatione uerſantur animalibus adhuc occupatis corpore competunt. ciuitati bus ergo non dum purgatis genitali ſorte, contubernio'q; corporeo niſi eiuſmodi ſacrificia de/deris, ab utriſq; pariter aberrabis ab immaterialibus ſimulatq; materialibus bonis. Illa quidem non poſſunt accipere, his autem proprium, conſentaneum'q; non offerunt. Accedit ad hæc, qd' unuſquiſq; qua ratione eſt, non qua non eſt, agere debet eſſentiæ curam. Non oportet igitur hanc præuaricari propriam colentis menſuram, atq; naturam. complexionem quoq; proprie co aptatam inter curantes homines, potentias'q; curatas, electuram iudico conuenientem ſibi cul turę modum. Nam complexio eiuſmodi immaterialiter temperata immaterialem eligit, quate nus ipſa uidelicet potentiis pure incorporeis ad ipſa pure incorporea copulatur. Complexio il/liuſmodi corporaliter coaptata corporibus, eligit culturam ſimilem ad eſſentias corporibus prę ſidentes. Sæpe pro neceſſario corporis uſu uouemus, operamur'q; aliquid erga deos guberna/tores corporis. dæmones'q; bonos, dum uidelicet ſtudemus purgare corpus a` maculis quibuſ/dam, ſordibus'q; ueteribus, uel morbis abſoluere, ſanitatem'q; adhibere, uel grauedinem, torpo rem'q; remouere, & leuitatem, efficaciam'q; adhibere, uel aliud quiddam bonum corpori com parare. Tunc igitur non intellectuali quadam, & incorporea ratione, corpus rite tractabimus. Non enim ita natum eſt, ut his modis curari queat, ſed cum cognata ſibi nanciſcitur, tunc cor/poribus curatur corpus, atq; purgatur. erit igitur & ſacrificandi ritus ad uſum eiuſmodi neceſſa rio corporalis, atq; ita ſuperflua corporis expurgabit, ſupplebit'q; pro neceſſitate, quæ deſunt, & quæcunq; diſtributa ſunt, ad proportionem, ordinem'q; reducet. Sacrificamus ſæpe poſcẽ tes a` ſuperis aliqua ad uitam humanam accommodata, ſcilicet, quæ uel uictui neceſſaria ſunt, uel ad illa pertinent, quæ gratia corporis affectamus. Quid nã tunc cõtinget nobis a` diis ipſis, qui ab omni humana generatione ſunt penitus ſegregati? Quod ad penuriam, ſterilitatem'ue fugandam, uel copiam adducendam nobis conferat, uel ad alia neceſſaria uitæ cõducat. Nihil ſane'. Qui enim ſunt ab omnibus abſoluti, eiuſmodi dona non tractant. Siquis uero dicat deos illos immateriales omnino immateriales in ſe comprehendere deos, horum'q; dona ſecundum unam cauſam primam in ſe complecti, dicet utique copiam quandam ita diuini muneris illinc inferius deſcendentem. Verum quod illi hæc tractantes proxime humanam uitam, actiones'q; peragant, nulli dicere concedendum eſt. Eiuſmodi enim rerum, quæ hic ſunt, diſpenſatio diui/ſa eſt, atque particularis, & cum quadam ad hęc conuerſione peragitur, neque omnino eſt a` corporibus ſegregata, neq; puram, ſynceram'q; gubernationem, præfecturam'q; admittere po/teſt. Modus igitur ſacrificandi pro rebus eiuſmodi congruus eſt, qui cum corporibus habet, & generatione commercium, non qui eſt a` materia, & corpore penitus ſeparatus. Qui enim pu/rus eſt, omnino talia ſupergreditur, neq; ad hæc proportionem habet. Qui uero corporibus, ho rum'q; uiribus utitur, eſt rebus eiuſmodi omnium cognatiſſimus. Potens proſpera quædam ui/tæ ſuppeditare, & a` diuerſa nobis imminentia deuitare, ac temperiem comparare humano ge neri moderatam. Plurima hominum turba naturæ ſubiicitur uniuerſali, eaq; uiribus naturali/bus gubernatur, atque inferius ad naturæ opera uergit, complet'q; diſpenſationem fati, & fata lium operum ſuſcipit ordinem, rationem'q; practicam circa naturalia ſolum exercet. Pauciſſimi ſupernaturali mentis potentia freti a` natura diſcedunt, atq; ad ſeparatum, immiſtum'q; ſe con/ferunt intellectum. Vnde naturalibus potentiis ſuperiores euadant. Nonnulli uero medium te nent inter purum intellectum, atq; naturam, & horum alii quidem uiciſſim ſequuntur utrunq;, alii miſtam ex illis utriſq; uitam agunt. Alii ſoluuntur quidem a` deterioribus, & ad potiora ſe transferunt. Qui ergo natura gubernantur uniuerſali, & ipſi uitam degunt naturæ proprię mã cipatam, potentiis'q; naturæ fruuntur, cultum exercebunt naturæ cõuenientem, corporibus'q;

natura

natura motis congruum. Eligentes ad hoc loca, qualitates, aeris materiam, materiæ uires, cor/pora, corporum qualitates, & habitus, motus conuenientes, mutationes'q; eorum, quæ in gene ratione uerſantur, atq; ſimilia tum in cæteris cultus diuini partibus, tum in ritu ſacrificãdi. Qui uero ſola mente uiuunt, uinculis naturæ ſoluti, intellectualem, corporũ'q; expertem culturæ nor mam in omni religionis parte meditabuntur. Qui mediam uitam degũt inter intellectum, atq; naturam, mediam quoq; ſequentur religionem, atq; pro uitæ mediæ differentiis differentes ſe/ctabuntur colendi per media modos. Aut enim tractabunt utrunq; uiciſſim, aut ab altero ad al/terum declinabunt, aut deteriora tãgent, ut per ea conſequantur, & potiora, exiſtimantes non aliter ſublimiora, ſe cõſequi poſſe. In genere eſſentiarum, poteſtatum'q; diuinarum, aliæ qui/dem ſubiectam ſibi animam habent, atq; naturam, ſubminiſtrantem uidelicet eorum opificiis, quatenus ipſæ uolunt. aliæ uero ab anima, & natura ſunt penitus ſeparatæ, non inquã ab ani/ma tantum mundana prorſus, atq; genitali, uerum etiam ab anima diuina, eius'q; natura. Aliæ deniq; medium tenent, communionem'q; inter extrema conciliant, uel ſecundum unum indiſ ſolubile uinculum, uel ſecundum exuberantem maiorum traditionem, uel ſecũdum minorum ſuſceptionem non impeditam, uel ſecundum colligatam amborum conſenſionem. Quando deos colimus animæ, naturæ'q; dominantes, non alienum eſt, & naturales his uires offerre, & corpora, quæ natura reguntur, diis eiuſmodi conſecrare. omnia enim naturæ opera & obtem/perant eis, & ad deorũ diſpenſationem aliquid conferunt. Sed quando deos longe ſecretos, & in ſua unitate collectos cupimus uenerari honoribus a` materia penitus abſolutis eos uenera/ri debemus. Intellectualia enim his dona debentur, incorporea uita, uirtus perfecta, ſapientia conſumata, eorum'q; officia. Mediis autem diis, mediorum'q; bonorũ ducibus, ſicut diximus, media cõpetunt. Ab alio igitur principio exordientes, ſcilicet a` mundo diis mundanis diſtri/butione, quatuor in mundo elementorum a` cõmuni ſortitione ſecundum menſuras elemento rum facta, a` circũferentia circa centra in ordine reuoluta, ad ueritatem ſacrificiorum facilẽ ha/bemus acceſſum. Si enim nos in mundo ſumus, & ut partes continemur in eo, primum'q; gene ramur ab eo, atq; a` totis potentiis eius perficimur, & ex quatuor eius componimur elementis, ac portionem quandam uitæ, naturæ'q; ab eo nacti tenemus, profecto` non debemus in cultu diuino mundum, mundanos'q; ordines prætermittere. Ponamus igitur circa quamlibet mun/di partem eſſe quidem corpus aliquod, ut uidemus, ineſſe præterea uires corporibus in corpo/reas ordine diſtributas, ſacrorum itaq; lex ſimilia ſimilibus rite diſtribuit, & a` ſummis ad ima per media tota progreditur, corpora quidem corporeis adhibens, incorporeis incorporea, pro/pria uidelicet unicuiq; reddens. Veruntamen ſiquis religioſus ſuper mundanum numen aſ/ſequitur, rariſſime uero id accidit, hic utiq; ſolus ſeorſum a` corporibus & materia poſitus nimi rum, & talem proſequitur cultum, ſuper mundana potentia, diis ſuper mundanis unitus.

Quod autem uni uix tandem in ſacerdotii fine contingit, non expedit pro communi lege o/mnibus & in principio, & in medio religionis ſtatuere. hi nanq; corporeum quocunq; modo cultum agunt. Quilibet igitur peritus in ſacerdotio confitebitur, oportere cultum ſuperis, nec ex parte, nec imperfectum, ſed conuenientem, & integrum adhibere. Quoniam igitur ante quã adſint dii, deſcendant'q; ad terram, omnes præſubiacentes illis potentiæ mouentur, & ut præ/curſores, pompæ'q; præcedunt nimirum, qui non diſtribuit omnibus, quod cuiq; congruit, nec unumquẽq; proprio quodam honore proſequitur, ipſam deorum præſentiam non aſſequitur. Qui uero omnia numina ſibi propitia reddit, grata offerens unicuiq;, dona'q; ſimillima, hunc ſane` non fruſtratur euentus, ſed diuinum chorum integra, plena'q; præſentia ſuſcipit. Cum igi tur hæc ita ſe habeant, non oportet ritum religionis eſſe ſimplicem, ex paucis'q; compoſitum, ſed multiformẽ, & ex omni harmonia conſtantem. ex cunctis ubique mundanis (ut diximus) conſtitutum. Si enim ſimplex aliquid, & unius duntaxat ordinis eſſet, id ipſum, quod in ſacer/dotio aduocatur, & ad nos mouetur ſimplex utiq; modus ſacrificandi ſufficeret. At uero nullis notum eſt, quanta uirium multitudo ſuſcitari ſolet, quando deſcendunt dii, atq; mouentur niſi ſacerdotibus illis, qui opere ipſo id experti iam fuerint. Soli igitur hi cognoſcunt, quæ potiſſi/mum ſit perfecta plenitudo colendi, & quam paucis prætermiſſis, quantum nos fruſtretur euẽ tus. Quemadmodum in harmonia ſi una corda frangatur, tota ſubito diſſonat, ſic uno` præter/miſſo numine, ſine ritu communis ipſa religio finem non habet optatum, dum hoc uno defi/ciente, ſacrum opus ſtructuram ſuam, integritatem'q; non habet. Quando diuinæ poteſtates palam ad ſenſum deſcenſuræ ſunt, manifeſtum nobis prouenit damnum, ſiquem ex ſuperis prę termittimus non honoratũ. Similiter quando clàm ueniunt in opere ſacro, periculoſum eſt, ſi

hunc quidem honores, aliũ uero pro ſua dignitate, & ordine non honores. Qui enim aliquem proprio fraudat honore, totum confundit religionis opus, dum unam, totam'q; diſpoſitionem diſſipat. neq;, ut aliquis putaret, tunc opus ſuſcipiendi tantum eſt imperfectum, ſed totius ſtructura perit. Quid uero? Non'ne ipſa ſanctimoniæ ſummitas, ad ſummum ipſum totius numinum multitudinis principium, unum'q; recurrit, atq; in eo diuinas omnes ſimul eſſentias dominationes'q; colit? Proculdubio. uerum eiuſmodi ſummitas ſero` admodum aduenit, & quàm pauciſſimis, atq; optime nobiſcum agi putandum eſt, ſi talibus in uitæ calce contigerit. Diſputatio uero præſens non eiuſmodi uiro leges ponit. hic enim eſt lege ſuperior, ſed lege aliqua indigentibus, has ſacrorum leges in præſentia ſancit, numinum multitudo eſt, quaſi mundus aliquis, habens multos ordines in unum ordinem conſpirantes. Similiter ſacrificia debent habere numerum ordinem pariter in unum ordinem conſpirantem. Ita ut ſinguli ſingulis numinibus rite reſpondeant. Similiter quæ circa nos ſunt, & in nobis multiplicia ſunt, neq; debent ex aliqua parte tantum, ſed ex cunctis congrue diuinis noſtrarum rerum cauſis reſpondere, atq; ita ad ſupremos aſcendere duces. Religioſa igitur obſeruantia circa nos, & in nobis agit uaria.

Aut enim quaſi propagando perficit, aut amputat, aut emundat, aut expertia ordinis ordinat, aut ſegregat longius ab errore mortali. Cuncta deniq; totis ſupernis familiaritate conciliat. atq; quando utrunq; congrediuntur in unũ, illinc quidem diuinæ cauſæ, hinc autem ex æquo præparationes humanæ, tunc abſoluta religio peragit omnia. & ingentia ex ſacrificiis bona reportat. Profecto` exuberantia poteſtatis in cauſis uniuerſi ſummis, id habet, ut quemadmodum in cæteris inferiora ſuperat, ita & in hoc admodum ſuperet, uidelicet in ipſa præſentiæ amplitudine, ut maxime omnium cauſæ, maxime omnium omnibus ſint præſentes, adeo ut eadem ipſa cauſæ uniuſcuiuſq; poteſtas, ſeorſum ab impedimento ubiq; tota, ſemper'q; ſit preſens. hac igitur ratione ipſa omnium prima ultimis quoq; ſubrutilant. Immaterialia'q; principia in materialiter materialibus adſunt. Nemo miretur, ſiquam materiam eſſe dicimus puram, atque diuinam. nam ipſa quoque materia, cũ ab opifice, patreq; omnium facta ſit, merito perfectionem ſui quandam acquiſiſſe poteſt aptam ad deos ſuſcipiendos. Quinetiam nihil prohibet ſuperiora lumen ſuum ad inferiora diffundere. Neq; igitur materiam permittunt expertem fore ſuperiorum. Quapropter quantumcunq; materiæ perfectum, & purum eſt, atque deiforme ad deorum ſuſceptionem non eſt ineptum. Nam cum oportuerit etiam terrena nullo modo diuinæ communionis expertia fore, ipſa quoq; terra diuinam quandam portionem in ſe ſortem'ue ſuſcepit ad capiendos deos ſufficientem. Hæc igitur ſacrorum ſapientia contemplata, atq; ita ſecundum congruentiam, competentia unicuiq; deorum ſuſceptacula diligenter inueniens, ſæpe componit in unum lapides, herbas, animalia, aromata, alia'q; ſimilia, ſacra, & perfecta, & deiformia. Atque ſubinde ab his omnibus ſuſceptaculum purum, integrum'q; fabricat. Neque enim fas eſt omnem materiam deteſtari, ſed ſolam, quæ a` diis fuerit aliena. Propriam uero ad illos decet eligre, utpote quæ conſentire poſſit, atque conferre ad deorum ædificia, ſtatuarum fundamenta ſacrificiorum opera. Neq; enim aliter terrenis locis, & hominibus hic habitantibus poſſeſſio, portio'ue ulla ex diuinis contingere poteſt, niſi tale quiddam prius iactum fuerit fundamentum. Arcanis ſermonibus credendum eſt teſtantibus ex deis per beata ſpectacula quandam traditam fuiſſe materiam. hæc igitur illis ipſis tradenti eſt cognata. Talis ergo materiæ ſacrificium deos excitat, ut ſe demonſtrent, atq; ad comprehenſionem eos protinus aduocat, & præſentes capit, & perfecte demonſtrat. Eadem aliquis perdiſcere poteſt etiam ab ipſa, quæ ſecundum loca diſtributio diuinitus eſt effecta, atque ab ipſa præfectura, quæ per res ſingulas eſt diuiſa. Quæcunq; ſecundum diuerſos ordines, ſiue maiores, ſiue minores, paſſim ſortes eiuſmodi nacta fuit. Conſtat enim deis locos quorundam rectoribus, ſacrificium ex eiſdem rebus, quæ naſcuntur ibidem, fore admodum conſentaneum, & gubernatoribus gubernata, & quæ ad ea pertinent, placitura. effectoribus & grata ſemper ſunt opera ſua potiſſimum. Et qui primo aliqua procreant, talia rurſus habent in primis accepta. ſiue igitur animalia quædam, ſiue plantæ, ſiue alia, quæ uiſa ſuperis diſpenſantur, ſimul & præfecturam ſub eis nacta ſunt, & communionem nobis conciliant cum ſuperis indiuiduam. Horum ergo nonnulla, quatenus conſeruantur, atque tenentur, augent, tenentium ad deos familiarem proprietatem quotcunq; uidelicet ex eo, quod integra maneant, uim communionis inter homines, deosq; conſeruant. Talia ſunt quædã apud Aegyptios animalia, & ubiq; ſacer homo. quædam uero mactata, combuſta'q; familiaritatem efficiunt clariorem, quotcunq; uidelicet reſolutionem in primorum elementorum principium, efficiunt cognatiorem, cauſis ſuperorum, atque pro ritu ſacratiorem.

Vbiq; enim

Vbiq; enim quo magis proprietas, familiaritas'q; perficitur, eo pfectiora bona ad nos inde deſcendunt. Neq; ſunt hæc hominum duntaxat inuenta, nec humanis moribus authoritate nacta ſunt, ſed deus ipſe rite inter ſacra uocatus author eſt eiuſmodi legum, circa quem dii, angeli'q; permulti uerſantur, ſub quo per quaſlibet in terra gentes, numen aliquod ſortitum eſt præfecturam, communem'q; prouinciã. Proprium quoq; inde tributum eſt templo unicuiq; numen. Item ſacrorum, quæ operamur ad deos, deus aliquis ſpectator eſt, atq; gubernator. Quæ ad angelos, angelus, quę ad dæmones, dæmon, atq; in aliis eodem pacto ſecundum proprium genus perfectus cognatam'ſortitus eſt præfecturam. Quoniam igitur ſub numinibus ſpeculatoribus, authoribus'q; ſacrorum ſacrificia pertractamus, uereri debemus diuinę ſanctimonię leges, ſacrificia'q; legitima, & propterea in his ſperare, quod ſub numinum, deorum'q; principatu ſacrificam⁹. Et interea cauere ſummopere, nequid uel indignum ſuperis offeramus uel alienum. Deniq; ſummatim id admonemus, ut ſingula, quæ in nobis, & circa nos ſunt, circunſpiciamus diligenter, & quæ in mundo, item deos, angelos, dæmones, gentibus diſtributos. Et hac unicuiq; ratione amicum ſacrificium ſimiliter offeramus. Hac enim ratione duntaxat digna uno quoq; numine ſanctimonia, religio'q; ſeruatur. Votum, ſiue adoratio, & oratio omne ſacrificiorum opus perficit, & in primis ad totam confert religionem, & ſacram, indiſſolubilem'q; animabus ad deos conflat communionem. Huius uero tres ſunt ſpecies, prima congregat, atq; cõtactum, notitiam'q; nobis ad diuinitatem præſtat. Secunda, communionem ad diuinum deuincit conſentientem, atq; dona nobis prouocat diuinitus quoq; demiſſa, etiam ante qua'm loquamur, intelligamus'q; omne noſtrum opus perficientia. Tertia conficit ineffabilem unitatem, atq; in diis authoritatem totam collocat, animam'q; noſtram in eis perfecte ponit, atq; confirmat. Iam uero in tribus his terminis, quibus diuina omnia menſurantur, amicitiã nobis ad deos harmoniæ conflat, ſacram'q; a` diis utilitatem triplicem nobis affert. Vna quidem ad illuſtrationem pertinet, alia ad cõmunem operum executionem, alia ad perfectam ex igne diuino plenitudinem. Item adoratio, eius'q; uirtus aliquando ſacrificia ipſa præcedit, aliquando mediis inſeritur ſacrificiis, aliquando finem complet ſacrificandi. Opus uero in ſacris nullũ abſq; adorationis ſupplicationibus efficitur unquam. Adoratio deniq; diutiſſime frequentata noſtrum nutrit, & perficit intellectum. Animam ad ſuſcipienda diuina admodum efficit ampliorem diuina hominibus patefacit. Ad ſplendores diuini luminis capiendos aſſuefacit. Paulatim perficit, quę nobis inſunt ad numina contingenda, quouſque ad ſummum nos uſque perducat. Atqui & mores noſtræ cogitationis humanos retrahit paulatim, mores'q; diuinos infert, perſuaſionẽ quoq; & communionem, & amicitiam procreat procul ab intermiſſione perpetuam. Diuinũ rurſus amorem auget, quod'ue in anima diuinũ eſt, accendit, & eleuat, expurgat quicquid animo eſt contrarium, & aduerſum. Atq; ab ipſo ſpiritu ætherio, ſplendido'q;, qui eſt animæ circunfuſus excutit, quãtuncunq; uergit ad genituram. ſpem quin etiã præſtat bonam, & fidem perficit circa lumen. Deniq; (ut ſummatim dicam) homines frequenter orantes, adoratiõis uirtus familiares deorum collocutores efficit, atq; diſcipulos. Cum adoratio talis ſit, talem'q; connexionem cum ſacrificiis habeat, patet ſacrificiorũ finem opificii contactus eſſe participem. Quandoquidem per opera diis accommodatur. Itaq; & bonum ipſius tantum eſt, quantum a` cauſis, opificiis mittitur ad genus humanum. atq; inde rurſus apparet uirtus adorationis reductiua, perfectiua, impletiua, & qua ratione ſit efficax, & unionis effectrix, atq; a` diis commune uinculum habeat. Et quomodo adoratio, ſacrificium'q; mutuo ſe confirment, potentiam'q; inuicem conferant admirabiles religionis effectus. hinc rurſus apparet ſacerdotiam diſciplinam, operationem'q; habere in partibus ſuis conſpirationem non minorem, quàm in membris habeat. animal neq; poſſe partem eius aliquam abſq; cunctis ſuum opus abſoluere.

De ſacrificiis animalium.

Orphyrius ambigit, quare oporteat lege ſacrorum, eum, qui diuina ſit inſpecturus exanime corpus eo tempore non attingere. Verũtamen per corpora animaliũ mortuorum ſæpius diuinorum inuocationes, conſecutiones'q; peragantur. Iamblichus ita ſoluit. uates iubent diuinorum ſpectatorem exanime corpus, quod ſacratum non fuerit, non attingere. Permittunt uero, quod ꝓfecratur, attingere. Præterea uetant humana corpora, quæ iam deſeruit anima, ne intuitu quidem tangere. Vitæ nanq; diuinæ ueſtigium quoddam uel ſimulachrum, uel demonſtratio in corpore per mortẽ extinguitur. Cæterorũ uero ani-

malium corpora mortua tangere religio nulla uetat. Quoniam nec in uita diuiniore communi cauerunt. Præterea quatenus ad immateriales deos consurgimus, expedit tale corpus nō atti giſſe. Quatenus uero ad materiales ſtudemus accedere, tāgere frequenter expediet. Nam per animalia deos eiuſmodi aduocare ſolemus. Qui uidelicet talibus præſideant animalibus, præſertim, qui proxime, & quaſi cognata quadam conditione gubernent. Item hominibus quidē in materia comprehenſis corpora uita priuata, maculam quandā inferūt, uidelicet non uiuens uiuenti, & ſordidum puro, & priuatum habenti habitum. Et mortuum habenti potentiam moriendi, propter communem quandam inter hæc habitudinem. ſed dæmoni incorporeo penitus, atque impaſſibili, talia corpora nihil obſunt. Nam caduca maxime ſupereminet.

De uaticiniis per animalia.

q Vando uaticinium agitur per corpora ſacrorum animalium, ut aſturū, non eſt putandum deos ad hæc accedere, uidelicet uniuerſales prouiſores ad curam diuiſam particularem, materialem, proportionalem, circa animalia ſingula. Sed dæmones, & hos quidem ualde diuiſos, & ſingulos ſingulis ſpeciebus animalium diſtributos proximam curam animalium, præfecturam'q; ſortitos. hi nāq; principatum nacti ſunt. haud prſus ſufficientem, expertem'q; materiæ. Ideo'q; congrue inſtrumenta eiuſmodi attingere ſolent. Ad hoc igitur, ut eiuſmodi per animalia uaticinium a dæmonibus conſequamur, parare his oportet ſedem talem, per quam poſſint inter homines obuerſari, nobis'q; uti. Sedem uero hanc eſſe oportet incorpoream, ut incorporei dæmones per hanc nobis adſint. Erit igitur hæc anima talium animalium a corpore iam abſoluta. Quatenus enim quodammodo & ipſa ſeparata eſt a corpore, conuenit cum dæmonibus, cōuenit & nobiſcum propter quādam uitæ cognationem. Igitur tanquam media præſidi eius dæmoni ſubminiſtrat ad præſagium homini ſugerendum, & ad mandata dæmonis declaranda, & cum dæmone nos conciliat. Anima uero hæc eiuſmodi uaticiniis utens, nō ſolum uaticinium audit accipit'ue, ſed etiam non parum ex ſe ipſa confert ad executionem eius ad opera pertinentem. Hæc enim commouetur, & cooperatur, & ſimul præuidet per quandam compatientem neceſſitatem. Sed eiuſmodi uaticinium a diuino, uero'q; longiſſime diſtat, atq; de rebus exiguis, breuibus'q; habetur. Quæ in natura diuiſa poſitæ ſunt, & quotcūq; circa generationem iam ſimul feruntur, atq; motiones ex ſe ipſis exhibent potentibus eas accipere, & paſſiones multifariam inferunt iis, quæ naturaliter ad cō patiendum ſunt expoſita, per compaſſionem igitur præſagium eiuſmodi prouenit. Non poteſt autem per paſſionem præcognitio perfecta contingere. Quod enim immūdæ immutabile, purum eſt, id præcipue futurum aſſequi conſueuit. Quod uero cum materiali, paſſibili'q;, & tenebroſo commercium habet, obruitur ignorantia. hanc ergo artificioſam præſagii machinā, neq; legitimi uaticinii nomine dignam eſſe cenſemus, neq; ſerio pertractandam, neq; utenti, quaſi ſit ueridicus, eſſe credendum.

Quomodo obſecratores dæmonibus minabantur.

n Arrat Porphyrius ſacerdotes conſueuiſſe uiolentis quibuſdam minis aduerſum ſuperos uti, ueluti, niſi uos ita feceritis, uel contra, ſi feceritis aliqd, cœlos confringā, uel occulta Iſidis patefaciam, uel arcanum in abyſſo reconditum diuulgabo. aut ſi ſtam barim, ideſt nauem quādā apud Aegyptios ſacram, aut membra Oſiridis Typhoni diſpergam, cætera'q; ſimilia. Iamblichus ſubdit execratores non conſueuiſſe dirigere minitationes eiuſmodi, ut Porphyrius opinatur, ad ſolem & lunam, cætera'ue cœleſtia, ſed eſſe in mundo genus aliquod poteſtatum ualde diuiſum, & indiſcretum, inconſyderatum'q;, quod accipit quidem ab alio rationem, ſiue ſermonem, exaudit'q;. Sed propria intelligentia nequaquā. Neq; uerum a falſo, neq; poſſibile diſcernit ab impoſſibili. Hoc itaq; genus minitationibus laceſſitum, protinus irritatū, & ſtupet, utpote quod & ipſum naturaliter dictis uehementioribus agitatur, & alia ducit, trahitq; per ſtupidam quādam, & inſtabilem phātaſiam. Præterea ſacerdos ſæpe non humana uirtute, ſed diuina ſacramentorum ineffabilium poteſtate mundanis numinibus imperat, atq; minitatur. ipſe tunc in ſuperorum deorū ordine conſtitutus, & ideo grādioribus propria natura mandatis utitur, atq; minis, neq; tamen tanquam facturus, quæ tunc aſſeuerat, ſed declarans quātā nactus fuerit poteſtatem propter ipſam ad deos unionem comparatā uidelicet ex notitia, poſſeſſione'q; ineffabilium ſymbolorum, ſiue ſignaculorum, quæ dicimus ſacramēta.

mus ſacramenta. Item dæmones per prouincias, partes'q; diuiſi, & partes mundi cuſtodientes. ſinguli cōmendatarum ſibi partium tantā habent curā, ut nec uerbum quidem illius ordini, diſpenſationi'q; ꝓtrarium ualeant tolerare perpetuam, uidelicet immutabilem'q; mundano; perſeuerantiā obnixe cuſtodientes. Ordinem uero eiuſmodi ſuum ideo immutabilem ſuſceperūt, quoniā ordo deorum immobilis permanet in eiſdem. In quo igitur eſſe habent dæmones uel ætherii, uel circa terrā diſtributi, hoc ipſum, nec minitationibus inuadi unq̄ audire poſſunt. proinde dæmones ineffabilium, arcanorum'q; myſteriorum cuſtodiā ſtudioſe procurant. Tanta uidelicet obſeruantia propterea quod intelligunt ordinem, diſpenſationem'q; uniuerſi præcipue in eiuſmodi myſteriis contineri. Quatenus uidelicet allegorice per hæc uerba numina deſignātur, ordines'q; mundani. hanc enim ob cauſam mundi partes in ordine permanent, quod beneficio poteſtas Oſiridis ſyncero permanet, & intacta, neq; cōtrario tumultu, & errore miſcetur. Permanet inſuper ipſa omnium uita pura ſemper & incorrupta quatenus uiuificæ, formoſæ'q; rationes, quæ in Iſide reconditæ ſunt, conſiſtunt ibidem, dum inde mundus agitur, nec ipſę in corpus hoc deſcendunt oculis manifeſtum. atqui & omnia ꝑmanent immobilia, & ſimul ſempiterna generationis uidelicet ſucceſſione, quoniā nullum ſolis curſum unq̄ ſiſtere poteſt, perſe uerant inſuper integra, quoniā quæ in abyſſo, ideſt profundo ſunt abſcondita, nunq̄ aperiunt', in quibus ergo ſalutem habent omnia ſimul, & uniuerſum, uidelicet in eo, quod & quæ naturaliter ſunt occulta, ut ſunt occulta ſeruentur, & maneāt, & ſecretiſſima deorum eſſentia, nunq̄ ſortem contrariam ſubeat, nec oppoſitis miſceatur, hoc inquam circūterranei dæmōes, nec ad uocem uſq;, auditum'q; ſuſtinent aliter affici, uerbis'q; profanari. atque propterea aduerſus dæmones eiuſmodi uerborum uſus habet aliquam poteſtatem. De his autem nullus alicubi minitatur. Nec ad illos ſunt obſecratiōes eiuſmodi cōſtitutæ. quapropter Chaldæi ſacerdotes, apud quos diiudicatus, decretus'q; eſt, purus ipſe ad ſolos deos ſermo, nunq̄ minis utuntur. Aegyptii uero, qui, cum diuinis ſacramentis dæmonicos ſermones admiſcēt, ad minas eiuſmodi aliquādo ſe conuertunt.

Expoſitio ſymbolorum ægyptiæ theologiæ.

i Mitantes Aegyptii ipſam uniuerſi naturā, fabricam'q; deorum, ipſi quoq; myſticarum, reconditarum'q; notionum imagines quaſdam in ſymbolis conficiendis oſtēdunt. quēadmodum & natura rationes occultas in apparentibus formis, quaſi ſymbolis exprimit, & dii ueritatem idearum per manifeſtas imagines explicant. Cum ergo perſpiciant ſuperiora omnia inferiorum ſimilitudinem delectari, atq; inſuper optent a ſuperioribus bonitate repleri, quatenus pro uiribus imitentur, merito & ipſi conuenientem ſupis modum agendi pro uiribus offerunt, quādo occulta myſteria ſymbolis inſerunt manifeſtis, in quibus interpretandis dimitte uoces, accipe ſenſus. Quando igitur lutum in ſacris nomināt, ut inducunt, hoc intellige mundi corpus, atq; materiā, genitalem'q; uirtutem huic inſertam, & q̄ſi pariter agitatam, atq; fluentem, aut etiam cauſam principalem, & quaſi loco fundamenti præpoſitam elementorum, elementalium'q; uirtutum. Cum hoc igitur tale ſit, deus ipſe generationis, totius'q; naturæ uirium omnium, quæ inſitæ ſunt elementis, cauſa utpote, qui hæc ſupemineat omnia immaterialis ipſe, indiuiſus, immobilis, & ingenitus, totus'q; ex ſeipſo, & in ſeipſo totus. hæc omnia perſpicuus antecedit, & ducit in ſe cuncta complectens, atq; ex eo, quod complectitur omnia, ac de ſuo mūdanis tribuit omnibus, ex ipſis eluxit. Quoniā uero ſupereminet omnia, effulget, ut ſegregatus a mundanis omnibus ſecum ipſe ſolus ꝑ ſublime procedens. Cōfirmat & hoc, quod ſubinde ſeqtur ſymbolū, ubi deus inducitur ſedens ſup loton aquaticā. ſ. arborem, ubi ſignificatur, deum principatu ſuo mūdanum ſuperexcedere lutum, nec attingere gubernādo, ſed principatum gerere intellectualem penitus, & empireum. Omnia. n. in loto rotūda ſunt tum poma, tum folia, ex quo ſignificat' circularis actio mentis ꝑ eadem uidelicet, & eodem pacto ſe habens. Deus igitur ipſe ſup hāc inſuper actionem in ſeipſo cōſiſtit, ſuperans eiuſmodi principatum ſanctus & uenerādus, & in ſeipſo penitus conquieſcēs, quod qdem ex actu ſedendi ſignificatur, ꝓinde, ubi deum introducūt, nauis gubernatorem principatum ſignificāt mundi gubernatorem. ſicut. n. gubernator a naui, & gubernaculo ſegregatus uno quodā, facili'q; momēto mouet undiq;, & regit, dirigit'q; nauem, ita deus ipſe mūdum deſuper, uidelicet à primis naturæ principiis præcipuas motionum cauſas exhibens. Quoniam uero partes cœli omnes, animalia'q; cœleſtia, & totus uniuerſi motus, ipſum'q; tempus, ſecūdum quod mundus ipſe mouetur, cuncta deniq;, quæ continentur in totis, uires à ſole deſcendentes accipiūt, alias

quidem cõmiſtas in ipſis, alias autem cõmiſtionem exuperantes, ideo has quoq; ſymbolicus ſignificandi modus adducit, uerbis qdem ſolem deſignãs ſecũdũ animalia cœleſtia figurari, formas q; uiciſſim cõmutare per oras. Interea uero demonſtrans immutabilem eius, ſimulq; totã per totum mũdum traditionẽ. ſed quoniã quæ ſuſpiciunt, alia quidem alibi circa impartibilem ferunt dei traditionem, atq; ipſa pro diuerſitate naturaꝝ, motionum q; ſuaꝝ, multiformes accipiunt à ſole potẽtias, propterea ſymbolica traditio uult per donoꝝ multitudinem unum ingredi deum, atq; per potẽtias multiformes unã dei adeſſe potẽtiã. Quapropter inquit ipſum unũ, eundem q; conſiſtere uices uero formaꝝ, tranſfiguratões q; inſuſcipiẽtibus aſſerit reſultare, qua propter illum ſecundũ animalia, & ad oras cõmutari ait, quaſi circa deum mutationes eiuſmodi uarientur ſecũdum diuerſa ſuſceptacula dei eiuſmodi uotis utũtur. Aegyptii nõ ſolũ in ipſis deorum propriis uiſionibus, ſed in precibus etiã leuioribus, quæ eiuſmodi ſenſum habent, atq; per talem ſymbolicam, myſticam q; culturam ad deos ſupplicandos accedunt.

De nominibus diuinis.

Orphyrius quærit cur ſacerdotes utant nominibus, qbuſdam nihil ſignificantibus.

p Iãblichus reſpõdet omnia eiuſmodi nomina ſignificare aliqd apud deos, quãuis in quibuſdam ſignificato nobis ſint ignota, eſſe tamẽ nota quædã, quoꝝ interpretationem diuinitus accepimus. omnino uero modũ in eis ſignificandi ineffabilem eſſe. Neq; ſecundũ imaginationes humanas, ſed ſecũdum intellectum, qui in nobis eſt diuinus, uel potius ſimpliciore, præſtantioreq; modo ſecundũ intellectum diis unitum. Auferendũ igit à di uinis nominibus oẽs excogitationes, & rationales diſcurſus, atq; aſſimulatiões naturales uocis ipſius congenitas, ad res poſitas in natura, & quẽadmodũ character ſymbolicꝰ diuinæ ſimilitudinis in ſe intellectualis eſt, atq; diuinus, ita hũc ipſum in omnibus ſupponere, accipereq; debemus. quod aũt hic nobis ſit, hoc ipſum in eo eſt maxime uenerãdum. præſtantius. n. eſt, quam ut in noſtrã notitiam diuidatur. iam uero in qbus diuinorũ nominibus reſolutionem ſuã diuinitus acceperimus, in his totam habemus eſſentiæ, potentiæq;, & ordinis diuini notitiam ipſo nomine comprehẽſam, atq; etiam myſticam, & ineffabilem, ſimulq; totam deoꝝ imaginem in anima cuſtodiamus, animamq; per hæc ad deos attollimus, eleuatamq; illis pro uiribus copulamus. Proinde quæritur, cur nã inter nomina diuinoꝝ barbara cæteris anteponimus, qa uidelicet ſacraꝝ gentium, uelut Aegyptiorũ, Aſſyriorumq; totũ dii ſermonẽ approbauerũt tanq̃ ſacris maxime congruentẽ, propterea & cões dictiones, modosq; loquendi arbitramur cognatæ ad deos dictioni, orationiq; adhibendũ præſertim, qa antiqor, primusq; extitit modus iſte loquendi. atq & quoniã prima noĩa diuinitus acceperunt, dum ea cum ꝓpria lingua miſcerent tanq̃ cum familiari, conſentaneaq; illis uoce contemperantes, ita nobis ſeruãda perpetuo tradiderunt. Nosq; ita ipſam traditionis regulam rite deinceps conſeruare debemus. Siqd enim aliud diis conuenit ſempiternum ipſum, & immutabile diis eſt præ cæteris cognatiſſimũ. Inter hæc Porphyrius ait illum, q uocem audit nominũ diuinoꝝ ad ſignificata reſpicere, ideoq; ſufficere notionem ipſam eandem ubiq; manentem, qualiſcunq; ſit dictio. Reſpõdet Iamblichus hunc in modum, non eſt autem id tale, quale tu putas, ſi enim nomina ex hominũ pacto, conuentoq; poſita eſſent, nihil intereſſet alia pro aliis cõmutare. Sin autẽ naturæ rerũ accõmodata fuerunt, quæ huic maxime congruũt, hæc & diis maxime ſunt amica. ex his perſpicue patet ſacrarum gentium uocem rationaliter cæteris eſſe præpoſitam. Neq; enim prorſus eandẽ mentẽ ſeruant nomina in aliam linguã interpretata. ſed ſunt gentibus ſingulis propria quædam, quæ gentibus aliis per uocẽ ſignificari non poſſint. accedit ad hæc, quod ſi ſignificationũ proprietates per aliam linguã interpretari poſſimus, non tamen eandem conſeruant permutata potentiã. habent inſuper nomina barbara multã emphaſim. i. inſinuationis, demonſtrationisq; efficaciã. habent & conciſam breuitatẽ. Minimũ uero ambiguitatis, & uarietatis, multitudinisq; uerborum propter hæc omnia ſuperis maxime congruunt. Depone igitur ſuſpiciones à ueritate cadentes, quibus ſuſpicaris ægyptiam ibi conferre linguã duntaxat, ubi ægyptius eſt, uel uſus ægyptia lingua, qui tunc inuocatus. Potius aũt exiſtimato, quoniã primi omniũ Aegyptii præſentiam, participationemq; deorum ſortiti ſunt, ideo deos inuocãtem potiſſimum approbare, quando ægyptio ritu uocantur, neq; uero dicẽdum eſt barbara hæc obſcura, diuinoꝝ nomina eſſe quædam præſtigiatorum, faſcinatorumq; machinamenta, quo. n. pacto, quæ maxime coniuncta ſunt diis, nos quoq; coniungunt, & quaſi æquales cũ ſuperis uires habent, phantaſtica figmenta

figmenta erunt, ſine quibus nullum in ſacris opus efficitur. Sed neq; prætegmina, inuolucraq; eiuſmodi per noſtras paſſiones efficiuntur, ex fama diuino tributas. Non enim exordientes ab iis, quæ ipſi patimur, immo uero ab ipſis deorum propriis cõpetentes illis ſecundũ naturam attribuimus dictiones. Neq; contrarias de diuino agimus notiones. Cõtra uidelicet quam ipſum re uera ſe habeat, ſed prout natura ſe habet, & quẽadmodũ ueritatẽ de ipſo conſecuti ſunt primi, qui leges nobis de religiõis ſanctimonia tradiderunt, ſic perſeueramus in eis, ſiqd enim aliud in ſacris legibus, atq; ritibus deo placet, firmitas ipſa maxime placet, & præcipue congruit. Oportet igitur ritus adoratiõis antiquos tanq̃ ſacros conſeruare ſemp intactos, neq; demere qc quã, neq; aliunde quid addere, ferme nãq; & hoc cauſa nuper extitit, ut omnia & noĩa, & uota debilitata iam ſint propterea quod propter ipſam præuaricationem, & innouandi cupiditatẽ permutata ſunt ſemper, & permutari nõ deſinunt. Græci nanq; natura rerum nouarum ſtudioſi ſunt, ac præcipites uſquequaq; feruntur, inſtar nauis ſaburra carentis nullam habẽtes ſtabilitatem, neq; conſeruant, quod ab aliis acceperunt. Sed & hoc cito dimittunt, & omnia propter inſtabilitatem, nouæq; inuentionis elocutionẽ tranſformare ſolent. barbari uero ſicut moribus graues, firmiq; ſunt, ſic & in eiſdem ſermonibus firmiter perſeuerant, ob quam ſane ſtabilitatem, & ipſi diis ſunt amici, & orationes offerunt illis acceptas, quas nulli ulla unquam ratione fas eſt permutare.

Opinio Ægyptiorum de deo, atq; diis.

Vęrit ſubinde Porphyrius quidnã primam Ægyptii cauſam eſſe uelint. Vtrum intel

q lectum an ſuper intellectum. Itẽ utrum unũ aliquid ſolum, an una cũ alio quodam, ſiue aliis. Rurſus utrum incorporeum ſit, aut forſitã corporale. Præterea non ſit idẽ cum opifice mũdi, an opifice ſit ſuperius, & nunquid ex uno, an ex pluribus cũcta profluxerint, omnemq; nunquid uelint primũ fundamẽtum eſſe materiã prorſus informem, an corpora qualia. ipſamq; materiã nũquid ingenerabilẽ, aut genitã. adhæc Iamblichus ita reſpõdit. Ego uero cãm in primis tibi dicã, ob quam ſacri, & antiqui Ægyptiorũ ſcriptores de his uaria ſenſerint. Et inſuper huius ſeculi ſapientes nõ eadem de his ratiõe loquantur. Cũ enim multæ in uniuerſo ſint eſſentiæ, ac multifariam inter ſe differãt, merito earum, & multa earum tradita ſunt principia habentia ordines differentes, & ab aliis ſacerdotibus alia. principia quidem
* tota uniuerſalia ue, ut narrat Seleucus. Mercurius ipſe tradit uiginti millibus uoluminibus, uel,
* ſicut Meneteus recenſet, tradidit uoluminibus triginta millibus. itemq; ſex millibus & quingẽtis atq; uigintiquinq;, & in eis perfecte omnia demonſtrauit. Propria uero particulariũ eſſentiarum principia alii antiquorum alia paſſim introduxerint. Oportet igitur de his omnibus ueritatem breuiter declarare, atq; primũ quod primo quæſiſti. Primus deus ante ens, & ſolus, pater eſt primi dei, quem gignit manens in unitate ſua ſolitaria, atq; id eſt ſup intelligibile. eſtq; exemplar ipſius, qd dicitur, ſui pater, ſui filius, uni pater, & deus uere bonus. Ille. n. maior & primus, & fons omnium, & radix eorũ, quæ prima intelliguntur, & intelligũt. ſ. ideaꝝ. Ab hoc utiq; uno deus per ſe ſufficiens ſeipſum explicauit. Ideoq; dicitur per ſe ſufficiẽs ſui pater, per ſe princeps. Eſt. n. hic principium, deus deorum. unitas ex uno ſup eſſentiam, eſſentiæ principiũ. Ab eo enim eſſentia, propterea pater eſſentiæ nominatur. Ipſe enim eſt ſuperẽter ens intelligibilium principium. hæc ſunt prĩcipia omniũ antiquiſſima. Quæ Mercurius præponit diis ætheriis, empireis, cœleſtibus, Componẽs de empireis libros cẽtum, totidemq; de ætheriis, mille de cœleſtibus. Secũdum uero alium ordinem pręponit deum Emeph diis cœleſtibus tanquam ducem, quem ait intellectũ eſſe ſeipſum intelligentem, atq; in ſe intelligẽtias cõuertentem. huic unum impartibile anteponit, quod appellat primum exemplar, aut expreſſionẽ, aut effigiem. quod Icthon appellat. In quo eſt primum intelligens, & intelligibile primum, quod ſolo ſilẽtio colitur, præter hos autem rerum apparẽtium opificio, alii duces præſunt. Nã opifex intellectus qui & ueritatis eſt dominus, atq; ſapientia, quatenus in generationem progrediẽs occultam la tentium rationum potẽtiam traducit in lucem Amun ægyptiaca lingua uocatur. Quatenus aũt ſine mendacio peragit omnia, & artificioſe ſimul cum ueritate Phtha nuncupatur. græci uero hũc Vulcanum nominãt artificioſum dũtaxat conſyderantes. Quãtum uero effector eſt bonorum, appellatur Oſiris, aliasq; denominatiões habet propter potẽtias, actionesq; differentes.

Eſt & principatus alius apud illos ſuper elemẽta tota in generatõe poſita, uirtutesq; eorum, quarum quatuor qdem maſculinæ, quatuor fœmininæ. Quem principatum Soli tribuũt. Item alius principatus ſuper naturam omnem, quæ in generatiõe uerſatur Lunæ tributis. Marſilius.

Potes in his ordinem consentientem Proculo ita disponere. Primum est ipsum unũ super ens super intelligibile totum. Secũdum unum ens, siue unitas entis, in quo unitas sua suo enti præponitur. potest & intellectus intelligibilis appellari, & sui pater. Tertium est intellectus intelligibilis, intellectualis q̃ simul, & unitus intellectus, & expressio, prima Icthon. Quartũ intellectus intellectualis iam explicatus cœlestium dux deoꝝ Emeph. Quintum intellectus opifex proximꝰ dux opificum mũdanorum, q̃ sunt dii cœlestes, empirei q̃, & ætherii. hic forsan intellectus est animæ mũdi, q̃ nominat Amun, Phtha, Vulcanꝰ, Osiris. Iamblichus diuidẽtes uero cœlum in partes duas, uel quatuor, uel duodecim, uel sex atq; triginta, uel harũ duplas, uel aliter quomodocũq; principatus his quoq; perficiũt aut pauciores, aut plures. Rursus ducem unũ his anteponũt, atq; ita Aegyptiorum tractat ꝰ de principiis desup ad postrema progrediẽs ab uno descendit in multitudinem. ab uno uidelícet gubernatã à deo ubiq; indefinita natura sub quodã termino definito sit imperiose comprehẽsa. Præcipue uero ab excelsa omnium causa unitate.

Materiam uero produxit deus materialitate. uidelicet ab eẽntialitate subderiuata, quã opifex uitalem assumẽs, simplices, impatibiles q̃ sphæras effecit. Ipsius uero postremũ accepit ad generabilia, & corruptibilia corpa faciẽda. His ita discretis facile soluunt dubia, quæ in libris ægyptiis, quos legisti, cõcepisse dicis. Qui. n. sub Mercurii titulo circũferuntur, opiniones mercuriales continent, etsi sæpe philosophorum græcorum stylo loquunt. Sunt. n. ex lingua ægyptia in græcam trãslati à uiris philosophiæ nõ imperitis. Optarem uero, ut quicũq; mundanarum rerum causas primas attingũt, ultima quoq; principia declararent. Item qcũq; planetas, zodiacum, decanos, horoscopos, stellas, potentes duces tractant, ut particulares principioꝝ distributiones traderẽt. Proinde dogmata, quę in salaminiacis sunt, breuissimã partem mercurialium ordinationum continent. item quæ de stellarum apparitionibus, uel latebris, aut lũæ augumento, uel decremẽto tractant, in postremis penes Aegyptios assignatiõem causarũ, habẽt. Profecto à Aegyptii nõ omnia esse naturalia putãt, sed uitam & intellectualem, & animalem à natura discernũt. Non in mũdo solum, sed etiam in hominibus, atq; cum intellectum, & rationem secũdum seipsos existẽtes præsecerint. Sic quæcũq; fiũt, fieri arbitrantur, atq; eorum, quæ in generatiõe uersant, primum præcipuum ue patrem esse opificem asserũt. Cognoscunt quoq; uitalem potẽtiam, & quæ in cœlo est, & quæ super cœlum extat. Item purũ intellectũ collocãt super mũdum, & unum impartibilem in toto mũdo, & alterum per omnes circulos distributum. Iam uero hæc non oratione, ratione q̃ nuda speculari solent, sed admonent insuper, atq; docent, ad excelsiora, cõmuniora q̃, & superiora fato naturam nostram progredi ad ipsum deum, opificem q̃ mundi. Quatenus neq; materiam ferat secum, neq; aliud quicquam præter opportuni temporis obseruãtiam, id q̃ sacrorum opera nos consequi docent, atq; simul efficiunt. tradidit hanc quoq; uiam nobis ipe Mercuriꝰ. Sed interpretatus est eam propheta Bitis Ammoni Regi inuẽta in adytis templi in urbe Sayn, Aegypti literis q̃ sacris insculptam præbuit quoq; nobis. Dei nomen discurrens per uniuersum. sunt & alii multi ordines de eisdem. Quapropter nõ recte mihi uideris Aegyptiorum omnia ad naturales dũtaxat reducere causas. Sunt enim apud illos plura, atque essentiis pluribus. sunt & potestates supermundanę, quas & religiosa principia sanctimonia coluerunt.

De libero arbitrio, & quomodo soluamur à fato.

p Ost hæc ait Porphyriꝰ plures Aegyptioꝝ ipsum quoq; arbitriũ nostrum motui stellarum suppositisse. Respondet Iãblichus ex mercurialibus sententiis hunc in modũ duas homo aías habet, ut mercuriales literæ docent. una quidem est ab intelligibili primo, atq; ipsius opificis potentiæ particeps. Altera uero ex circuitu cœlestium nobis indita. In quã & aía speculatrix diuinoꝝ irrepit. Anima igitur à mundis in nos descendens mũdorum quoq; circuitus sequitur. Quæ uero ab intelligibili ueniẽs intelligibiliter adest genesicum circuitum supeminet. atq; per eam, & à fato soluimur, & ad intelligibiles deos ascendimus. Et religionẽ habemus ad æterna tẽdentem. non igitur putãdum est, de quo tu dubitabas, oía insolubilibus necessitatis uinculis, quod fatũ nominãt, colligari. habet enim aía principium in se proprium, quo ad intelligibile sese conferat, & discedat quidẽ ab iis, quæ gignuntur. ad ipsum uero ens accedat, atq; diuinũ. Neq; rursus diis applicuimus fatum, quos tanq̃ soluentes à fato in templis, sacrisq;, & statuis ueneramur. Ipsi quidem dii fatum soluunt. Naturæ uero ab eis ultimæ descendentes, atq; generationi, corpori q̃ mundi iam implicitæ fatum peragunt. Merito igitur

rito igitur omnem diis sanctimoniam adhibemus, ut ipsi quidem soli per intellectualem pſuasionem dominantes necessitati mala nobis à fato imminentia soluant. Nõ enim totũ in natura fati ligatum est, sed est & aliud principium aíæ, & natura, & generatione præstantius, per qd & diis possumus copulari, & mũdanum ordinem superare, atq; sempiternã uitam, supcœlestium q̃ deorum actionem participare. per hoc igitur nos ipsos à fato eximere possumus. Quãdo enim præstantiora eorum, quę nobis insunt, agunt, & ad præstãtiora sui ipsius anima reuocat. tunc ab illis, quæ eam in generatione deuinciũt, penitus segregatur, à deterioribus q̃ descẽdit. Atq; alteram pro altera uitam cõmutat. se q̃ ipsam in alium interserit ordinem, dum priorem omnino deserit ordinem. Quid ergo? nũquid possibile est p deos circũcurrẽtes à fato se ipsum soluere? Atq; eosdem interim existimare duces, authores q̃ fatorum, uinculis q̃ insolubilibus uitas penitus alligantes. forte uero nihil prohibet, ita fieri. Cũ enim dii essentias, potentias q̃ multas in se complectantur, quid nam prohibet illis, inesse & alias nobis inæstimabiles differẽtias, atq; contrarietates? Iam uero & hoc licet dicere. in unoquoq; deorum etiam apparentium inesse intelligibilia, quædam essentiæ principia, per quæ animabus à generatione mũdorum fuga contingat, atq; libertas. Siquis autem duos deorum ordines non admittat ad solutionis officiũ, scilicet mũdanos simul, atq; super mundanos, saltem per supermũdanos fiet quãdoq; solutio.

Veꝝ hæc in tractatu deorum diligentius declarant. Qui nã dii potissimũ sint ad supa reducto res, & qũo reuocent, qbus ue potẽtiis, & qua rõne fatum soluãt, & per quos pręcipue redditus sacroꝝ operatione pactos, & qs ordo mundanæ naturæ, & quo pacto intellectualis actio cõsumata huic ordini dominetur. quãobrem quod tu ex Homeri uersibus adduxisti. s. deos esse flexibiles, dictu nefas esse cẽsemus. legibꝰ nãq; synceris, intellectualibus q̃ iãdiu definita sunt sancta religionis opera, atq; ordine, potentia q̃ maiore, deteriora soluũtur. & quatenus nos in sortem traducimur meliorem, eatenus à deterioribus fit discessus, nec propterea contingit aliqd præter regulam ab initio cõstitutam, adeo ut dii flectantur propter sacrificium, cultum q̃ posterius actum, sed à primo descensu deus animas ea conditione demisit, ut ad eum iterum reuertantur. Neq; inter se repugnant adscensus animarum, atq; descẽsus. sicut enim in uniuerso intellectuali una cũ essentia generatio, immo & hoc totum recte ꝓnectitur, sic & in aíarum dispositione una cum earum circa generationem cura solutio quoq; à generatione consentit.

De suo cuique dæmone.

q Værebat post hæc multa Porphyrius de suo cuiq; dæmone. respondet ad hæc Iamblichus ita. Duplex est tractatus de dæmone unicuiq; proprio. Alter quidem sacer, siue deificus. Alter artificiosus. Ille dæmonem à supernis causis inuocat. hic à circuitibus, qui in generatione uersantur. Ille quidem exploratione uniuscuiusque geniturę non utitur. hic talia diligenter explorat. Ille uniuersali ꝰ super naturam, hic particularius secundum naturam dæmonem colit, & curat. Cum igitur hæc ita se habeant, absurde tu mihi uideris culturam perfectiorem ad humanam admodum transtulisse, & in hac dũtaxat quæstiones tuas exercuisse. Propterea ubi naturali tantum uia quæris, colis ue dæmonem, uideris & eiusmodi uiæ exiguam quandam particulam accepisse. Consueuerunt enim qui circa naturam artificiose perquirunt, & operantur, ordinate uocare dæmonem à decanis, ideſt facientibus. Atque ab influxuum dispensatoribus imaginibus cœli, stellis q̃, sole q̃, & luna, item à polis, totis q̃ elementis, atque mundo. Tu uero non recte breuissimam horum partem seligens, scilicet ipsum genitalis figuræ dominum, de hoc duntaxat quæstiones inducis, & hac in parte hoc uno suppositio perscrutaris, quo nam pacto dominus ipse figuræ dæmonem tribuat. Atque secundum quam, & qualem uitam, uel potentiam, uel influxum ab illo nobis influat. ubi prorsus in genituræ exploratione moraris præscrutans, utrum subsistat dæmon, nec ne, & utrum figuræ dominus inueniri possit, aut forte non possit. Asseris deniq; hunc fore beatum, qui inuenta generationis suæ figura, fatalia sic effugerit. Ita uidelicet suum dæmonem conspicatus. mihi uero uidentur hæc inter se dissentire, & à ueritate deficere. Si enim ab ipsa generationis figura dæmon nobis est attributus, atque inde cognouimus eum, quo nam pacto fatalia fugiemus per notitiam dæmonis fato nobis addicti? atqui, etsi necessaria à nobis per dæmonem expellimus, uel affirmas, quando ulterius sunt hæc una cum dæmone nobis destinata per fatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ De iudiciis astrologorum, & dæmone.

p Orphyrius dicit, siquis cognosceret figuram natiuitatis, dominum'q; figuræ, inue niret dæmonem suum, & per ipsum solueretur a' fato natiuitatis, sed subdit impos sibile, esse scire illam, & hunc inuenire, & regulas astronomiæ, & astrologiæ esse incõprehensibiles, & incertas teste etiã Cheremone. Iamblichus dicit dæmonem * neq; cognosci, neq; dari ab illa figura, & dæmonio eius. Alioquin non solueret nos a' fato nati uitatis, sed dari ab antiquiori principio, & altiori, scilicet a' diis superioribus, & cum primũ ani ma inclinatur ad sensibilia ante cõceptionem, & solui nos a' fato non tam per dęmoné, quàm per cultum superioris numinis. Non solum uero illa Porphyrii dicta a' seipsis, sed etiam a' ueri tate dissentiunt. Non enim ab ipsa propria generationis figura omnino unicuiq; tributus est dę mon, sed est & antiquius hoc initium. Item si hinc duntaxat dæmon agnoscereturnon foret propterea felix, qui geneficum cognosceret dæmonem. Et quis nam hunc ducem accipiat ad effugenda fatalia? Si ad hæc explenda est ipse tributus, omnino uero præcipuas præter mittis de essentia, & de ordine dæmonis quæstiones. ultimas uero tangis, unde descen dat. Inquis præterea innumerabiles circunferri astrologiæ regulas, dubitationes'q; de gene si. Vnde appareat scientiam de his haberi non posse. Ego uero censeo primum quidem haberi posse per diuinum uaticinium ueritatem certissimam circa stellas. Nec nos omnino regularum dinumeratione, nec artificiosis prædicationibus indigere, & insuper addo te non penitus im possibilem inde notitiam demonstrare quantum ad mathematicam scientiam pertinet, quod diuersæ inter illos feruntur opiniones, quod'ue Cheremon, & qui uis alius ꝓtradicit. Sic enim & in omni scientia simul & arte ꝓpter dissidentes opiniones dicere nullã esse scientiam coge remur. sed ꝓfecto ubiq; non solum falsa inter se dissidẽt, sed & a' ueris falsa dissentiũt, ut ubiq; præter falsa ueritas inueniri possit. Porphyrius dicit regulas ẽt astronomię cõprehendi non posse, ne dũ astrologiæ, & multas esse illis dissensiones, & a' multis impugnari. Rñdet Iambli chus diuinũ uaticiniũ põt docere naturã, & effectũ astroꝝ sine arte. Astronomia, & aliæ artes quondã a' diis datæ longo tpe humanis opinionibus ꝓfundũtur, exiguũ'q; diuinitatis, & uerita tis deniq; retinent. in astronomia est aliquid ueri, q̃uis exiguũ, qđ paret per effectus stellaꝝ inter se ex mẽsura prouenientes in cœlo, sicut prędictũ est de eclipsi solis & lunę, & aspectibus plane tarum. Regulæ mensuraꝝ, magnitudinẽ, distantiaꝝ, progressionum, cometaꝝ, atq; similiũ diu apud Chaldæos, & apud nos obseruatæ testantur astronomiæ scientiã esse uerã. Porphyri⁹ dicit dominũ figurę, uel dominos, si plures sint, deprehendi nõ posse etiã iudicio astronomoꝝ, & astrologoꝝ, sed inde propriũ dæmonẽ esse quęrẽdum. Iáblichus dicit astrologos dare regu las, alios scilicet quinq;, alios pauciores, alios plures ad inueniendos, uel discernẽdos dominos * figurarum. Non dicit inquã haberi regulas, & inueniri, atq; discerni, sed ita putari, & tradi ab illis contra dicta Porphyrii. Quidnam prohibet figuræ dominum, atq; dæmonem per astrolo giã quidẽ difficile inueniri, facillime uero per diuinũ uaticiniũ, atq; sacrificia? Neq; putandũ est dæmonem a' solo figuræ domino tribui. Sunt enim plura hoc eius, & antiqora principia. Neq; humanis artibus, sed diuinis propriũ dęmonẽ possumus inuenire. proprius cuiq; dæmon nõ a' particulari quodã cœli, elemẽtorum'ue disposition distribuitur, sed a' tota mundi dispositiõe, * qñ descendit aĩa regnante, ipsi'q; dæmonẽ, certum accõmodante executorẽ uitæ, quã elegerit anima, hic eam cõciliat corpori, uitã corpori cõmunicatã curat. uitam animę propriã dirigit, co gitationi assidue principia exhibet, nos'q; agimus talia, qualia hic adducit in mentẽ, eatenus'q; nos gubernat, quo ad sacris perfecti dominũ pro dæmone cõmutemus. Tunc dæmon deo ce dens, uel uacat ab opere, uel cõducit ad idẽ. fors alicuius propria tribuitur animæ, dũ descendit ex toto mundi corpe, & uita prout tunc se habet ad illam, & illa fors certo dęmone ducit', et im pleť. Ergo est impossibile iudicare certos euentus, cũ omnium causaꝝ concursum comprehen dere nequeamus, nisi per inspirationẽ diuinam id'assequamur.

¶ Vnde proprius dæmon ueniat, quid'ue agat, & utrum sit unicus.

p Roprius dæmon non a' parte quadam cœli elementorum'ue tribuitur, ímo uero a' toto mũdo, & a' multiformi in eo uita, & a' multiformibus corporibus, per quæ transit anima descẽdens in generationẽ, secerniť ꝑprie, atq; decerniť, fors in nobis quædã ꝑpria nostris secũdũ præfecturã propriã distributa. hic utiq; dęmon erat in exẽplari ante q̃ in generationẽ animæ laberent'. Quẽ cum primũ anima ducem accepit, adstat ipse dæmon expletor subinde uitarum. hic aĩam, ut dixi, descendentem alligat corpori cõmune eius animal

eius aĩal ipse curat. Vitã animæ propriã dirigit. & quodcũq; ratiocinamur exhibet ratiocinandi ꝓ principia, agimus'q; talia, qualia is adducit in mentẽ, gubernat'q; nos quousq; sacris operib⁹ ex piati, deum subeamus pro dæmone ducẽ. cui post hac dæmon, ita cedit, ut uel uacet eo præsen te, uel conducat ad idem. Quærebas deinde utrum plures adsint unicuiq; dæmones, alii alia gu bernãtes in homine. Respõdemus ad hæc dæmonem, nõ alicui parti nostrum præesse dũtaxat, sed toti simul adesse, totũ ducere, quẽadmodum a' totis, quæ in mũdo sunt, ordinibus, est attri butus. Coniectabas plures pro numero nostrarum partium dæmones nobis adesse. Præterea quod etiã in ipso corpore diuersi sint dęmones alius sanitatem, alius pulchritudinẽ, alii quandã in his habitudinem curẽt. Vnus'q; his æque præsit in corpore. Sic & putabas alium dęmonem corpus, alium animã, alium mentem regere. Præstat uero eiusmodi cõiectura ad hoc ipsum utĩ uidelicet, quod corpus, & anima, & intellectus eodẽ dæmone gubernentur. Noli igitur ita diuĩ dere, ut alius sit corporis dæmon, alius animæ, alius intellectus. absurdum est. n. animal qdem esse unum, dæmonium uero animali præfectum multiforme putare. Nã quæ principatum te nent, ubiq; simpliciora sunt subditis. Est insuper & absurdius, si multi dęmones dominãtes ue lut dęmonii partes, non conflati in unum sint, sed inter se disiuncti. Introducis autem & in ipsis contrarietatem, tanquam dominantium dęmonũ alteri boni sint, alteri uero mali. Cũ ta men nusq̃ mali spiritus sortem habeãt præfecturę, nec pari uel authoritate, uel numero exaduer so bonoꝝ distributi sint. Post hęc suspicaris dæmonem propriũ esse quãdam aĩę partem, ui delicet intellectum, eũq; hoĩem esse εὐδαίμονα, idest felicẽ, qui sapiẽtem habeat intellectum, quod si ita sit, non erit amplius alius ordo præstantior homine præfectus homini. Sed inter di uisas animę partes superior inferioribus dominabiť. Vbi tñ cunctę cognatæ sunt. nulla uero ut absoluta subditis dominať. Inducis post hæc dæmonis cultum tanq̃ ad plura factum, partim qdem tanq̃ ad duos dæmones, partim etiam uelut ad tres. nefas uero est causas nobis præsidẽ tes partiri. nec ad unum redigere præfecturam. Quippe cum unitas in omnibus dominet'. Iam uero & qui dæmonium secũdum corpus, corporis'q; dispensationem diuidit, is principatũ eius in partem eiusdem redigit angustissimam. Quapropter religiosum cultum circa dæmoniũ, ita diuisum consyderare nõ decet, cũ opinio ipsa, in qua fundať, debilitate uacillet. Vnus igitur est secũdum unumquẽq; nostrum dæmon proprius gubernator. dæmonẽ uero cõmunẽ penitus, & eundẽ cunctoꝝ hoĩum existimare non decet, uidelicet rursum cõmunem qdem in se ipso. ꝓ pria uero ꝓditiõe unicuiq; copulatũ. Ipsa. n. secũdum speciem unãquãq; diuisio, materiæ'q; alte ritas ipsam rerum secundum se incorporearum cõmitantem, identitatem'q; non suscipit.

Inuocatio dæmonis.

q Væris deinde quare cõmuni quadã apud oẽs inuocatione aduocare dęmonem so leamus, quoniã uidelicet per deum dominũ unum dæmonũ agitur inuocatio, q & a' principio suũ cuiq; dæmonẽ definiuit, & in sacrificiis secundũ propriã uolũtatem suũ cuiq; monstrat. Semp. n. in sacraꝝ operationum ordine per superiora numina inferiora uocanť. Quare & in dęmonibus unus qdã dux eoꝝ, q circa generationẽ obtinet prin cipatum, dæmonẽ suũ ad unúquẽq; demittit. Postq̃ igitur adest unicuiq; suus, tũc & congruum sibi cultum pandit, nomé'q; suũ, modumq; inuocationis suę propriũ patefacit, Atq; hic conue niens est ordo dęmonũ. Alius. n. ordo inuocantibus est cognatus. alius ab antiqoribus causis ꝓ cedit, alius consprationem in eis conficit ad idem cõmuniter conferentem. Noli igitur diuinas inuocationes humanis similes arbitrari, & ineffabiles effabilibus comparare, & eas, quę omnẽ terminum, oẽm'q; indeterminatum modum superat, humanis imperiis, mandatis'q; conferre, siue definita sint hæc, siue prorsus indefinita. Quæ enim apud nos sunt, cum toto genere com mune nihil habẽt. Atq; cum his, quę secundum totũ ordinẽ nos excedunt. totam'q; essentiã no strã, naturam'q; exuperant. Iã hinc uero maxime errores hominibus ingentes accidunt. Quan do ex humana debilitate aliquid de dominationibus dęmonicis ratiocinari solẽt, & paruis ni hilipendendis'q;, atq; diuisis ingentia, & magnipendenda, & perfecto perpendunt.

De felicitate.

f Vspicaris ne forte alia quædam ad beatitudinem præter diuinum cultũ, uia lateat, & quæ nam ista potissimum sit interrogas. Sed profecto si in diis bonoꝝ omniũ essentia, perfectio'q; cõtinetur, ac prima potestas, primum'q; bonoꝝ illic est princi pium, merito soli nos sacerdotes, & qui similiter superis se dediderint, atq; legiti

me unionem ad illos fuerint consecuti bonorũ omniũ principium, atq; finem studiose prosequi mur. in hoc utiq; statu & ueritatis contẽplatio adest, & intellectualis scientiæ consumatio. Atq; una cum deorum cognitione conuersio quoque ad nos ipsos, nostrí'q; agnitio comitatur. Frustra uero suspicaris, ne forte religiosus ex opinionibus humanis, fauoribus'q; dependeat. Quid nã otii esse potest animo diis dedito ad humanas laudes auscultandas.

¶ Religionem esse ueram.

s Ed neq; quod sequitur recte dubitas, ne forte religiosus ipse fallat, ubi ais animam magna sæpe ex contingenti confingere. Quodnã in rebus uere existentibus figmẽ torum initium esse potest? Non'ne potentia phantastica in nobis est illa, quæ ido* la fingit, atq; transformat, atq; quando uita intellectualis perfectæ agit, phantasia nulla suboritur? non'ne penes deos ueritas ipsa secundum essentiã una cum illis existit? Non'ne multo magis & illa, quæ secundum cõsonantiam in rebus intelligibilibus est fundata? Frustra igitur talia & abs te, & ab aliis diuulgantur. Quinetiam ubi tu, & alii religiosos calumniamini, tanquam præstigiatores, atq; uanos, & iactabundos, longius a' ueritate disceditis. sicut enim cę teris artibus, sic & in religione sunt, qui eam falsò profiteãtur. Quæ ꝓfessio longius quàm aliud quicquam a' religione discedit. Malum enim bono magis quàm non bono ꝓtrarium est.

¶ De præsagio naturali artificioso, atq; de diuino.

s Iqua nobis aptitudo naturaliter insit ad futuri præsagiũ, quẽadmodum animalibus terremotuũ, procellarum'q;, & frigorum naturalis inest præcognitio, non uidetur eiusmodi prænotio habere aliquid uenerandum. Nam secũdum sensus acumen, uel compassionem, uel aliam quandam cõmotionem uirium naturaliũ, eiusmodi præsagium naturale consequit'. Neq; sursum siqs secundum rõnis discursum, uel obseruationem signorũ effectus aliquos præcedentium, sicut a' contractione pulsus. Atq; rigore medici febrẽ præuidere solent, uidetur eiusmodi præsentia esse admodum honorãda. humana nãq;, & suspecta, corporea'q; cõditione progredit'. Solum igitur diuinitus aduenies uaticinium, re uera nobis diuinam exhibet uitam, dũ & præuisionẽ, & diuinas intelligentias possidet. Nos'q; reddit re uera diuinos, ac bonum legitimũ nobis affert. beatissima enim deorũ intelligentia bonis omnibus abunde repletur, suspicaberis ne forte ꝓphetæ diuinitus inspirati præuideant, qd' futura, neq; tamen ꝓpterea sint felices. Nam & prꝫuidere possunt, neq; tamen scire futuris uti, sed ꝓtra dicendum, omnem uidelicet prænotionem diuinitus inspiratam esse bonis, & bonitate refertam, ordinis'q; compotem, atq; decori. Atq; utilitatem nobis afferre, dii nanq; una cũ præsagio, facultatem quoq; ad cauenda, declinanda'q;, incõmoda nobis naturaliter imminẽtia sug gerũt. Et qñ uirtutem oporteat exercere, ad id'q; ꝓferat ignoratio futurorũ, occulũt ipsi futura, ut animus inde sit melior. Quãdo uero ad hoc nihil ítereſt, expedit aũt animus ꝑsentire, ad hoc uidelicet, ut salui ad sublimia reuertant', tũc in mediis aĩarum essentiis uaticiniũ penitus íserũt.

¶ Via ad felicitatem.

q Værebas deinde, quæ sit ad felicitatem uia, Qua'ue in re sit ipsa felicitas. hoc igitur audi. Cõtemplabilis ipse in se intellectus homo, erat quondam deorũ contemplationi coniunctus. deinde uero alterum ingressus est animam, circa humanam formę speciem coaptatam, siue contemperatã. atq; propterea in ipso necessitatis, fati'q; uinculo est alligatus. Cõsyderare itaq; decet, qua præcipue ratione ab eiusmodi uinculis solui possit. Est autem solutio nulla, præter ipsam deorum cognitionẽ. Idea nanq; felicitatis, est ipsum cognoscere bonum. Quemadmodum est & idea malorũ, ipsa quidem bonorũ oblíuio, & fallacia circa malũ, notitia quidem illa una' cũ diuino ꝓgreditur. obliuio uero hæc, atq; * deceptio inseparabilis est a' caduco. Item illa intelligibilium essentias per sacras sanctimonię uias rite metitur. hęc autem a' principiis cadens, atq; repulsa. se ipsam proiicit ad corporalem ideã dimetiendã. Illa rursum est sui parentis agnitio. hęc uero discessus una cũ obliuione ab ipso deo patre supersancto, se'que ipso sufficiente, longe remotus. Illa ueram conseruat uitam reuocans hanc ad patrem. hæc hominem principem genituræ usq; ad id deducit, quod permanet quidẽ nunquam

nunquã, perpetuo'q; in fluxu uersatur. hæc utiq; prima sit tibi ad felicitatem uia intellectualem habens unionis diuinæ penes animas plenitudinem. Sacra uero, atq; deifica felicitatis traditio appellatur quidem porta ad ipsum omnium opificem deum, aut locus, aut aula boni. Potestatem uero possidet primã quidem castam, & sobriã animæ sanctimoniã, ualde utiliorem, sobria corporis castitate. Deinde cogitationis accommodationem, ad ipsam participationem, uisionem'q; boni. Simulq; ad contrariorum expulsionem. Tertio rursum unionem exhibet ad deos bonorum omnium largitores. Postquam uero singulatim, atq; proprie, tum mundi partibus, tum diuinis potestatibus per partes mundi diffusis, animã copulauerit, tunc opifici toti copulat animã, præbet'q; undiq; cum ipso consensum, atq; eã extra omnem materiã ponit, cum sola iam sempiterna uniuersi ratiõe coniunctam. uerbi gratia in ipsa opificis potestate per se genita, per se mobili, & omnia sustinente prorsus, & eleuante, intellectuali'q;, & omnia pariter exornante. Item ad ueritatem intelligibilem reuocante, rursum'q; per se perfecta, perficiente'q;, atq; effectrice, cæteris'q; dei uiribus opificis gradatim pro cuiusq; proprietate coaptat adeo, ut in actionibus earum, intelligentiis'q;, & opificiis facultatibus, expiatus animus, atq; sacer perfecte firmetur. Atq; tum demum in toto opifice deo collocat animam.

Conclusio Religionis, felicitatis'q; apud Aegyptios.

a Tq; hic apud Aegyptios religiosæ, sacræ'q; eleuationis, est finis, ipsum uero bonum aliud quidem diuinum putãt ipsum scilicet præintellectum deum. Aliud autem humanum unionem uidelicet ad ipsum dominum. Quemadmodũ Bytis propheta ex libris mercurialibus explicauit. Non igitur pars hæc apud Aegyptios prætermissa est, ut tu suspicaris, sed quẽadmodum spectat ad sanctimoniã, rite nobis est tradita. Neq; rursus de rebus exiguis sacerdotes diuinã intelligentiã interpellant, sed de iis, quæ ad purgationẽ, solutionem, salutem animæ pertinent, neq; difficilia meditantur, eadem'q; hominibus inutilia. immo res animæ omnium utilissimas, neq; sub dolo, & seductore quodã. dæmone obfuscati sacerdotes hallucinãtur, qui in omnibus fallacem. dæmonicá'q; naturã prorsus excedunt, atq; ad intelligibilem, diuinã'q; conscendunt. his itaq; pertractatis, obsecro deos, ut mihi, tibiq; ueram intelligentiarum custodiã, obseruantiam'q; exhibeant, nullo tempore defuturam, atq; in sempiternam æternitatem æternorum præbeant ueritatem. Perfectiorum'q; circa deos intelligentiarum compotes nos efficiant, in quibus beatissimus bonorum finis nobis est propositus, & amicitiæ, concordiæ'q; inter nos mutuæ, authoritas omnis, atq; firmamentum.

EXCERPTA MARSILII FICINI EX GRAECIS PROCLI COMMENTARIIS IN ALCIBIADEM PLATONIS PRIMVM.

p Rincipium dialogorum Platonicorũ, totius'q; philosophiæ præcipuũ, atq; firmissimũ, arbitrantur naturæ nostræ cognitionem. hac enim recte cognita, bonum quoq; nobis consentaneum, malum'ue dissidens absolutius nosse poterimus. Sic utiq; natura comparatum est, ut quemadmodũ inter se rerum essentiæ differunt, sic & propriæ rerum perfectiones. Vt igitur quæ sit naturæ nostræ perfectio, & quomodo comparetur, inueniamus, essentiam nãq; nostram in primis debemus agnoscere. Quod quidem & in Alcibiade propositum est, & in tota doctrina Platonis est finis. Quando rerum consyderamus essentias, perscrutandum est, utrum essentia rei sit ex earum numero, quæ indiuiduæ sunt, uel earum genere, quæ circa corpora diuiduntur, uel earũ, quæ in medio collocantur. Item utrum essentia sit æterna, an per omne tempus existens, an in aliqua temporis parte fiat. Rursum utrũ sit simplex, & ante compositionem existens, aut cõposita qdem sit, sed insolubilibus uinculis sit composita, aut possit uicissim in ea, ex qbus cõponit', quandoq; resolui. atqui si ita unumquodq; consyderemus, deinde poterimus eius quoque bonum, quale sit, facilius iudicare. Constat enim essentiæ prorsus indiuisibilis, æternum esse bonum, diuisibilis uero bonum quoq; in tempore, motu'q; uersari. mediæ deniq; secundum substantiæ ipsius mensuras perfectio quoq; perpenditur. eiusmodi nanq; perfectio tempore quidẽ indiget, sed tempore primo, quod sane' in corporeos circuitus possit apte metiri. Ignoramus

quidem nos ipſos, quoniam obliuione genefica occupati ſumus, atq; in rationalium ſpecierum uitæ pertubatione perculſi. exiſtimamus autem interea cognoſcere multa, quę ignoramus, quoniam rerum rationes eſſentiæ noſtræ innatas habemus. Tres ſunt conuerſionis ſpecies. quic quid enim conuertitur, uel ad aliquid uertitur, ſe deterius, dum a' perfectione propria labitur, uel conſurgit ad melius propter propriæ uitæ uigorem, actionem'q; naturalem, uel reflectitur ad ſeipſum propter cognitionem ſibi conſortem, mediam'q; ſpeciem motionis. Conuerſio qui dem erga deterius, paſſio quædam eſt animæ alas abicientis, & in obliuione iã poſitæ, ſui ipſi⁹ ſimul atq; aliorum. Conuerſio uero & ad ſe, et ad melius non ſolis competit animab⁹, ſed ipſis quoq; diuinis. Quemadmodum Parmenides ipſe nos docet. Plato ſignificat in proœmio præter cætera animum ueritatis ſtudioſum cogitationes rebus cognoſcendis conſortes edere. Neq; mutabilium immutabilem, neq; neceſſariorum, ſtabilium'q; ambiguam, atq; nutantem. Sed quemadmodum Socratem in Rep. docuit, notitia quidẽ ſimplici, uniformi, intellectuali intellectualia omnia coniugate cognoſcere, notitia uero ſcientifica, atq; cogitatiua. ſpecierum euolutione, atq; compoſitione rationes rerum medias cõtemplari. Tertia rurſum a' ueritate po tentia ſenſuali per inſtrumenta cognobilia propria contingente ſenſibilia iudicare, imaginali tandem potentia imagines ſenſibilium apprehendere. Iam uero Timæus cognitiones propor tione quadam ad cognoſcenda diſtinguens, iubet nos entia quidem intelligentia, ratione'q; iu dicare, opinione uero, ſenſu'q; illa, quæ entia quidem non ſunt, ſed fiunt iugiter, atq; pereunt. atq; eorum, quæ uere ſunt ratones, ratas, & inconiunctas exiſtere. rerum uero in generatione fluentium imaginarias, atq; contingentes. ubiq; enim rationes, ſermones'q; imitantur illa, quæ explicant. Atqui Socrates in Cratylo ait circa res ſempiternas, nomina naturam rei magis attí gere, circa uero mutabiles nomina quoq; ſæpe mutari, & magis in poſitione uerſari. Aliorũ ubiq; deorum aliæ proprietates exiſtunt, nam aliæ quidem ſunt opifices uniuerſorum, atq; ſpe ciei entium, ornatus'q; ſubſtantificæ, aliæ uero propagantes uitam, ac uarios uitæ uigores pro generantes, aliæ autem rerum ordinem ſeruant incommutabilem, connexionem'que cuſto diunt inſolubilem. Aliæ denique aliam ſortitæ potentiam, omnia ſua quadam beneficentia ſeruant. Similiter & omnis amatorius ordo cauſa conuerſionis eſt rebus omnibus ad diuinã pulchritudinem, atq; formam, reducens quidem ſequentia ad illam omnia, eiq; coniungens, & coniuncta confirmans, atq; mox inde ſequentia replens, diuini'q; luminis procedentes inde dotes per omnia radians. Hanc igitur ob cauſam in Sympoſio traditur, amorem magnum exiſtere dæmonem, quippe cum amor primus omnium eiuſmodi medii uim in ſeipſo demon ſtret, ſit'q; medius inter ipſum appetibile, atq; appetẽs, & cauſa conuerſionis ſequentium in po ra. uniuerſa igitur amatoria cohors in ueſtibulo cauſæ pulchritudinis cõſtituta ad illam omnia conuocat, medium'q; proceſſum facit inter amabile, atq; illa, quæ reuocantur amore. Quapro pter totius dæmonici ordinis in ſe declarat exemplar. hanc in diuinis medietatem obtinens, quam dæmones inter diuina tenent, atq; mortalia. Cum igitur oĩs amatoria cohors hanc inter deos proprietatem habeat, ſumitatẽ eius quidẽ unicam, & occultã excogitamus primæ & intelligibili pulchritudini copulatã, penes ſup̃mos deos, mediũ uero ꝓceſſum ei⁹ penes ſup̃ mũ danos deos, intellectuali ꝓditione fulgẽtẽ. Tertiũ uero ꝓgreſſum ei⁹ circa mundũ multifariã di ſtributum, multos'q; ordines, atq; uires ex ſe producentem, atq; eiuſmodi munera partibus mũ di diuerſis diſtribuentem. Poſt enim unicum, primum'q; amoris principium, atq; poſt tripar titam ſubſtantiam inde perfectam uaria iam turba refulget amorum. Vnde chori angelorum implentur amore. Turbæ quin etiam dæmonum hoc plenæ deo ſectantur deos ad intelligibilẽ pulchritudinem reuocatos. Exercitus heroum unà cum dæmonibus, & angelis circa pulchritu dinem debacchantur. Oĩa deniq; ſuſcitantur, reuiuiſcunt, reuireſcunt, incaleſcunt, circa pulchri tudinis ipſius influxũ. Iam uero animæ hominum inſpiratione eiuſmodi tactæ, & naturaliter cognatę deo, circa pulchrũ mouentur aſſidue, atq; in generationis ꝓuinciam delabuntur ad be neficium animis imperfectioribus exhibendum, & ad prouidendum iis, quæ ſalute indigere ui dentur. Dii quidem ipſi, deorum'q; pediſſequi in habitu proprio pmanentes ſequen tibus be nefaciũt, & ad ſe conuertunt, hominum uero animę deorſum lapſæ, generationẽ'q; tangentes beneficam deorum prouidentiã pro uiribus pręferunt. Quẽadmodum igitur aliæ animæ ſe cundum alium cõſtitutæ deum, ſyncere ꝓuinciis caducis præſunt, animabus'q; hic oberrãtib⁹. atq; alię qdem imꝑfectioribus proſunt ꝓ uaticiniũ, alię ꝓ expiatiões, atq; ſacrificia, aliæ per opẽ medendi diuinam, ſic & animæ, quę uitam amatoriã elegerunt, mouentur quidem adeo pul chroꝛ præſide ad curam animorũ ingenioſorum. a' pulchritudine uero ſenſibus apparente ad diuinam

diuinam pulchritudinem rediguntur, ſecũ'q; ipſis conuocant & amatos. animæ uero, quæ ob peruerſam educationem a' ſuperno munere decidunt, alioquin amatoriam nactæ naturam ſi mulachris pulchritudinis incidentes, propter ueræ pulchritudinis ignorantiam corporeas for mas admirantur & amant, paſſionem propriã ignorantes. Sicut enim apud Plotinũ defluxus mentis facit aſtutiam, atq; ſapientiæ portio lapſa creat ſophiſticã, ſic munus amoris in peruer ſum incidens ſuſceptaculum, uitam efficit intemperatam, atq; tyrannicam.

Cauſa ſuperior agit in opere prius, poſterius'q; quàm inferior, & una' cum illa, atq; eſt præſentior operi.

q Væ perfectiora ſunt ubiq;, & quæ rationem exemplaris habent, actiones prorſus imaginum comprehendunt adeo ut deteriora nulli uſquam adſint, cui perfectiora quoq; non multo prius aliquid ex ſe tradiderint. Quinetiam per omnes rerum ordi nes ipſum unum alia comprehendit, atq; ante illa, & poſt illa, & unà cum illis agit.

Mali dæmones etiam in ſacris occurrunt, & fallunt ſub prætextu bonorum.

c Ompertum habemus in expiationibus, atq; ſacris, ubiq; ex deterioribus aliquid in duere perfectionis imaginem, per quam animas non dum perfectas alliciat ad ſe ipſum a' ſuperioribus'q; diuertat. Quemadmodum igitur in contemplatione phyſi ca impedimentum eſt uita ſophiſtica procliuitas'q; ad illam trahens infirmiorem ab ipſa entium contemplatione ad imaginationem caducis familiarem, ſic in amatoria eleua tione turba popularium amatorum impedimentum eſt ſimulans amatorem uerum, & animã iunioris a' bonis cœleſtibus in terrena, & tenebroſa detorquens. Similiter in ſanctiſſimis qui
1* busq; expiationibus, atq; ſacris, ante quàm ipſe deus adſit, palàm occurrunt dæmonũ quorun dam impetus terrenorum, aſpectus noui quoque eos, qui expiantur, perficiuntur'q; deturban tes, & a' ſynceris bonis ad materiam deflectentes. Quamobrem dii iubent, ne prius in illos aſpi cias, quàm ſacrorum poteſtate præſtrinxeris oculos. ſic enim aiunt diuina eloquia. Non expe dit tibi illos aſpicere prius quàm corpus expiaueris, atq; ſacraueris. Quoniam illi mulcentes ani mas a' ſacrificiis ubiq; deflectunt. Sicut igitur in ſacris, tum primum apparet diuinum, quan do totum hoc dæmoniũ trahens animas in materiam expulerimus. Sic & diuinus amator poſt repulſam popularium amatorũ occurrit amato. Item ſicut bonus cuiuſq; dæmon unúquẽq; cuſtodit a' pueritia, actiones'q; omnes eius explorat, & uerba, & ante parentes prouidet, & poſt parentes adeſt tanquam totius uitæ gubernator aſſiduus, atq; poſt obitum dux eſt nobis ad iu dices, eodem modo ad Alcibiadem ſe Socrates habet. deniq; ſicut bonus dæmon nobis pluri mũ occultus adeſt clàm nobis prouidens, & ſilentio conſulẽs, & ineffabiliter nos emendans, Ita Socrates Alcibiadi.

Intellectus in nobis ſemper agit illuminando, neq; tamen ſemper animaduertimus.

i Ntellectus ipſe quidẽ circa nos ſemper agit, ſemper'q; præbet intelligentiæ lumen. Atq; etiã prius quàm in conditionẽ labamur irrationalẽ, Et quando in paſſionibus uitã degimus, & paſſionib⁹, quandoq; ſedatis, non ſemper aĩaduertimus, ſed qñ a' q̃plurimo generationis tumultu purgati ſumus, atq; tranqlle uiuimus. Tũc. n. intel lectus nobis effulget, tunc quaſi nobiſcum loquitur, tunc ſuam nobis cõmunicat uocem antea ſilentio præſens.

De bono dæmone, & de terrenis, materialibus'q; dęmonibus. Itẽ quomodo unuſquiſq; noſtrum conſyderetur dupliciter. ſ. & ut ſimpliciter anima, & ut anima utens corpore.

s Ocrates quidem ad Alcibiadem ſe habet, ut bonus dæmõ. amatores cæteri, ut ma teriales, terreni'q; dęmones, qui propellendi ſunt, ut animus bono dæmoni ſit ma gis expoſitus. Conſyderare poteſt dupliciter Alcibiadẽ, & ut ſimpliciter animã, & ut animam utentem corpore. Non enim idem eſt utrũq;. quemadmodũ nec ipſe per ſe homo, & iã gubernator homo, nec homo ſimpliciter, atq; auriga. Omnino autem, quod eſt imparticipabile ab eo, qd' eſt participabile, differt. Atq; id, qd' ſecũdũ ſe ipſum exiſtit, ab eo differt, quod cũ alio quopiã ſimul iã cenſetur. Et deniq; quod exemptum eſt ab eo diſcrepat, qd' coordinationem ad aliud eſt ſortitum. Quoniam igitur Alcibiades dupliciter intelligitur.

& ut ſimpliter anima, & ut anima, utens corpore, qua quidem ratione eſt ſimpliciter anima q̄dam. Socrates ad eum mentis uicem gerit. qua uero ratione eſt anima utens corpore. Socrates boni dæmonis partes agit. Atq; idem ipſe & dæmon eſt, ut ad hominem, & intellectus ad animam. Iam uero & quando medietatem dæmonicam reputamus, inter deos eam & homines collocamus. Quando uero intellectum, in ſummo quidem animam ex ipſo ſuſpendimus, & corpus ex anima. habes profecto diuiſionem alteram in ſympoſio, ubi traditur dæmonum inter deos homines'q; exiſtere medium. habes alteram in Timæo dicente, animam inter intellectū atq; corpus medium obtinere. Idem igitur eſt & intellectus, & dæmon ad animā quidē intellectus, ad animam uero humanam dæmon eſſe cenſetur.

Quomodo amor deus nec primus eſt, nec ultimus, & quomodo in diuinis eſt bonū, ſapiēs, pulchrum. item fides, ueritas, amor.

a Morem domini neque in primis entium, neq; in ultimis collocare debemus. Nō in primis, quoniam ipſum amabile ſuperius eſt amore. non in ultimis, quoniam amans particeps eſt amoris, oportet igitur amorem inter amabile, amantem'que conſtituere, & ipſo quidem pulchro poſteriorem, cæteris uero, quæcunq; amāt, priorem aſſeuerare. Vbi nam igitur extitit ab initio? Quo pacto per uniuerſa procedit, & quibus cum prodiit unitatibus? Cum igitur tres ſint in diis intelligibilibus, occultis'q; ſubſtantiæ, & prima quidem obſignata ſit bono ipſum uidelicet bonum ex ſe intelligens, ubi, ſicut ſacra eloquia tradūt, unitas eſt paterna. Secunda uero per ſapiens deſignetur, ubi prima uiget intelligentia. Tertia per pulchrum definiatur, ubi intelligibilium eſt pulcherrimum, ut Timæus ait. nimirum & tres ſecundum has intelligibiles cauſas unitates exiſtunt, ſecūdum cauſam quidem uniformiter in intelligibilibus conſiſtens, effulgentes uero primum in ipſo ineffabili deorum ordine ſcilicet fides, ueritas, amor. Fides quidem omnia firmat in bono. Veritas autem omnem in entibus cognitionem explicat. amor deniq; conuertit omnia, cōgregat'q; in ipſius pulchri naturam. Eiuſmodi ſane` trinitas hinc per omnes deorum progreditur ordines, omnibus'q; ad ipſum intelligibile irradiat unionem. Aliter autem per alios ordines ſe declarat, uires ubiq; ſuas deorum proprietatibus complicans. Alibi quidem eſt ineffabiliter, incognite'q; & unice. Alibi continentiæ, connexionis'q; ratione. Alibi tanquam perficiens, atq; formans. hic rurſum intellectualiter, atq; paterne, Ibi motiue, uiuifice'q; prorſus & effectiue. Illic tanquam imperans, & aſſimilans. ibi abſolute penitus atq; ſyncere. Illic multiplicate iam atq; diuiſim. Amor ergo ſuperne ab intelligibilibus uſq; ad mundana, deſcendit ad diuinam pulchritudinem omnia conuocans. Procedit et per omnia ueritas, illuſtrans cognitionibus omnia procedit fides per uniuerſum in bono ſingulatim omnia ſiſtens. Hinc diuina eloquia, omnia tradunt tribus his gubernari, in eisq; conſiſtere. Quamobrem dii ſacrificantes iubent deo per trinitatem eiuſmodi ſe cōiungere. Ipſa quidem intelligibilia propter inæſtimabilem unitatem medio non indigent amatorio. Vbi uero & unitas entium eſt, atq; diſcretorum diſcretio ibi extat & amor. colligator enim eſt, & cōciliator eorum, quæ ſunt poſt ipſum, & quę ſuper ipſum. Conuerſor ſequentium in priora imperfectorum reductor, atq; perfector.

¶ Prouidentia percurrit per ſingula uſq; ad minima & interim nullis addicta.

q Vi diligentiores ſunt in rerum rationibus aſſignandis, duo hæc elementa potiſſima diuinæ, dæmonicæ'que prouidentiæ tradunt. Primū per omnia deſuper p uidentiam ad ultimum uſque procedere, ac ne minimum quidem ſui expers alicubi prætermittere. Secundū nihil omnino eam ex gubernātis accipere, nec eorum natura repleri, nec eis alicubi commiſceri. Non enim ex eo, quod omnia ſeruet, atq; diſponat, admiſcetur, propterea gubernatis. Nam diuinum, atque dæmonum natura habet paſſionibus animarum particularium non ſubiectam. Neque tamen, dum ſeparatim ſequentia ſupereminet, propterea ex deterioribus aliquid inordinatū, incultum'que relinquit. Immo uero ob hanc ipſam cauſam omnia decenter exornat, atque a' diſpēſatis abſoluitur. Eſt enim benefica pariter, atque ſyncera, exornatrix omnium, atq; ab excultis interim expedita. Per omnia currens, præſertim quia cohibita nuſquam. Viri quinetiam diuini inferioribus diligentiſſime prouident ſimulatque tranquille. Quid ergo de diis ipſis, bonisque dæmonibus eſt dicendum?

eſt dicendum? Non'ne præſentes omnibus liberi ſunt ab omnibus? Implentes ſeipſis oīa nullis alicubi permiſcentur, diſcurrentes per uniuerſum, nuſquā uitam ꝓpriam addixerunt. Non'ne ꝓfitebimur deos ſuas proles amare? Quēadmodum poetæ fingunt, Iouē amare puellā, ipſam'q; Venerē. Nēpe quoniam amor eiuſmodi prouiſor eſt, & ſeruator, ꝓfector'q;, & ꝓtēptor rerū diuinitus amataꝝ. Interea & beneficus, & ſyncerus, immiſtus'q; habitudine nulla ad res affectꝰ externas. Dic amābo, unde nā diuinis interdum hominum animabus amatorium eiuſmodi prouilegium obtigiſſet, niſi prius diis ipſis ineſſet? Quicqd. n. bonum, & ſalutare cōpetit animabꝰ, cauſam a` diis definitā habet. Quamobrem & uirtutū oīum, corporalium'q; bonorum uelut ſanitatis, roboris, iuſtitiæ, tēperantiæ, exemplaria Plato ꝓbat prēcedere penes deū. Quanto itaq; magis amatorii muneris cām principalē apud deos eē fatebimur. quippe cū amatorius hic affectus (ut Socrates in Phędro ait) diuino quodā munere ſit tributus. Dii igitur deos amant antiquiores qdem minores, ſed ꝓuidentiæ munere, minorē uiſſim maiores diligunt quodā uidelicet cōuerſionis officio. Perficere qdem deteriora, & inferioribus ꝓuidere, animabus quoq; qua ratione ſunt animæ competit, nam & ob hoc ipſum deſcendunt, ꝓp rerum generabiliū ꝓuidentiam, curam'q; mortalium. Ita uero prouidere, ut prouides gubernatis, nec miſceatur, nec uelut addictus afficiatur. Nec inde recipiat quicquā deoꝝ proprium eſt, dæmonum'q; bonorū, & quoties contingit animabus humanis, diuina, uel dęmonica largitate ꝓtingit. Solent ſacerdotes in ſanctiſſimis ſacrificiis, uel per uerba, uel per ea, quæ oculis oſtendūtur, in admirationem, ſtuporem'q; præſentes adducere. Stupor enim deo animā exponere cōſueuit. Socrates nunq; amtoriam uitam uſqueadeo rectam peregiſſet, niſi afflatu quodam dæmonis elegiſſet eam, & tenuiſſet electam.

¶ Amor eſt medius inter amabile, & amātem, eſt magnus dæmon omnia ligans, & quæcūq; appetunt, ipſe medius primo copulat appetibili.

s Acra igitur eloquia hunc amorem domini indicunt omnia colligantem, omnibus inſidentem. hic ſane`, ſi cōnectit omnia, copulat & nos dæmonū præfecturis. Hūc Diotima magnum dæmonem appellauit, quoniam medium implet ubiq; inter illa, quæ appetunt, & quæ appetunt'. Ipſum qdem, quod eſt amandum, gradum ſibi uendicat primum. amans autem gradū tertium ab amato. Amor deniq; uſurpat inter utrūq; mediū congregans, atq; colligans inuicem appetens, atq; appetendū, & implens meliore deterius. Iam uero apud intelligibiles deos, atq; reconditos, primę, ſecretæ'q; pulchritudini, intelligibilē intellectum unit per uitam quandam intelligentia meliorē. Itaq; græcorum ipſe theologos cęcum illum appellat amorē. In illis autē, quę extra intelligibilia ſunt, non dum illuſtrat in diſſolubilem, cunctis ab ipſo perfectis. Vinculum enim unio quædā eſt, ſed una`cum diſcretione permulta. Quapropter eloquia ſacra huius amoris ignē appellare copulatorē ſolent, ab intelligibili nāq; intellectu ꝓcedens ſequentia cuncta inuicem, illi'q; deuincit. Conciliat igitur intelligibili quidem pulchritudini deos omnes, diis uero dęmones, nos aūt dęmonibus, diisq; coniungit. In diis quidem ſubſiſtit primo, in dæmonibus uero ſecundo, in animabus autem particularibus per proceſſum quendam tertium a` principiis exiſtentē. In diis rurſum ſup eſſentiam, omne nāq; deorū genus eſt eiuſmodi. In dęmonibus aūt per eſſentiā. In animabus deniq; per illuſtrationis effectū. Atq; uideꝫ hic trinus ordo, trinæ intellectus potentiæ ſimilis. Et enī intellectus alius qdem imparticipabilis extat ab omnibus particularibus generibus abſolutus. Alius uero participatus. Cuius & deorum animæ tanq̄ melioris participes ſunt. Alius autē ab hoc infunditur animabus, qui ſane` eſt ipſarum perfectio aīarum. Hæc autem tria de intellectu Timæus ipſe ſignificat. Intellectu igitꝫ imparticipabili amorem diis inſitum congruum intelligito. abſolutus nanq; eſt & ille ab oībus, quæ ſuſcipiunt eum, & illuminantur ab ipſo. Intellectui uero participato amorem dæmonicum comparato. Eſſentialis enim eſt & ipſe, ſe'q; ipſo perfectus tanquam præparticipatus intellectus, & proxime inſidens animabus, intellectui denique ſecundum habitum accepto. Tertium amorem illuſtratione animabus infuſum reddere debes. Nec iniuria uniuerſæ intellectuali differentiæ coniugatum conſyderamus amorem. Intellectu enim intelligibili primam habet, occultam'q; ſubſtantiam. Si enim prodiit inde, & ibi per cauſam eſt fundatus, atqui mihi uidetur & Plato hunc deum apud Orpheū inueniſſe, eundem & amorem, & magnum dæmonem illic appellatum, atque ipſe hoc hymno uidetur fuiſſe contentus. Merito igitur Diotima magnum dæmonem appellat amorē. Et Socrates ubi

de amore disputat, disputat etiam de dæmonibus.

¶ Primo de dæmonibus communiter. Secundo de dæmonibus familiaribus, Tertio de dæmone Socratis.

d Icendum est deinceps primo quidem cõmuniter de dæmonibus, deinde de illis, qui nos sortiti gubernãt. tertio de dæmone Socratis. Dæmones igitur a` prima uiuifica dea sortiti substantiam, atq; inde uelut ex fonte fluentes essentiam nacti sunt animalem, & hanc quidem magis intellectualem, illi, qui maiorem habent, perfectiorem q; substantiam, minus uero intellectualem, potius q; rationalem, qui media possident. Tertii uero, & dæmonici ordinis postrema tenentes uariam, magis q; rationalem habent, materialem q; naturam. Eiusmodi igitur substantia constituti ad diuisionem deorum pariter diuiduntur, utpote qui ad deos ministrorum uice funguntur. Aliter enim respondent, seruiunt que diis penitus absolutis, ante mundum cuncta exordientibus, atque ducentibus. Aliter uero mundanis, qui mundi partibus proxime præsunt, qui & secundum duodecim deos super cœlestes distribuuntur. Hi autem secundum oẽs mũdanorum deo⁊ proprietates distributi sunt. omnis enim mundanus deus ordini alicui dæmonum imperat, cui propinquo suam impartit potentiam. Deus nãq; opifex uim largitur opificem. deus inconuertibilis incõtaminabilem exhibet facultatem, perfector autem similiter perfectoriam, atq; circa unũquẽq; deum innumerabilis est dæmonum multitudo, eadem q; cum diis ducibus cognomenta reportat. gratulantur sane` quãdo Apollines, Mercurii, Ioues nominant, quippe cum propriorũ deorum proprietatem in seipsis exprimant. Proinde mortalia per hos dæmones diuinos nanciscũtur influxus, atque ita plantæ, & animalia fabricantur, hæc quidem horum, illa uero illo⁊ deorum imagines præferẽtia. His quidem e' proximo dæmones ducum suo⁊ munera largiuntur, eminentius uero dii de super dæmonibus præsidentes. Quamobrem postrema primis in passione consentiunt. Primo⁊ enim notæ sunt, in postremis, & postremo⁊ in primis causæ cõprehendũtur. Media sane` dæmonum genera implent omnia, simul q; cõnectunt, cõmunionem q; ipsi omnium cõtinent, dum deorum quidem participes sunt, a` caducis autem participati. Si quis itaq; dixerit deũ universi fabrum, contra totius ordinis in dæmonibus firmaui sse, a` ueritate non aberrabit. Quãdo quidem & Diotima hunc eis attribuit ordinem connectẽtem uidelicet diuina simulatq; mortalia, deriuantem liquores superne fluentes, in deos sequentia omnia referẽtem, deniq; uniuersa complentem secundum medietatis ipsius connexionem.

¶ Confutat opiniones duas, dicentem non esse alios dæmonas prẽter animas nostras a` corpe solidiore solutas, secundã Amelii putantis dæmonas esse deos aliquos oberrantes.

n On igitur admittemus eos, qui dæmones aiunt esse nostras animas, hac uita iã functas, in aliam q; translatas. Non enim decet dæmonum per habitudinem quandã consyderatum in idem conferre, atq; ipsum essentia dæmonem, neq; medietatem mundanorum omnium sempiternã ex uita quadam constituere multifariam permutante seipsam. Stat enim semper eodem pacto custodia ipsa dæmonica continuans universa. Anima uero non ita suum retinet ordinem, ut ait Socrates in republica, aliis nanq; tẽporibus uitas alias eligit. Nec illos iterum cõprobabimus, qui deorum aliquos esse dæmonas arbitrantur, ceu erraticos deos, ut putat Amelius. Sed Platonem ipsum sectabimur deos quidem dicentem dominos universi, greges uero diis dæmonum subigentem, & ubiq; rationem Diotimæ comprobabimus, medium dæmonibus ordinem inter deos, mortales q; tribuentem.

¶ De dæmonibus familiaribus. Item numerat quinq; genera dæmonũ, diuersa q; eo⁊ officia.

c Vm igitur dæmones in medio sint, ut diximus, constituti, primi quidem, atq; summi inter eos diuini sunt dæmones, diiq; frequẽter apparent ob excellentẽ ad deos similitudinem. Nempe in unoquoq; ordine primum, superioris ordinis formã prẽfert. Etenim intellectus ex se tanquam deus occurrit, & aĩarum antiqssima intellectualis existit, ideo q; dæmonum quoq; supremũ genus, utpote dii proximũ, uniforme est, atq; diuinum, secundi uero post hos sunt dæmones intellectuali proprietate iam prædi ti, ascensionibus q; &

bus q;, & descensionibus præsidentes, atq; omnino deorum effectionem declarantes omnibus, atq; tradentes. Tertii uero sunt dæmones, qui animarum diuinarum effectiones distribuunt in sequentia, complent q; uinculum susçipientium, inde defluxus ad illas. Quarti uniuersalium naturarum uires efficaces in generabilia transmittunt, particularibus q; naturis inspirant uitam, ordinem q;, & rationes, & uniuersam mortalium effecturam. Quinti corporei quodãmodo sunt, corporum q; extrema deuinciunt. Quo enim pacto corpora sempiterna conuenient cum caducis? quo modo efficientia cum effectibus, nisi eiusmodi medio colligante? Natura enim eiusmodi media bonis corporeis dominatur, omnibus q; copiis naturalibus prouidet. Pleriq; uero ex eorum numero uersantur circa materiam, uires q; a` cœlesti materia desuper in materiam descendentes continet, atq; contexunt, eamq; subinde custodiunt, & uarietatem, picturam q; formarum in hac ipsa conseruant.

¶ Officia dæmonum quinq;, dæmones primi animas diis propriis copulant.

c Vm igit multi, multiformes q; sint, ut ait Diotima, dæmones, summi qdẽ animas procedentes a` patre diis earum ducibus copulant. Nam unusquisq; deº ducit primo quidem dæmones, deinde uero particulares animas. Sicut enim Timæus ait, deus horum opifex, alias quidem animas in Solem, alias autẽ in Lunam, alias in deos alios seminauit. hi utiq; dii sunt dæmones, qui secundum essentiam sortiti sunt animas, propriis q; eas ducibus copulant, atqui unaquæq; anima, etsi circa suum deum se reuoluit, indiget eiusmodi dæmonis beneficio. Secundi uero dæmones ascensus animarum, descensus q; dispensant, atque ab his electiones animis sunt permultis. Nempe perfectissimẽ animarum, quæ sine generabilium commercio in generatione uitam agunt, quemadmodum proprio deo uitã consentaneam elegerunt, sic & secundum dæmonem diuinum uiuunt, qui & manentes quondam apud superos eas deo proprio coaptauerat. Quamobrem Ægyptius ille Plotinum est admiratus tanquam diuino quodam dæmone gubernatum. Itaq; circa animas, quæ ita hic uitam agunt, tanquam mox ad sublimia redituræ, dæmon idem hic est, atq; superne. Circa uero minus perfectas, alius quidem est ipse secundum essentiam dæmon, alius autem, qui uitam nuper edi tam comitatur.

¶ Tribus modis dicitur dæmon, aut essentia, aut comparatione, aut habitudine quadam.

s I hæc recte posita sunt, nemo iam admittet animam nostram rationalem dæmonem esse dicẽtes. dæmon enim aliud est, quàm homo, ut Diotima tradit, dæmonas inter deos, homines q; disponens. Quod & hic Socrates ipse significat, ubi cõtra
» causam humanam causam dæmonicam diuidit, dicens, Nõ humana quidem cau
» sa, sed dæmonicum obstaculum me detinuit. homo autem est anima utens corpore, non igitur
» dæmon idem, atq; anima rationalis est putandus. Iam uero & hoc manifestũ est, ubi Plato in Timæo dæmonem ait, animalis in nobis rationem constitutam esse. Veruntamen hoc usq; ad cõparationem quandam nobis est admittendum. Alius enim est ipsa essentia dæmon, alius comparatione dæmon, alius habitu, uel habitudine dæmon. Vbiq; enim, quod proxime præest in quodam dæmonis ordine ad inferius sese habens appellare dæmonem consueuerunt, quo usu Iupiter apud Orpheum, Saturnum patrem dæmonem appellauit, & ipse Plato in Timæo
» dæmonas nuncupauit deos illos, qui generationem e` propinquo disponũt, ubi ait, De aliis ue
» ro dæmonibus tractare, eorum q; generationem in lucem edere, maius est, quàm ferre humanũ
» possit ingenium, comparatione utiq; dæmon est eiusmodi, qui uidelicet proxime unicuiq; pro
» uidet, ẽt si deus sit, ac etiam si deo sit inferior. Habitudine uero quadam dæmon dicitur animus, qui similitudine quapiam ad genus dæmonicum mirabiliore, quàm secũdum hominem actiones edit, totam q; uitam suam suspendit ex dæmone. Hac arbitror ratione Socratem in republica, dæmonas animos appellasse, qui uitam bene transegerint, & in meliorẽ translati sint sortem, loca q; augustiora iam colant. Ipse denique secũdum essentiam dæmon, neque propter habitudinem ad sequentia, neque ob aliquã ad aliud similitudinẽ appellatus est dæmon, sed hanc per seipsum ꝓprietatem est sortitus, atq; inexistentia quadam, uiribus q; ꝓpriis, modisq; differentibus actionum est distinctus. omnino uero anima quidẽ rõnalis in Timæo dæmon animalis est appellata. Nos autem ipsum hoís dæmonem perscrutamur, nõ dæmonem animalis,

atq; eum, qui rõnalem dirigat animam, non instrumentũ dũtaxat illius. eum rursus, q tandem animali solutos animã ꝓducat ad iudices. Quẽadmodũ Socrates asserit in Phædone, quando animal qdem non est amplius, dæmon aũt unúquéq; ducit ad iudicem, dæmon inquam ipse, q sortitus fuerat & uiuentem. Si enim eũ ipsum uiuentem nactus est dæmon, quem & post obitũ iudicio sistit, nimirum hominẽ uidelicet non animal solum nactus erat. Quin etiã desup exordiens, atq; ꝓperans, cõstitutionem nostrã gubernat totam.

¶ Contra dicentes dæmonem esse uel partem animæ operantem, uel partem ei præpositã.

s Ed neq; etiã probãdi sunt, si qui anima rationali dimissa, dęmonẽ esse dicant ipsum, quod operatur in anima, ceu in uiuentibus quidem secundum rõnem esse dæmonẽ rõnem, sed ira uiuentibus, irascibile. cupiditate, cõcupiscibile. neq; rursum audiendi, si qui dixerint dęmonem esse, quod in ipsa uita nostra ei, quod operatur, proxime præsidet, ceu iracundis rõnem, libidinosis iracundiæ ptãtem. Principio dicere dæmonas esse partes animæ hominum est humanam uitã nimium admirantium, neq; probantiũ Socratem in Rep. post deos, & dæmonas disponentem genus heroicum, & humanum, increpãtem'q; poetas, quod heroas nihilo meliores hominibus introducant, sed passionibus similibus mancipatos. Socrates igitur talia increpans, procul admodum ab hac erit opione, ut dęmonas, qui heroibus præstantiores sunt, inter animæ partes, uires'q; cõstituat. Ex his nãq; sequitur ipsa per essentiam meliora intus accipi ad deteriora complenda. Præterea uitarũ mutationes uarias, dæmonum mutationem adducent. Auarus nanq; in ambitiosam uitam sæpe mutatur. ambitiosus in habitum recta opinione uiuentem. hic in habitum scientia præditum. Dæmon igit' aliâs similiter alius erit. Nam pars ipsa agens in anima aliâs existit alia. Si igit' uel hæc ipsa pars operans, uel pars huic proximo præsidens dæmon fuerit, nimirum unà cum humanæ uitæ mutationibus, dæmones pariter mutabuntur, atq; in eadem uita plures idẽ animus dæmones nanciscetur, q' fieri nullo mõ potest. Nunquam enim anima in eodem uitæ curriculo mutat dęmonis præfecturam, sed idem dæmon est ex ipsa genitura usq; ad iudicis uitæ præsentiã nos gubernans. quemadmodũ Socrates asserit in Phędone.

¶ Dæmon non est particularis intellectus, sed substantia differens ab intellectu, posita ĩ latitudine animarum

p Roĩde q intellectũ particularẽ idẽ eẽ putãt, atq; dęmonẽ nos sortitũ, nõ recte mihi uidẽtur intellectualẽ proprietatẽ cum substãtia dęmõica cõfundere. Oẽs enim dæmones ĩ animarum latitudine cõtinentur, animis'q; diuinis posteriores existũt. Intellectualis autem ordo aliud quiddã ẽ q̃ anima. neq; eandẽ essentiam uel potẽtiã, uel actionem eandem nacta sunt. Præterea intellectu quidẽ animæ perfruuntur, tunc demũ, quando ad ipsum cõuersæ fuerint, lumẽ'q; inde susceperint, suamq; illi coiunxerint actionẽ. dæmõis autẽ præfectura potiuntur ꝓ oẽm uitam, totũ'q; uictum, atq; per oĩa, quæ uel a` fato profiscuntur, uel prouidentia. ipse nãq; dęmõ est, q oẽm uitam nostrã regit, electiones'q; nostras ante generationẽ factas implet, dona'q; fatalia, & munera ducum fati deorũ. Quĩ etiã illustrationes a` prouidentia suggerit, atq; dimetitur. Iã uero nos tanq̃ animæ quædã a` solo intellectu pẽdemus, ut autẽ animæ utẽtes corpore, egemus & dęmõe. Quamobrẽ Plato intellectũ quidẽ gubernatorẽ animę nuncupauit in Phædro, dæmonẽ uero passim hominũ speculatorẽ, atq; curatorem. atqui nemo recte ꝓsyderans, aliam quãdã unam, & nobis proximã prouidentiã inueniet, ad nostra oĩa ptinentẽ præter dæmõicam prouidentiã, atq; curam. Intellectus enim ab anima rationali participatur (ut diximus) a` corpore uero nequaquam, natura participatur a` corpore, ab intelligentia minime. Aĩa rõnalis iracundiæ qdẽ, & cõcupiscentiæ dominatur. ĩ rebus uero fortuitis nõ hẽt ĩperiũ. Dęmõ uero solus oĩa mouet, cũcta gubernat, nostra oĩa excolit, atq; disponit. enĩ uero rõnẽ ꝓficit, ꝓturbationes tẽperat, naturã inspirat, corpus cõtinet, fortuita subministrat, fatalia cõplet, prouidentiæ dona largitur. Vnus'q; hic existit uniuersorum, quæ ĩ nobis, & circa nos sunt, rector totius uitæ gubernacula tenens.

¶ Tria de dæmone Socratis, primum, quod est etiam deus. secundum, quod per uocem apparet. tertium, quod reuocat non prouocat.

De Socratis

E Socratis dæmone consyderanda nobis sunt tria. Primũ, quod appellat' & deus, d ut hic, & in Apologia patet. Secũdum quod per uocẽ dabat Socrati signum, quod in Theage apparet, & Phędro. Tertium, quod reuocabat Socratem, nõ prouocabat, quod testat' Apologia. Principio aĩarum diuinarũ, quæ intellectualẽ uitã elegerunt, dæmones sunt diuini in dæmonũ qdem genere summi. deorum uero participes an te'oẽs, sicut enim in diis est dæmon, sic & in dæmonibus est & deus. sed ibi qdẽ substantia est diuina, ꝓportio uero dęmonica. In dæmonibus aũt ꝓprietas qdem dæmonica, proportio uero diuinam declarat essentiam. Adeo. n. cæteros dæmonas antecellũt, ut dii frequẽter appareãt.

Merito itaq; Socrates dæmonẽ suum appellat, & deũ, tanquã ex dæmonũ ordine summum. Quapropter perfectus Socrates erat, tali uidelicet dæmone gubernatus, & ad eiusmodi sui dæmonis normã sese dirigẽs. ꝓinde quãtum ad illã dæmonis uocẽ spectat, attende. Socrates sane' primo qdem per intelligentiã, scientiã'q; reꝝ separatarũ inspiratiõe dæmonis fruebat' ad diuinũ amorẽ assidue reuocante. Secũdo uero & in uitæ negotiis dirigebat ꝓuidentiam suam ergadeteriores, atq; secundũ ipsam dæmonis actionẽ nõ intelligẽtia, siue cogitatiõe tantũ, neq; solis uiribus opinantibus, lumẽ accepit inde procedẽs, sed ipso quoq; spiritu, dũ per totã eius uitã inspiratio illa dæmonica repente ꝓcederet, ipsum'q; sensum iam moueret. Constat enim eadẽ actione nobis desuper imminente, aliter qdem rõnem, aliter imaginatiõem, aliter uero sensum, dato munere perfrui, & unũquodq; eoꝝ, quę nobis insunt ꝓpria quadã conditione a` dęmone moueri, atq; pati, non extrinsecus igit' passiue uox in Socratẽ incidebat, sed ex intimis inspiratio ꝓ aĩam totam ꝓcedens, & usq; ad sensuum instrumenta ꝓgrediens, postremo uox euadebat, in notitiam uidelicet ueniens, non tã sensu quopiam, q̃ consensu. Tales enim a` bonis dęmonibus, atq; diis illustrationes contingere solent.

¶ Dæmones alii sub aliis diis ordinati diuersa inter se habẽt officia.

q Vod aũt de Socratis dæmone dictũ est, reuocare uidelicet, nõ ꝓuocare, nõ omnibº dæmonibus nostris est cõmune, beneficũ ergo Socratis ingenium, & charitate erga homines cõmuniter plenum, & ultro ad beneficia promptũ, dæmonica exortatione non indigebat. dehortabatur tamen eum dęmon quoties uel importune, uel ineptos ad disciplinam suã aggrederetur. Freno uidelicet potius q̃ calcaribus indigentẽ. Præterea dæmonum alii purgatoriam, & incontaminabilẽ possident potestatẽ, alii uero genetricẽ, alii perfectoriã, alii opificem, atq; omnino secundum deorum proprietates, uires'q;, sub quibus ordinati sunt, diuiduntur. Iam uero secundum eorum substantiam singuli clientibus suis ad beatam uitam patrocinantur, alii quidem ad deteriorum curam nos mouẽtes, alii uero ab actionibus retrahentes externis. Videtur itaq; Socratis dæmon proprietatem huiusmodi nactus purgatoriam inq̃ & incontaminabilis uitæ causam, at sub hãc Apollinis potentiam ordinatus præsidentem uniuersæ purgationi, uirtute scilicet uniformi. hac ergo uirtute dæmon a` commercio uulgi nimio segregat, colligit'q; ipsum ad animi penetralia, & actionem a` deterioribus segregatam. Nempe sicut apud Orpheum Apollo præest Baccho, reuocans eum a` processu in titanicam multitudinem, sic & Socratem eius dæmon, qui pediſſequus est Apollinis. Intellectus enim noster est numinis Apollinei proles.

¶ Substantias numinum, & animorum cognoscere est intellectus perfecte purgati. cõmuniter uero per actiones eorum cognoscimus potentias, per has auguramur essentias.

i Nter hæc Alcibiadi Socrates pollicetur dæmonis nõ substantiã, sed potentiam notam fore. Ait enim diuinus Iamblichus substantias quidem dęmonum, & communiter omnium nobis superiorum, contemplari nobis difficillimũ esse, nisi intellectum habuerimus perfecte purgatum. quandoquidẽ & animę essentiã non unicuiq; facile. Solus ergo Timæus oẽm eius essentiã declarauit. Qualis enim est omnino, diuina, longa'q; expositione indiget, qua declaretur, ut Socrates ait in Phrædro. Potentias autem numinum facile est explicare, nam ab actionibus, quarum ꝓxime matres sunt ipsę uires, eas ipsas potentias persentimus. Media nanq; inter actionem, & essentiam potentia est, producta quidẽ * ab essentia, actionem uero producens. Præterea ipsa potentia maximam cũ dæmonibus familiaritatem habet. Vbiq; enim potentia dæmonis instar medium obtinet. Et in rebus quidem

intelligibilibus patrem, intellectum'q; coniungit. Potentia enim est simul cum patre, Intellectus autem existit a` patre. In rebus autem intellectualibus cum essentiis copulat actiones, actio nanq; est potentiæ proles. essentia uero potentias ex se parit. Numina igit' inter nos, deosq; media proprie per nomen potentiæ designantur, ubiq; medium possidentis. Vera enim essentia uerum'q; esse penes deos existit. Potētia uero diis rite ministrans in dęmonib⁹ habet locū. Actio deniq;, & effectio per eorum potentiam progressa foras uersatur in nobis.

¶ Cognitio futurorum contingentium, est apud superos certa, atq; necessaria.

d Iuinus Iamblichus, atq; dux ille noster ita quærunt, atq; soluút. Quomodo non est absurdum? ex natura rei cognoscendæ differētias cognitionū determinare, atq; non contra, scilicet cognitionum, siue cognoscentium differentiis cognoscenda diuidere. Ita ut qđ per essentiā æternū est, atq; diuinū, ęterne, atq; diuine cuncta cognoscat. quod humanum est, cognoscat humane. quod sane` indiuiduú est, nimirum & indiuidue, uel quæ diuidua sunt, anticipet. quod æternum, super tempus etiam temporalia. quod rationale, inrationalia quoq; rationaliter. Ex his itaq; patet deos, atq; dæmonas cognoscere indefinita definite, instabilia stabiliter, atq; firmiter. nōne uidem⁹, multa inferioribus nostris incognita nobis interim esse nota? Inrationalia enim uniuersalis ipsius naturam apprehendere nequeunt. Nos autē colligere possumus. Quidnam igitur ulterius admiramur, quæ nos ambigua, & fallaci cognitione coniicimus, hæc superos firmiter comprehendere. Non enim nostra debilitas est illorū potentiæ iudex. quemadmodum neque irrationale nobis inferius, habet rationis nostræ iudicium, quāuis irrationali, quod est in nobis, uel extra nos, nostram intelligentiā moueat. Cur non absurdum sit coniecturalem quidem futuri præsensionem alicubi reperiri, stabilem uero, determinatam'q;, & indubiam, inueniri nusquā. Ipsa nanq; natura rerum non potest ab imperfectis, ab impuris, a` rebus cum contrario mistis exordia ducere. si autem futuri ęiectio est ignorātiæ particeps, neq; ęstat, ubi nā ipsa est p se futuri notitia? Vbi purum ipsum a` quo quidem & quod posterius est, & illius cupidū, substantiā est sortitum, nisi apud superos?

¶ Superi nobis bene consulunt, & si præuideant nos non obtemperaturos eis.

a Pollo Pythius Laio respondit consulens ne filium generaret, alioquin dęmonum uiolentiæ subditum. Præuidebat tamen interea Laium oracul⁹ nō obtemperaturum. sed Phœbus tanq̄ bonus proposuit ei uitæ melioris electionem. Et Laius sane` illi quidem nō errauit, sed propter propriam ignorantiam futuris est periculis circunuentus. Omnes quidem probi uiri actiones ad ipsa sui intima uergunt. Itaq; si bene fice, atque diuine fuerit operatus, finem iam suum habet in actione uidelicet propria constitutum, etiam si extra nihil fuerit inde perfectum similiter, & circa nos sæpe dęmones operantur.

Proinde diuina frequenter inferioribus uidentur occurrere, atq; præcurrere, interim e` suis sedibus non discedentia, sed dum in seipsis permanēt propter aptitudinem suscipientis, uidentē accedere. Nam & in deorum inuocationibus, & occursibus sponte factis accedere ad nos quodammodo uidetur ipsa diuinitas nobis uidelicet profectis ad ipsam. Mos Pythagoreis erat per signa in corpore constituta uenientes ad eos iudicare, utrum ad meliorem uitam apti forēt. nec'ne. Natura enim ipsa, quæ animis cōfingit corpora, instrumenta eis congrua subministrat, imagines'que animarū in corporibus indicat, per quas & animarum ingenia in hac arte periti deprehendere possunt.

¶ Regula dialectica de propositionibus necessariis, atq; contingentibus.

p Eriti in dialecticis dicere solent, etiam siquis decies mille propositionibus necessariis usus fuerit, unicam uero interseruerit contingentem, conclusionē omnino deteriori similem euasuram, similiter si ipsum, quod a` nobis cognoscendum est, habeat penes se aliquid materialis, instabilis'q; naturæ cōmistum, proculdubio efficit, ut nostra de hoc ipso cognitio indefinita sit, & ambigua. Cognitiones enim instabilium rerum non sunt, a` redargutione securæ, sed per assimilationem quandam uix talia comprehēduntur. Talis autem est & naturalis uirtus, quia ubique, quod imperfectum est, tanquam materiæ cognatum,

teriæ cognatum, facillime permutatur. Ipsa per se sufficientia primum est penes deos. boni nanq; sunt dii, atq; super essentiales bonitates quædam, & entium omnium plenitudines, per quos, & cæteris omnibus sufficientia competit intellectibus animis diuinis, dęmonibus nobis, & alia quidem participatione quadam sufficientia sunt. dii autem ipsa substantia. Quamobrē communis, immutabilis'q; sententia beatitudinem designat sufficientia. quibus enim competit habere se bene, eisdem sufficienter habere se conuenit.

Anima rōnalis a` primo opifice mundi, inrationalis a` diis iuuenibus. Ideo illa est hac nobilior.

a Nimam in nobis rationalem, anima inrationali nobiliorem esse dicimus, quoniā illam quidem primus mundi opifex procreauit, hanc autem dii iuuenes produxerunt, huius sane` generositatis, ipsa familiarū nobilitas est imago, quæ tamen ignobilitatem habet admistam, uicissim'q; mutatur, stabilis autem, & sempiterna generositas animarum a` diis ducitur, circa quos olim fatæ dicuntur, atq; a` diuinis potentiis, sub quibus ordinatę fuerunt, nobiliores enim animę sunt, quæ sublimiorum deorum pediſſequę sunt, atq; a` maioribus potentiis dependentes secundum distributionem in uniuerso dispositā. Idē quoq; de ciuitatibus assero. Desup enim secundū sortes differentia ad aīas usq; descendit. Atq; dicimus deos quidem alios esse igneos, alios cœlestes, alios ætherios, alios postremo terrenos. Rursum animarum, alias esse ex sphęra solari, alias mercuriali, alias uero lunari. Atq; est eiusmodi secundum loca distributio animarum talis, ut ea re uera gloriari quis possit. Non autem nobilitas secundum terrenos genitores, & urbes.

¶ Perfectiores animę, sublimioribus diis dęmonibus, quę circa illos accommodatę fuerunt, atq; uicissim.

s Ocrates inter hæc designat differentiam bonorum dęmonum nobis secundum essentiam præsidentium, atq; potentias, quas sortiti sunt in mundo. Item animarū perfectiores quidem potētioribus subiectas esse dæmonibus, ab eisq; seruari, atq;, ut expedit, ubiq; dirigi. imperfectiores autem inferioribus subesse dæmonibus. sicut enim circa deos animę pro dignitate sunt fatæ, sic etiam sub dæmonibus rite sunt ordinatę. Et quemadmodum deos duces, sic & dæmonas curatores pater ille, faber'q; mundi traditur animis prefeciſſe. Quapropter Socrates curatorem sui appellat præfectum sibi dæmonem, atq; deum. Manifeste asserens Alcibiadi hunc duntaxat esse uerum hominis curatorem. Qui sit & beatitudinis author propter eius mirabilem potestatem, quod sane` nullus hominum nobis efficere ualeat.

¶ Ordo rerum exigit, ut post idealem causam sint res semper ideæ participes, stabiles'q; omnino, deinde res ordinatæ, semper'q; mutabiles.

a Mor a` corporea pulchritudine pendens mutabilis est. Quoniam est, & illa mutabilis. Nefas uero est effectus alicubi conditionem supergredi causarum. atq; meliores illis euadere. Nam & ubi causæ sunt ordinatæ, sæpe effectus inordinati nascuntur. ubi stabiles causæ, exitus sæpe mobiles. ubi determinatæ, frequenter indefinitæ contigunt. Igitur multo magis ex causis statu, ordine'q; carentibus effectus ordinis, status'q; expertes eueniunt. Series uniuersi desuper p eiusmodi gradus deuenit ad extrema, quę tādem talia sunt, quę permutari possint, sibiq; ipsis naturalem uendicare mutationem, quemadmodum circa iustum, aliud quidem est primo iustum, ipsum'q; iustum neq; participatione tale, aliud autem illius primo particeps, quod & semper est particeps. Aliud deniq; aliquando quidem particeps, aliquando uero a` participatione cadens. Neque enim fas erat ipsum iustum sterile permanere, nulli prorsus quicquam suę proprietatis impartiens, nullum sane` primorum est eiusmodi, sed sterilitas ipsa soli materiæ tanquam rerum infimæ competit. Neq; rursum fas erat, quod primum aliis participandum fuit, participari primo ab eis, quæ solum quandoq; participant. Nam ab ipso, quod simplex penitus, immutabile'q; cōsistit, hoc certe, quod compositū est, atq; mutabile, nimis est alienum. Ideó'q; medio quodam uinculo indiget ad illius contactū. Nec iterum quod participatum est ab eis, quę inde semper illustrari possunt, oportuit usq; ad hæc ipsa duntaxat suum sistere munus, ne in uniuerso sit extremum hoc ipsum, quod princi-

piis semp est suspensum. Oportet igitur triplicem, sicut diximus, ordinem constituere, non so
lum circa iustum, sed circa pulchrum, æquale, simile, & species deniq; rerum omnes.

q Vemadmodum dii curationes morborum, ideſt peccatorum animis, & fruges op portunis temporibus adhibentes, beneficio eas afficiunt, sic & uiri diuini opportu nitatem quærunt ad disciplinam, sed dii quidem intellectuali, diuina'q; forma op portunitatum mensuras ipsi determinant. homines autem eas scientia prosequun tur. Sunt & qui inter homines ex inspiratione dæmonica eas aucupantur. Bonorum nanq; dæ monum præsentia, familiaritas'q; præcipuã uim habet in nobis ad opportunitatẽ infallibiliter ubique captandam, quod & Socrati contingebat. Iam uero quemadmodum locus unicuiq; corpori ab ipsa natura proprie destinatus est, sic & temporis partes aliæ aliis conueniunt actio nibus. & quemadmodum totius mundi quidam circuitus sunt fœcunditatis, sterilitatis'ue cau sæ, animalium, atque plantarum, ita singulis actionibus aliud conuenit, aliud'q; tẽpus ad actio nem hanc, aut illam perficiendam. eiusmodi uero tempus est, actionis cuiuslibet opportunitas, tanquam bonum, atque finem agentibus afferens, & effectis. Quapropter Pythagorici primã quoque causam, a` qua omnibus bonum adest, opportunitatem ipsam nominauerunt. Quippe cum omnibus, ut perfecta sint, largiatur. Tali quadam occasione Socrates per dęmonem ad Al cibiadem fretus est, accedens ad eum nõnulla dicturus, quando & Alcibiades cogitabat ad eũ proficisci eadem rogaturus. Vniuersa enim hunc in modum inuicem coaptant', omnibus'q; ita communio bonorum ubique perficitur, dum uidelicet causæ quidem perfectoriæ ad traden dum promptissimæ sunt. Susceptura uero ad participationem expergiscunt', & illæ rursum po tentiam porrigunt perfectoriam. hæ autem potentiam aptitudinis a' natura susceperũt. Duplex enim potentia est, altera quidẽ agentis, altera patientis, & illa mater est actionis, hæc uero per fectionis est susceptaculum. atqui oportet tum quod effecturum est, exuberans in se esse, atque ad agendum ita promptum, ut etiam si suscepturum subsit nullum, ipsum tamen, per se sit per fectum, atque ultro motum sit ad dandum, tum etiam quod passurum est, ad participationem gliscat, se'q; ipsum perfectoriæ admoueat potestati, atque etiamsi illa non adsit, tamen per apti tudinem summam ad participationem fuerit experrectum. Cum enim duæ sint causæ, aliæ quidem immobiles, & omnibus ubiq; prẽsentes, aliæ uero mobiles, & aliquãdo præsentes per ficiendis, aliquando uero distantes, & intelligibilia certe similiter ubique adsint, omnibus'que semper eodem modo sua munera largiantur, sensibilia uero adesse participantibus, uicissim'q; abesse possint, quemadmodum sol nunc adest, implet'q; lumine, deinde discedit, cum inquam ita se res habeant, quando aptitudo quidem inest participaturo ad aliquam immobilium causa rum, tunc & hæc adest simul, & efficientis causę munus absoluitur. In talibus enim sola subie ctorum ineptitudo solet munera prohibere. Quoniam quę traditura sunt, & semper tradunt, et sunt semper ubique similiter. Quod igitur euasit, aptum fit, & causæ subito particeps. at quan do ad aliquam mobilium causarum aliquid fit paratum, sæpe, etsi hoc expositum est, quod ta men traditurum fuerat, abest. Oportet enim hoc & nuper adesse, quandoquidem locum requi rit ad dandum. Omnino uero, quemadmodum diximus, necesse est, per omnes bonorum cõ muniones hæc duo præcedere, tum datoris perfectoriam potestatem, tum consumatam aptitu dinem suscepturi, atq; largitoris perfectionem, cum susciptentis prẽparatione ꝯcurrere, & una` cum eiusmodi concursu ipsam efficientem causam patienti secũdum essentiam superferri. Cõ cursum quin etiam eiusmodi non esse fortuitum, neq; ab inordinatis, & rebus non coordinatis obtingere solet aliquid ordinatum, quemadmodum, quæ casu in uicẽ confluunt. sed necessum est conspirationem talem alicubi quidem per naturam fieri, alicubi uero per intellectum. Item alibi a` causa quadam dęmonica, & alibi potius a` diuina. hac sane` conditione Socrates cum Alcibiade opportune concurrit ad idem. huius autem opportuni congressus bonus dęmon cau sa extitit opportunitatem Socrati conueniendi determinans. ipsa nanq; opportunitas desuper a` diuinis exordiens usque ad extrema progredit', & alia quidem opportunitas est a` diis deter minata. Alia uero dæmonica, fatalis alia, alia uero fortuita. Fortuna enim, ut inquit, opportu nitas'q; omnia humana gubernant.

¶ Quæ attentius in patria uideras eorum imagines hic ante alia sequeris.

a Nimæ nostræ hic peruagantur circa imagines eorum, quæ in prima uiderant, & ad eas imagines magis afficiuntur, quorum exemplaria illic attentius contempla tæ fuerant.

tæ fuerant. Aliæ nanque animæ aliis sunt accommodatæ spectaculis. Ideo aliæ aliis imagini bus incumbunt. Eorum enim, quæ illic inspexerant, similitudines amant. Quæcunque ue ro magni Iouis insuper pedissequæ fuerunt, una'q; cum illo circũuiuere, ordinem habente du calem inter duodecim principes uniuersi, hæ profecto secundum speciem sui dei etiam huc p fectæ imperiosam uitæ speciem appetunt, & quod re uera imperiale est, ignorant, apparentem uero principatum inter imagines prosequuntur. atque, si sapientes nactæ sint præceptores, affe ctus eiusmodi eis peruenit ad salutem per quendam ad cœlestia reditum. Sin autem inter ima gines moras traxerint, desinunt in tyrannidem. Hinc ait in Rep. Socrates, animas nuper profectas e` cœlis imperiosas potissimum eligere uitas. Cum enim pauloante una` cum diis cœ lestibus circũuenerint, inspexerint'que uires eorum omnibus dominantes, affectant ipsę quoq; uitã eorum similem cæteris imperantem. Et plurimæ quidem affectu eiusmodi abutuntur, re ctæ uero utuntur admodum paucæ. Præstantissimam quidem uitam Plato ponit Con templatiuam. Secundam, ambitiosam. Tertiam, uoluptuosam uel auaram. Contemplatiuam quidem eligunt animæ uenientes cœlitus, educatæ'que rectissime. Ambitiosam quoque ueni entes e` cœlo, sed educatæ deterius, reliquas uenientes e` terris.

¶ Naturalis in cunctis sententia est, deos animarum occulta cognoscere.

o Mnes homines naturaliter intimas cogitationes suas, & passiones, & appetitus ad deos loquuntur, persuasi uidelicet per immutabiles anticipationes, ipsam di uinitatem omnia nosse ipsa etiam animarum occulta momenta. Omnis cer te copula, cõmunio'q; ratione confecta, indiget præsentia dei. Quid enim aliud & multa unit, & congregat segregata, nisi diuinitas?

¶ Deus prouidentia sua nostrum confirmat arbitrium

d Ii animabus uitas proponunt, & eisdem, postquam elegerint quæcunque electæ uitę conueniunt, certa sorte determinant. atq; ita libertas arbitrii in media prouidẽ tia continetur, mouetur'q;, & determinatur inde, & in medio uertit'. hæc manife ste in Rep. describuntur, ubi propheta uitas proponit animis ex genibus. Lachesis sortes accipiens, atq; clamans inter animas, o' animæ diurnæ, & cætera. & propositio quidem p medium prophetam fit a` Lachesi. Electio uero circa uitas ibi propositas, ipsarum iam est ani marum. Iam uero propheta illic animarum electiones in se ipso cunctas anticipans, ita demum sortes proicit. profecto res ipsa, quę instabilis & indefinita uidetur, semper in superioribus, pefe ctioribus'q; secundum unũ terminum & stabiliter, & ordinate ante comprehenditur.

¶ Tres Platonis sententię.

e X Platonis uerbis hic tria colligimus, primum, ipsum male esse omnino deterius iu dicandum quam non esse. secundum, separationem animę a` corpore liberare nos a` malis, quæ uersantur in regione caduca, & ab impedimentis, quæ hic consecu tionem conuenientis finis impediunt. tertium, ipsos animarum appetitus ad uitæ formas ualere quamplurimum, neq; nos esse tales, ut ab externis duntaxat formemur, atq; mo ueamur. Ex nobis enim ipsis electiones promimus, per quas uitam agimus.

¶ Superi sententia certa tenent, quæ in rebus sunt incerta.

a Ccipies hinc sententiam admirandam, quæ uedelicet præstantiora sunt unifor miter, ubiq; anticipare deteriora. at uero deteriora potentiæ superiorum non æq ri. Item cognitiones superiorum in seipsis deteriorum actiones firmiter comprehẽ dere. Cognitiones autem inferiorum totam superiorum actionem comprehen dere nunquam posse Quod superius est, nihil a` deterioribus in se accipit, quemadmodum neq; cœlum ex mutatione accipit aliquam sublimarium passionem. Neque immobilis causa ex motu mundanorum mundanum aliquid intromittit. nec omnino quæ sunt æterna ex rebus agentibus, temporaliter quicquam in seipsis admittunt. Hæc denique quod necessarium est, dum cuncta cognoscit, mutationem sustinent in eo etiam cognoscendo, quod est contingens.

¶ Argumentatio duplex per negationem, & affirmationem, illa resoluit. ista componit, & utraque cum ipsa natura animæ congruit.

s I Alcibiades assignare nequit tempus, in quo putauerit se nescire illa, de qbus nũc consultat, certe nec illa quæsiuit aliquando, nec a` præceptoribus didicit unquã. Quod si neq; quæsiuit, neque accepit ab aliis, profecto nec didicit, nec inuenit, si nec didicit, nec inuenit, merito neque nouit, si non nouit, nõ est bonus iudex, in q bus assignare nequit tempus, quando se nescire putauerit. Vides profecto quemadmodum si hoc pacto disputatio producatur, tum quidem cõpositione, tum uero resolutione ꝓcedim⁹. Affirmatiua quidem compositione, negatiua uero resolutione dicentes. Hæc autem scilicet cõ positio, atq; resolutio prorsus naturæ animæ conuenit, quæ quidem a` perfectioribus ad dete riora per compositionem rationum, & appositionem alienorum quorundam indumentorum labitur, quousq; in densum hoc, solidum'q; uinculum includatur. Vicissim uero ad excelsa resur git, per resolutionem, expulsionem'q; eorum, quę ab ipsa eius natura dissentiunt, donec euadés nuda, ut sacra tradunt eloquia, speciebus omnino separatis a` materia coniũgatur. Quamobrẽ argumentatio per affirmatiua procedens, a` perfectoribus ad imperfectiora descẽdit. Procedẽs uero per negatiua uicissim.

¶ Ipsum bonum quãuis essentiam intellectualem superemineat, solum tamen ad infi mum usque se porrigit.

i Psum bonum tanquam super naturam intellectualem in se consistens, si dictu fas est, usque ad postrema descendit, illustrans omnia, & conseruans, exornans'q;, & interim ad se conuertens. Primo quidem ipsis uere existentibus adest. Secũdo di uinis animis. Tertio numinibus humano generi præsidẽtibus. Quarto nostris ani mis, atq; deinceps animalibus, & plantis, omnibus'q; corpibus. Ipsi deniq; informi materiæ in fimæ rerum feci, ipsum profecto bonũ clam, ineffabiliter'q; ante omnem ordinem, proprium munus exhibet omnibus. hæc autem illud ubique participant, aliter, atq; aliter suo quælibet or dine. & quatenus unaquæq; naturaliter apta sunt, bonum inde reportant. hæc qdem debilius efficacius illa, hæc uniformius. Illa magis conditione partibili. hæc insuper sempiterne, mutabi liter illa. res nanq; diuiniores quemadmodum indiuiduam habent essentiam, sic & bonum in diuisum possident, & unitum. Quæ uero a` principiis longius discesserunt, in distantia quadã, & diuisione iam posita bonum proprium comparant. Quapropter talia cœtu quodam ad idẽ contendente, mutua'q; conspiratione penitus indigent. Vt quandoquidem ununquodq; non habet sufficientiam, quod est elementum boni, saltem per communionem mutuam suppleat naturæ defectum. Atq; ita debilitatem suam diuisione factam, conspiratione corroboret. Hac utiq; ratione homines singuli seorsum debiles in commune ad consiliũ congregantur, diuisam ita mentem inuicem copulantes, & quasi e` scintillis multis lumen unum accendere contenden tes. Ipsa quidem multitudo nunquam per seipsum sibi communiter conferens compararet. Nisi circa unum aliquid, in ea prævalens simul ordinaretur. hoc enim circa omnem rerum or dinem contemplari licet. Multitudinem scilicet ubiq; uni cõgenitam esse, atque per cognatum unum reuocandam ad unitatem ipsam penitus absolutam. Ipsum diuinum bonũ, ideo cun ctis sui inseruit appetitum, ut per hunc bona nobis impertire ualeret.

¶ Mercurius est author nobis inuentionis, & disciplinæ.

Ercurius, ut Iouis nuntius paternam animis explicat uoluntatem, atq; ita nobis exhibet disciplinam, atque iterum, ut inquisitionis est author, inuentionem suis m præstat alumnis. Iam uero quando disciplina a` superis uenit in animas, est inuentione præstantior. Quando uero ab æqualibus ceu hominibus cognitricẽ in nobis potentiam suscitantibus, est inuentione deterior. Inuentio igitur media est, naturæ animæ conueniens per se mobili. Per hanc enim uis ipsa in nobis per se uiuens, & per se operans potissimum declaratur. Disciplina uero utrinq; se habet, atque secundum me lius implet animam a` causis eius superioribus, secundum uero deterius ab eis, quæ sunt extra nos, uitalem in nobis uim suscitat cõditione quadam aliunde mobili. Quod autem etiam a` superis

superis cognitio quędam reꝝ nascat in nobis, ipsi dii manifesta sui præsentia, expositionibus'q; satis sæpe declarant, ostendentes animis ordinẽ uniuersi, atq; præcurrentes uelut duces in ipso itinere ad diuinum, atq; faces quasi phanales in signum itineris suspendentes.

¶ Propter notiones rerum nobis innatas, putamus nos omnia nosse.

Nimæ nostræ premuntur ignorantia duplici, putantes quidẽ se plurima nosse ob a ingenitas sibi rerum ab initio notiones, ignorantes aũt propter obliuionẽ. Qui igĩ tur hac duplici premit' ignorantia, nihil ultra pquirit, sicut neq; sapiẽs ipse quærit. Atq; in hoc ipso est quodãmodo similis sapienti. Quẽadmodũ et materia deo per dissimilem quandã similitudinẽ. ut recte qdam tradit. Sicut enim materia est in formis, sic & deus, & utrũq; infinitum est penitus, & ignotum. Tametsi hæc oĩa deo qdem secundũ melius, conueniunt, secundum uero deterius, materiæ competunt.

¶ Anima per acqsitam scientiã fit menti similis, per duplicẽ ignorantiam, similis fit materiæ.

Nima per ipsam qdem scientiam euadit intellectui similis secũdum actum ipsum a cognobile comprehendẽs, quẽadmodũ intellectus intelligibile. Secundũ uero du plicẽ ignorantiam fit materię similis, sicut enim materia oĩa uidetur habere, cum nihil re uera possideat, sic & duplici ignoratione laborans, uidet' sibi, quæ nõ ha bet, habere. Proinde duplex aĩarum cognitio est. Vna qdem indistincta, per'que intelligẽtiã simplicem, atq; nudã. Altera uero dearticulata, & scientiæ compos, & ambiguitatis expers. Vi demur enim, ut ipse ait, quasi per somnium omnia nosse, eadem'q; per uigiliam ignorare, utpo te, qui per essentiam quidem rõnes habemus, & quasi cognitiones earũ hinc expiramus, secun dum uero actũ, productionem'q; nõ satis habemus. Notionẽ igitur speciꝝ per essentiam nobis insitam, atq; constantẽ tempus nõ antecedit. ab æuo enim hanc habuimus. Sed notitiã secũdũ ꝓductionem, distinctionem'q; rõnum effectam præcedit tẽpus. Itaq; quo tempore primũ hanc acceperimus, assignare ualemus. noui enim, quod quid ipse sit circulus, in hoc tpe didici, qd'ue iustitiæ species sit in alio, similiter'q; de aliis, quoꝝ sciẽtias, etiã secundũ actum habemus. Itaq; de qua quidem re siue rei, de qua reminiscamur, tempus non satis recolimus. Reminiscẽtiæ ue ro ipsius, est tempus aliquod certe determinatum.

¶ Ætates septem, planetis septem congruæ.

Etatum ordo sequitur ordinẽ uniuersi. Prima quidẽ ætas lunarem seqtur potesta a tem. Tunc enim secundũ nutritiuam, uegetalem'q; uiuimus facultatem. Secunda Mercurialem, quando literarum, citharæ'q; & luctæ, similium'q; ludoꝝ, studium exercemus. Tertia uenereã, qñ turgent membra seminibus, & ad genituram proti nus incitamur. Quarta solarẽ, tunc enim regnat uigor, ætatis'q; perfectio, ꝓperat, etas'q; media. Quinta Martiam, in qua potentias, & uictorias affectamus. Sexta Iouiã, quæ prudẽtiam & ui tam actiuam, ciuilem'q; desyderat. Septima Saturniam, in qua naturæ cõsentaneum est a`gene ratione desistere, se'q; a` corporeis segregare, & ad alteram, incorpoream'q; uitam se trãsferre. Superiora ubiq; inferioꝝ cognitiones unice complectuntur, atq; præstantius. Quæcunq; enim sensus materiali conditione cognoscit, eadem immaterialius imaginatio percipit, quæ opinio sine causa reputat, eadem per causam scientia cõprehendit, atq; ita deinceps præstantiora sem per per eminentiam absolutam uniuersam cognitionem in se continẽt inferioribus competen tem, itaq; & dæmonem præfectum nobis nihil nostrorum latet, non motus animi, non potẽtia naturalis, nõ fortuita permutatio. Sed ille cuncta unice circúspicit, atq; gubernat. In hoc uniuer so fines omnes omnium in eo dispositorum ad ipsum finem mundi conducunt. Vt enim mun dus perfectus foret, sicut Timæus ait, animalia cuncta, tam diuina quam caduca sunt genita. Sĩ militer in ciuitate recte disposita partiũ omniũ fines, fini ciuilis peritiæ seruiunt. Item sicut unũ quodq; eoꝝ, quæ in generatione uersant' secundum speciem unicam habet esse, ideo'q; non est infinita. Ipsum uero intelligibile est omnia, quãdoqdem sensibilium habet causas, sic & quili bet priuatus artifex plurimũ est ignorans, semel uero peritus, ipse uero ciuilis est absolute pru dens. Nouit enim & finẽ propriũ, & alioꝝ fines, atq; cæteras artes ad unã dirigit ciuitatis uitã.

¶ Per harmoniam in cœlo regnantem ſuperi reliqua harmonice cuncta contemperant.

c Oelum concentu, motionum' concinnitate plenũ eſt. Deinde numina nobis ſuperiora harmoniæ cœlitus præcedentis participia ſunt. Poſt hęc hominum uita recte diſpoſita ꝓſonãtiam morum, & actionum ꝓcinnitatem ſuſcipit inde, eorũdem quoq; ſuperorum munus uſq; ad bruta, plantas'q; deſcendit. Nam hæc quoq; harmoniæ naturaliter participia ſunt. Superi nanq; harmonica rõne mũdana omnia ꝓtinent, atq; perficiunt, & inuicem accõmodant, & ad mundũ. Intellectui qdem corpus per mediam aĩam harmonica ratione concinnant. Circuitui uero idẽtitatis rõne conſtanti, generationẽ per medium circuitum alteritati (ut ita dixerim) deputatum. Igni deniq; terram per uincula media. Prę terea quãlibet aĩam harmonicis rationibus excolunt. Et unũquodq; corpus ſimilibus copulant ubiq; menſuris. atq; motũ quẽlibet muſicis peragunt ubiq; menſuris. Habitus igit' in nobis muſicus, munus qdem eſt muſarum, quãuis earum imago poſtrema. Habitus enim in nobis artificioſi, atq; contemplatiui, deos præſides habent, originem'q; inde deducunt.

¶ Qui ignorat finalem cauſam, ignorat omnem cauſam.

i Gnorantia finalis cauſæ circa rem quãlibet efficit, ut & cæterę cauſæ ad eandẽ pertinentes ſimiliter ignorent'. Quoniã finis eſt cauſarũ prima, præcipua'q;, atq; potẽtiſſima, huius enim gratia, & efficientes cauſæ faciunt, & quę fiunt efficiunt'. Qua propter Timæus eiuſmodi cauſam apud ſapientes optimam arbitrat' habendam, duplicem in ſophiſta Plato tradit animæ prauitatem. Quarũ una quidem ignorantia eſt in rationem cadẽs, altera uero diſcordia inrõnalis partis ad rõnalem. Eiuſmodi qdem diſcordia eſt animæ morbus. Ignorãtia uero deformitas. Cũ enĩ ratio in uniuerſa anima ordinẽ habeat ſpeciei, merito prauitas rationis eſt animæ turpitudo, ſicut rationis uirtus eſt aĩæ pulchritudo. Fit enim ignorantia qdem ꝓpter irrõnalis potentiæ dominatum. Cognitio uero ꝓpter rõnalis imperium. Deformitas aũt animæ ſuperata rõne contingit, qñ uidelicet ꝓprias actiones in cõcinnas, & incõgruas edit inefficaces, & ineptas ad finẽ. Oportet in aĩa excolẽda, ſublatis impedimentis, aĩam reꝝ contẽplationi penitus admouere. Ineſt nanq; nobis cognitio ueritatis, ꝓhibemur aũt, quo minus aĩaduertamus eã ꝓp paſſiones ex generatiõe nobis obſtantes. paſſiones inquam obliuionẽ opĩonem unã imaginationes falſas, appetitus immoderatos, qbus expulſis, in ſeipſum eſt animus conuertendus, ita ueritate ſubito fruitur.

¶ Finis belli iuſtitia. Finis pacis amicitia, quæ eſt optabilior q̃ iuſtitia.

Elli quidem finis eſt iuſtitia. Pacis autem aliud quiddam excellentius bonum, amicitia ſcilicet, atq; unio. Finis enim uniuerſæ uirtutis eſt, ut Pythagorici tradũt, Ariſtoteles'q; cõfirmat, ut omnibus iam factis amicis, iuſtitia nõ ulterius egeamus, qñ uidelicet ſublatum fuerit meum & non meum. Atqui iuſti ſint oẽs. adhuc tñ opus amicitia homines congregante. Eſſe uero bellorũ principium iniuſtitiam declarat ipſum bellum, quod materiales formæ inter ſe committunt. Pugnat enim calidum cõtra frigidum. Non quando loco diſiuncta ſunt, ſed quando alterum alterius ſedẽ occupare cõtendit. Cũ enim ſede illud indigeat merito repugnat extrinſecus uenienti, conanti'q; ipſum e` ſua ſede detrudere, quo circa rationes inſitæ in natura inuicem abſq; ſeditione concurrunt. Nã unaquæq; in ſeipſa conſiſtit. Formæ uero materiales, cum nequeant ſeorſum a` materia ꝓmanere, merito de cõmuni hoſpitio inter ſe decertant. Quippe cum hoc utraſq; formas inter ſe contrarias in ſe abſq; cõfuſione ſuſcipere nequeat.

b

Quomodo anima deſcẽdendo uarie ueſtiat', & rurſum purgetur, redeat'q; uiciſſim.

d Eſcenſus aĩæ in corpus ſeiunxit qdem illã a` diuinis animis, a` qb⁹ intelligentia, & poteſtate, puritate'q; implebatur. Cõiunxit uero generationi, & naturæ, materialibus'q; rebus, a` qbus obliuione, & errore, & ignorãtia eſt imbuta. Nã animæ deſcẽdenti adnatæ ſunt ex mundo multiformes uitæ, ueſtes'q; uariæ trahentes qdem ipſam in cõpoſitionem caducam. obſtantes autẽ contemplationi ſeparatoꝝ. Oportet igit' aĩam hinc ad naturã illã peruigilẽ rectã ducendã, amputare ſecundas, tertias'q; uires deſcendẽti ſubortas, ſicut marino glauco, herbæ, petræ, ꝓchæ. Cohibere uero impetus extra ferentes. Reminiſci rurſum reꝝ ſeparatarũ, eſſentiæ'q; diuinæ, unde eſt facta deſcenſio, & ad quã oẽm uitam contendere decet.

Anima per

¶ Anima per ſe mobilis eſt, corpus aliunde mobile, ſed propter mutuum cõmercium alter alterius conditionem ſubit.

a Nima per eſſentiam eſt mobilis ex ſeipſa, ſed ꝓiuncta corpori quodã modo euaſit etiã mobilis aliunde, ſicut enim ipſa ſua ꝓſentia dedit corpori ultimũ ex ſe mouẽdi ueſtigiũ, ſic & ipſa ꝓpter corporeũ contubernium ꝓditionis notã ſubiit mobilis aliunde. Igitur ob potentiã ſe mouentẽ anima fœcunda eſt, & inuẽtioni ꝓpenſior, rõnes'que parit, atq; ſcientias. Sed ꝓpter conditionẽ mobilẽ aliunde, indiget frequẽter ab aliis excitari. Iam uero ꝓfectiores animæ ad inuentionẽ ſunt promptiores, imperfectiores uero magis externis indigent adminiculis. Illæ enĩ magis ex ſe mobiles ſunt, minusq; deterioris naturę participes. Hę uero minus ipſæ ſe mouẽt, magis ſortẽ corporeã patientes. Verũtamen hę quoq; quando ꝓficiunt, a` corpore uidelicet reſurgentes, ſe'q; ipſas ex materia colligẽtes, fœcũdiores, inuentrices'q; euadunt protinus circa illa, in qbus antea erant ſteriles, & ambiguæ ꝓp ignauiã ineptam uitæ a` materia contingentem, ſordidum'q; torporem ex generatione ꝓtractũ. Nos igĩtur ita mediocritatẽ ſeruantes rõnalis naturæ, cõditionis'q; cauſas aſſignamus ꝓtinentes præcipue ad habitus eius imꝓfectiores, atq; perfectiores. Viasq; eiuſmodi arbitramur ad perfectiões eorum. Quicunq; uero rõnes de his aſſignantes mediocritatem minime ſeruant, ſed uel ad melius ſurgunt, uel ad deterius deflectuntur, hi a` ueritate animæ procul aberrant. Neq; enim probamus eos, qui tradunt aĩam lapſam in corpus humidũ, eius'q; obſtaculo impeditã, ab initio eẽ dementẽ, humore uero paulatim ꝓpter innatũ calorem exhalante, magisq; tẽperato, prudentẽ animi potentiã ꝓualeſcere. Hic enim ꝓfectionis modus corporeus, et materialis eſt iudicandus, ſupponit'q; perfectionẽ animæ ex contẽperatione corporis ꝓficiſci. Anima uero ante eleméta, generationem'q; totam, ſuã habet ſubſtãtiam, eſt'q; uita quædã, neq; corpori, neq; naturæ ꝓmiſta. neq; rurſum admittimus eos, q animã putant eſſe quãdam diuinę eſſentiæ partẽ, partẽ uero hanc eſſe toti perſimilẽ, ſemp'q; ꝓfectã. Tumultũ uero, perturbationes'q; circa illud uerſari, qđ in nobis eſt animal. Qui enim hæc aiunt, aĩam ſemp perfectam fingunt, ſemp'q; ſcientem, nec unquã reminiſcẽtia indigentẽ, ſemp'q; paſſionis expertem, nec aliqñ deprauatã, tametſi Timæus eſſentiã animæ noſtrę nõ ex primis ait oĩno generibus cõſtitutam, quemadmodũ ſuperiores animas, ſed ex ſecũdis, tertiis'ue cõpoſitã. Et Socrates in Phædro inquit, uires noſtras eſſe boni ꝓtrario miſtas, diſſenſionis'q; mutuæ plenas. Atq; hanc ob cãm aliquando meliores, aliquãdo deteriores ſuperare ſolere. Quid plura? non ne ipſe inquit, aurigã quoq; noſtrum aliquando deprauari, ſcribens uidelicet prauitate ipſius aurigæ multas animas claudicare? Multas itẽ plures perdere pennas? Sed qdem aurigaria poteſtate in nobis eſt antiquius. Hęc utiq; eſt, quæ reminiſcitur diuinorum, utitur'q; ſecũdis, tertiis'q; uiribus, ut miniſtris. Quod plane` docemur in Phędro. Profecto`, ſicut diximus, menſuras animæ cõſeruare debemus, rõnes'q; perfectionẽ, & profectum animæ aſſignantes, neq; ex corporeis, neque ex diuinis traducere, ut ita Platonis ſimus interpretes. neq; ad opinionẽ propriã philoſophi uerba detorqueamus. Poſtquã igit' aĩa aliqñ imperfecta eſt, rurſum'q; perficitur, & obliuionẽ patitur diuinoꝝ, & iterum recordatur, conſtat & tempus ad perfectionẽ eius conducere. Quo enim pacto ex imprudentia ad prudentiã tranſfertur, & in uirtutẽ a` prauitate, niſi per tempus mutationes efficeret? Omnis enim mutatio ſpatio temporis agitur. Hæc utiq; dicta ſint de perfectione cõmuniter aĩarum. ex his autẽ accipiamus, oportere eum, qui iuſtum norit, ex ignorantia in cognitionem eius aliquãdo pertranſiſſe, neq; ſemp ipſam iuſti rõnem in prõptu ꝓſus habere. Quẽadmodũ illi nobis ſupiores, imꝓfecti nanq; ab initio naſcimur. Neq; rurſum ꝓpter ipſam mutationem corpis, cognitionem quoq; iuſti nobis obtingere. Nõ eſt enĩ eſſentia noſtra corporea, nec materialibus cõſtituta. Neceſſe eſt omnes animæ mutationes tpe menſurari. Vnde & Ariſtoteles in anima mutationẽ ſecundũ actus, & habitus, eorum'q; oppoſita, collocat temporalem. Quod igit' aĩa cõiuncta corpori, & a` prauitate, ignorantia'q; tranſiens in oppoſita, interuallo temporis indiget, nemini dubium. Quidã uero animã ipſam ſeorſum in ſe manentẽ arbitrant' ad agendum tempore nõ egere, ſed contra tempus ex ipſa creari. hoc autem arbitror aliquam rationem deſyderare. Duplex enim tempus eſt, unum quidem una` cum naturali uita, corporeo'q; uniuerſi motu natũ. alterum uero per incorporeã uitã procedens. Hoc igit' animarum quoque diuinarum circuitus dimetitur. Rurſum'q; animarum noſtrarum actiones perficit etiã ſeparatas, ſecundũ uero tempus una` cũ naturali uita porrectum uitam quidem noſtram una` cum corpore actam metitur. Vitam autẽ ipſam animæ ſecum ipſa uiuentis nullo modo. Eſt tamen aliqua in nobis ſciẽtia ante omne

tempus. Fit & aliqua tempore. Socrates igitur ſcientiam ſecundum actum expreſſam ſpectans inquirit, quod nam ante hanc tempus extiterit. Alcibiades autem ſcientiam ſaltem poſſidens in eſſentia poſitam, ꝓpter quam putat etiam ſcire, quæ neſcit, neqt aſſignare tempus, quo primum acceperit eam, ab æuo enim hanc habemus. Quapropter ſi alter quidē de alia ſcientia loquitur, alter uero de alia, uera ſunt utraq; ſcilicet & tempus ſcientiam præceſſiſſe, & non habere in promptu tempus, quod affirmes ſcientiam pręceſſiſſe, ante enim ſcientiam nō dum conſummatam tempus eſt nullum, ante uero ſcientiā actu perfectam tempus extitit.

¶ Multi gradus per quos a` multitudine ad unum adſcendimus contemplando.

P Lato, & Pythagoras iubent fugere multitudinem, ut ueritatem ſimpliciſſimā ꝓſequamur. Multitudinem qdem exterioris populi, nos multifariam diſtrahentis, atq; fallētis. Interioris quoq; populi multitudinē multo magis. hæc enim magis diſtrahit, atque fallit. Primam ergo fugito uariam affectuū multitudinem. Secundo ſenſuum. Tertio imaginationum. Quarto opinionum inde pendētium. omnis enim multitudo iā dicta tam in ſe diuerſa eſt, ut alia aliis in qualibet contraria ſint. Vnde præſtat ad ſcientias ſe cōferre, in quibus multitudo iam contrarietatem habet nullam. Nam etſi affectus affectibus contrarii ſint, ſenſus quoq; ſenſibus, imaginationes imaginationibus, opiniones opinionibus nulla tamen ſcientia ſcientiæ contraria reperitur. In hac igitur propoſitionū, notionum'que multitudine congregemus in unum ſcientiarū quoque numerum uno quodā uinculo connectamus. Tanto enim abeſt, quod inuicē contraria ſint, ut etiam notio notioni ſeruiat, ſcientiæ'que inferiores omnes ſuperiori miniſtrent, habeant'que ſua ab illis exordia. Oportet, hic inſuper a` multis ſcientiis, quæ præſupponūt unam, ad ipſam unam ſe conferre, nullā ulterius ſupponentem, atque ad hanc primā omnes rite referre. Poſt uero ſcientiam, eius'q; ſtudium expedit iā deponere cōpoſitiones, & diuiſiōes, multiformes'q; diſcurſus. atq; illinc ad intellectualem uitam, ſimplices'q; intuitus, & perceptiones eius aſcendere. Scientia enim non eſt ſummus cognitionū apex. Sed ſuper eam eſt intellectus, non intellectum inquam duntaxat ab anima ſeparatum. ſed ipſam quoq; illuſtrationem animæ illinc infuſam, de quo & Ariſtoteles ait, intellectum eē, quo terminos cognoſcimus. Atq; Timæus hunc ipſum inquit, in nullo unquā alio prætereq; in anima fieri, ad intellectū igitur hunc aſcendentes una`cum hoc intelligibilem eſſentiā contēplemur. perceptionibus uidelicet indiuiduis, atq; ſimplicibus indiuiſa, ſimplicia'q; entium genera ſpeculantes. At uero poſt uenerabilē intellectū ipſam deniq; ſummā animæ (ut ita dixerim) exiſtentiā per quā unum ſumus, & ſub qua unitur multitudo noſtra ſuſcitare fas eſt. Quēadmodum enim per intellectum noſtrum diuinū tāgimus intellectum. ſic & primū unum, a` quo omnibus ineſt unio per unum, & tanquā eſſentiæ noſtræ florē attingere licet. Per quod ſane` noſtrum unum diuino maxime iungimur. Simili nanq; ſimile ubicunq; cōprehendi poteſt. Scibilia qdem ſcientia, intelligibia intellectu. Vnitiſſimę entium menſuræ animæ unitate. Iam uero hæc unitas, per'q; ipſam actio, eſt actionum noſtrarum ſumma, diuini per hanc efficimur, quādo uidelicet omnem multitudinem fugientes in ipſam unitatem noſtram confugimus, unūq; efficimur, & uniformiter agimus. Hactenus fugiendam multitudinē admonuimus per gradus cognitionū ordine procedentes. Deinceps per gradus cognobilium ad idem cōprobandū ſimiliter procedamus. Senſibilia fuge omnia, congeſta enim ſunt, & diuidua, ac penitus mutabilia. Ideo'q; ſyncera notitia teneri non poſſunt. ab his igitur ad eſſentiam incorpoream te trāſferto. Omne nanq; ſenſibile habet aduentitiam unitatem, per'q; ſeipſum eſt diſperſum, & infinitate plenū, propterea & bonū eius eſt partibile, & aduentitiū, & a` ſemetipſo diſtans, atq; diſſidens, atq; in ſede reſidens aliena. Cum uero aſcenderis illuc, & inter incorporea fueris collocatus, conſpicies animalē illum ordinem ſuper corpora mobilē quidē ex ſeipſo per ſe agentē, in ſe & ex ſe ſuā ſubſtantiam poſſidentem. multiplicatum tamen, anticipantem'q; in ſeipſo apparitionē quandā eſſentiæ, circa corpora diuidendæ. Ibi ſane` uidebis rōnum plurimas habitudines, proportiones'q; uarias, & uincula multa. Item tota quędam, & partes, & circulos aſiales, uarietatem uirium multiformē. Præterea animarum perfectionem non æternā, non ſimul totam penitus conſiſtentem, ſed euolutam tempore, & in diſcurſionibus ſe uerſantem. Talis enī animæ natura eſt. Poſt uero multitudinem animis competentem te confer ad intellectum, & intellectualia regna, ut rerum poſſideas unitatem. Ibi quidem naturæ illius contēplator eſto. Spectato manentē in æuo naturam, uigentem uitā, intelligentiam uigilātem, cui nihil deeſt uitæ,

deeſt uitæ, quæ ad perfectionem ſuam curricula temporis non deſyderat. Vbi hæc inſpexeris, & quanto interuallo animis ſunt meliora. Quare deinceps num aliqua ibi ſit multitudo, & intellectus, cum ſit unus, nūquid ſit etiam uniuerſus. Item, cum ſit uniformis, an ſit inſuper multiformis. Inuenies quidem ita ſe habere. Cum ergo perſpexeris intellectualem illic multitudinē, quamuis indiuiduam penitus, & unitam, ad aliud rurſum principium te traducito. Atq; ſuper intellectuales eſſentias, unitates earum conſyderato. Ac deniq; unitatē ab omnibus abſolutā. hucuſq; profectus, omnem multitudinem dereliqueris, & ad ipſius boni fontem iam peruenēris. Cū per hæc pateat perfectionem animæ cōparari ex eo proprie, quod omnem, & exteram, & internam & ipſam uniuerſi multitudinem fugiamus. hinc quoq; cōcludere poſſumꝰ, animas noſtras non a` ſenſibilibus cognitiones duntaxat colligere, nec a` rebus particularibus, atq; diuiſis, ipſum totum unūq; inuenire, ſed ex intimis promere diſciplinam, & quod in rebus apparentibus imperfectum eſt, emendare. Non enim decet exiſtimare ea, quę re uera non ſunt, eſſe præcipuas cauſas cognitionis in anima exiſtentis. Et quæ inter ſeipſa diſſidēt, indigent'q; rationibus, & argumentis animæ, ambigua'q; ſunt, ſcientiam omnino præcedere eodem modo manentem. Neq; etiam quæ uarie permutantur rationes in uno conſiſtentes progenerare. Neq; indeterminata determinatæ intelligentiæ cauſas eſſe. Non igit' a` multis, ſempiternorum ueritatem accipere decet. Neq; a` ſenſibilibus uniuerſalium iudicium, atq; diſcrimen. Neq; a` rebus ratione carentibus iudicium, ſententiam'que bonorum. Sed oportet animam ſe ipſam ingredientem, ibi uerum, bonumq;, ac ueras rationes omnium perſcrutari. Plena enim eſt horū animæ ipſius eſſentia. Deliteſcunt uero ex obliuione genefica. Quærit igitur anima uerum exteriora ſpectans ipſum interim eſſentia poſſidens, bonumq; foris explorat, ſe ipſa deſerta. Hīc igitur ſui ipſius cognitionem exordiri quiſq; debet. Si enim in hominum multitudinem intuitum diſtrahamus, nunquam unam eoꝝ ſpeciem diſcernemus obſcuratam uidelicet multitudine, diuiſione'q;, & diſcordia, mutatione'q; multiplici eorum, qui ſpeciei participes ſunt. Sinaūt in nos ipſos aciem conuerterimus, hic utiq; & rōnem unam, & naturā unā hominum ſpeculabimur a` diſturbatione ſemotam. Merito itaq; Socrates longe ſegregat animam a` multitudinis conſpectu cognituram, quid re uera ſit homo, opiniones'q; contemplationis huius impedimēta redarguit. Multitudo nanq; impediméto nobis eſt ad animi cōuerſiōem in ſe ipſam, atq; ad unius ſpeciei notitiam. Hic enim uarietas obūbrat unum. Alteritas obſcurat idētitatem, diſſimilitudo obfuſcat ſimilitudinem. Nam circa materiam ſpecies ſunt confuſæ, & meliora deterioribus ſunt commiſta.

¶ Vita proprie naturalis animæ, non eſt in corpore terreno, ſed ſublimi, ideo formæ omnes hic ægrotant, atq; delirant.

n Emo mirari debet, ſi, cum dicamus, quod eſt naturale, frequentius eſſe eo, qđ præter naturam, & hoc quidem contrahi in anguſtum, naturale uero per uniuerſum amplificari, hominum tamen plurimos, ignorantes eſſe fatemur, & malos, contrarios autem quampauciſſimos. Non enim naturale eſt animis una` cum corporibꝰ nitam degere, & in generatione uerſari. Sed contra ſeparata immaterialis, incorporea uita potius eſt animis conſentanea. Quando igitur in generatione uerſantur, ſimiles ſunt hominibus peſtilentem habitantibus regionem. Quando uero extra generationem uiuunt, ut Plato inquit, ſimiles ſunt prata colentibus. Quemadmodum igitur non eſt mirandum inter eos, q peſtifera loca incolunt. languere quamplurimos, pauciſſimos uero naturalem ualetudinem cōſeruare, ſic & animas in generatione poſitas plurimas quidem obnoxias paſſionibus, atq; prauas eſſe mirari non debes. Contra uero ſtupendum foret, ſi animæ eiuſmodi corporibus inuolutę his nodis adſtrictæ, tanta circūfuſæ mutatione aliquando ſobriæ, puræ, impertubatę reperiantur, non'ne ſtupendum eſt animam immaterialiter in rebus materialibus uiuere, & in cadu cis incontaminatā ſe alicubi cōſeruare? Atq; cum iam eiuſmodi pocula biberit, 'nō eſſe his pharmacis conſopitam. Re enim uera obliuio, error, inſcitia pharmaco cuipiam ſimilis eſt, in locum diſſimilitudinis animas deflectenti. Quidnam igitur admiraris, multos quidem, ſecundum uitam eſſe lupos, multos uero porcos, plurimos autem alia quadam bruti ſpecie circunfuſos. Cum terrenus locus Circes ipſius ſit diuerſorium. Animæ'que multæ ob immoderatam concupiſcentiam uenenoſis ineſcatę ſint poculis. Illud autem. Illud potius admirare, ſi qui inter mortales uſquam reperiantur eiuſmodi potionibus non permulcti, nō etiam

irretiti. Siqui Mercurii munere freti in rationem, scientiam'q; se conferant. Quēadmodum enī mirari non debes, si in tartaro prospexeris animas cruciatas. Talium enim ille locus, sic etiam si in generatione uiuentes animę plurimæ perturbatæ sint ignaræ dementes. Tales enim animas desydcrat generatio. Sicut igitur in cœlo quidem bonæ sunt omnes, in tartaro autē omnes im/ probæ, sic in generatione plures quidem prauæ sunt, pauciores autem probæ. Generatio enim non ad extremorum melius, atq; diuinius declinat, sed deterius.

¶ Malus neq; cum aliis consentit, neq; secum.

i Mprobus secum ipse consentire non potest. Necesse enim est, tum propter naturā rationalem uidere, quodammodo uerum, tum propter imaginationem perturba tam, plurimum ignorare, secum'q; dissidere. Declarat hoc pœnitentia remissis per turbationibus ueniens. Intemperatus igitur ꝓpter intelligentiam diuinitati cogna tam, diuina quandoq; cogitat, atq; loquitur. Sed propter concupiscentiam, imaginationem'q; perturbatam a' temperātia diuina longe discedit. Cum'q; semper secum ipse pugnet, nimirum, cum aliis consentire non potest.

¶ Quicunq; sciunt aliquid, circa illud omnino consentiunt.

o Portet eos, qui sciunt aliquid, circa illud esse concordes. Cuius quidem concordię causa prima est ipsa rerum determinata natura, secunda, quod ipsa cognitionis iu diciaria sunt eadē apud omnes. Tertia, quod in primis principiis, intellectus ad se ipsum est unitus. Ideo'q; quicquid est, intelligentiæ compos est, & particeps unio/ nis. Scientia quidem illustratio quædam est, ex intellectu dependens. concordia uero illustratio est, ex unitate procedens. Est enim unio differentium. Necesse est igitur scientiæ eiusdem parti cipes inuicem consentire.

¶ Quisq; nostrum est anima, & hęc in se habet species omnes diuinas, atq; naturales.

t Otum Platonis consilium hoc in libro est, nos in ipsam nostri reuocare cognitio/ nem, atq; demonstrare essentiam nostram in speciebus, rationibus'q; consistere. Atque scientias omnes ex se ipsa producere, & in se ipsa species omnes diuinas, et naturales agnoscere. Perfecta quidem nostri cognitiō foret ab essentia uires, ab his actiones diiudicare. Cognitione uero nostri communiore potimur, ex actiōibus uires, ex ui/ ribus essentiam animæ cognoscentes, hęc quidem tria inuicem in anima confluunt. Nam & es sentia eius est actu, & actio essentialis existit. Hæc enim intellectualis fit, secundū actum. hæc au tem essentiæ fit cognata secundum ipsius perfectionem.

¶ Anima libero motu se ducit, sibi bonum præbet, se purgat, se erudit, etiam quando aliunde erudiri uidetur.

a Nimalia quidem ratione capta, impulsa gubernantur externo, & aliunde curātur, ea uidelicet cōditione, qua mouet ipse motor, orbata scilicet ea facultate, qua ali/ quid seipsum ducere ualeat, atq; seruare, rationalis autem anima ꝓpter ipsam per se mobilē, & per se operantem proprietatē suapte natura potest circa se ipsam age re, se'q; mouere, bonumq; sibi ipsi præbere. Iam uero purificatio nobis nō accidit ab externis, sed ex intimis animæ ducit originem. Omne nāq; malū ab externis accidit, atq; est animæ pere grinum, ex intimis uero bonū. Anima enim naturaliter est boniformis. Et quāto fit perfectior, tanto uitam sibi uēdicat ex se mobilem, quippe cū fiat aliunde mobilis ob corporale cōmerciū, & effectum. Quapropter qcqd accipit ab externis, remanet appositum extra ipsam, sicut sensi/ bilia, & imaginatione percepta. Sola uero illa sunt in ipsa, quæ ab ipsa in ipsam fiunt, ab eaq; ꝓ ducuntur. Purgatur igit' ex se ipsa, quādoquidem ratio a' seipsa incipiens, definit in seipsam. Hac igit' rōne recte intelligit', quod Socrates ait, scilicet inter disputantes, dicentē esse ꝓprie, q respondet. Hic ergo si redarguit', redargutus uero purgatur, certe, dū purgat', se ipsum purgat, & ab ignorantia liberat, redargutionē adhibens ipse sibi. Quod qdem naturæ animæ se mouē

ti consentaneum

ti consentaneum est. Quod sane' dictum confirmat etiam illud disciplinas esse reminiscentias, quod enim respondentes ex se ipsis omnia dicant, maximum est reminiscētiæ signum, animas uidelicet rationes, sermones'q; ex se ipsis promere. atq; solo suscitāte quopiam indigere. Neq; esse tabellas uacuas literarum, quæ extrinsecus figuras accipiant. sunt enim semper inscriptæ, & ipse scriptor est intus. Neq; tamen omnes inscripta legere possunt, uel quod inscripta sint, co gnoscere. quippe cum ob geneficam obliuionem oculus earum sit sordibus circunfusus, atq; ex ipsa obliuione in passiones inciderint. Solum igitur opus est auferre, quod obstat appositū. non autem necessaria est extrinsecus iniecta notitia. habent enim animæ in se ianuas ueritatis, sed terrenis, materialibus'q; speciebus obclusas. Siquis igitur diligentissime res demōstret, ani mæ incitatæ quidem aliunde, promentes autem ex se ipsis scita responsa, ex hoc ipso declarant uerum esse Platonicum illud, animam omnia nosse, solo'q; indigere quodam ad respondendū extrinsecus incitante. Prēterea, quod aliquis, cum eruditur, ipse se ipsum purget, dęmonicæ po testatis est opus. nam dæmones non extrinsecus in nos agunt, sed tanquam ex puppi nos intus dirigunt, & gubernant. neq; nos purgant tanquam corpora quædam aliunde mobilem nacta naturam, sed curant tanquam mobiles ex se ipsis. Hac enim ratione tamen & bona præbent, & passiones expurgant. Socrates igitur uicem boni dæmonis agens, ostendit adolescētem non tam ab alio quam a' seipso redargui.

Quare malus, & ignorans secum, & cum aliis dissideat. quare bonus con sentiat, & scientes inter se sint concordes.

c Ontingit merito plerisq; ad se ipsos discordia frequens. quoniam aliqua quidem a' sensibus intromittunt, Aliqua rursum ab imaginatione, Aliqua ab opinione frequē ter, non nulla ab ira, a' concupiscentia multa. Non enim solum ex opinionibus tales quædam passiones mouentur hominibus, sicut stoici tradunt, sed etiam contra pro pter passiones quasdam, & impetus. opiniones sæpe permutant, quandoq; ex optimis pessimas sæpe reportant. Hi ergo a' multis principiis, atq; potētiis, & his quidem deterioribus multifor/ mes in se motiones accipientes, nimirum animam dissidentem habent, atq; discordem. Scien/ tia uero prædita ab uno quodam superiore principio cognitionem suscipiunt uniuersam. Intel/ lectus. n. eis principia tradit. Iam uero omnes sentētiæ ueræ filiæ sunt intellectus. Cum igit' a' ta li quodam principio simplicitate procedant omnes, merito omnes inuicem sunt concordes.

Qui putant hominem esse ex anima, corpore'q; compositum, consequenter utile ab iusto seiungunt, qui uero hominem esse animam, coniungunt.

u Trum idem sit iustum, atq; utile, cæteri quidem dissentiunt. Platonici uero idem es se censent. Nam Epicurei sane, & stoicorum quidam finem nostrū ponentes ipsum secundum naturam uiuere, atq; peripatetici, qui bonum nostrum ex necessariis cō/ plent. Non facile possunt idem esse iustum, atq; utile confirmare. Similiter & qcūq; hominem aiunt esse corpus animatum, uel ex corpore, anima'q; compositum. Vulnera enim, cædes'q; fugiet aliquis, uel iniuste, ut animal conseruetur. quippe cum cuiuslibet animalis bo/ num sit secundum naturam se habere, & in hoc habitu conseruari. Hic igitur utile dissentit a' iu sto. Quicunq; uero finem ipsum in anima collocant corporeis nō egentem, hominem'q; ipsum esse putant animā utentem corpore, hi certe iustum, atq; utile facile iudicant esse idem. Vtrūq; enim in anima ponunt, & passiones instrumentorum ab ipsis utentibus esse seiūctas intelligūt. Argumentatio uero ꝓbās iustum esse utile, ita procedit. Omne iustum est pulchrū, omne pul/ chrum bonū. omne igit' iustum, bonū. Atq; bonū & utile idē est, omne igit' iustum est utile.

Anima contrahit in se speciem rei, cui adhæret, item de uehiculis diui/ narum animarum, atq; nostrarū.

a Nimæ, species etiam eorum sibi contrahunt, qbus ipsæ se coniungūt. Nempe quan do se assimilant intellectui mox immutabilitatem secundum opiniones, atq; uitam sibi uendicant. Quando uero generationi se copulant, nouitatem ubiq; sectantur, & tum in has, tum in illas feruntur opiniones. Rationes'q; ipsas animæ semper sta/

biles minime sentiunt. Significat inter hæc Plato generosiores, & ingeniosiores animas intelligentiam habentes puritatis deorum inuiolabilis, atque hanc ipsam suo idolo inferentes. etiam circa apparétem puritatem quodammodo occupari solere. Quandoquidem & diuinorum indumentorum inuiolabilis essentia est, & immaterialis est puritas. quam sane\ oportet animas induere sua uidelicet indumenta cognata purgantes, uestes'q; suas incontaminatas a` generatione seruantes, neque totum in externarum uestium puritate ponentes.

Scientia una in se manens implet multos non diminuta, hinc coniicimus animam esse a` corpore separatam.

e Iusdem scientiæ minus est uni persuadere, atque multis, in qua quidem Platonica sententia quasi quidam hymnus, & celebratio scientiæ continetur hunc in modum quanta & qualis unaquæq; scientia sit, hinc apparet, quod intellectus ipsius imitatione eadem scientia unumquéq; implet cognitione, cunctos'q; simul. est quidem indiuisibilis, & considens in seipsa, & interim omnia participantia sui perficit instar mentis, quæ quidem ex se tradit omnibus interim ab uno quoq; seorsum. Hæc utiq; essentiam nostram iudicant a` corpore separatam, & in seipsam manentem. siquidem scientia, quę perfectio nostra est, talem possidet facultatem, corporeæ nanq; potentiæ quando se tradũt ipsæ se minuunt. Scientia uero una, eadem'q; permanens indiminuta sufficiẽs uni, multis'q; pariter seipsam exhibet. & anima igitur similiter est toti corpori præsens, omnibus'q; membris, quãuis alia aliter membra participent.

Propheticus esse aliquis sine scientia potest. propheta uero certo scit, quod pronuntiat.

u Bi Plato ait uaticinator es, significat illum opinione quidem non scientia, quod ibi prænũtiat præsagire. nam uaticinales quidem non scientia prædíti sunt, sed opinione feruntur, qui uero non solum uaticinatores, sed etiam uates sunt, iam sciẽtia potiuntur, potiorem'q; humanam scientiam habẽt. Significat etiam generosiorum animarum impetus, atque motus quodammodo a`superis suscitari. propterea quod etiam præter opinionem agant, sæpe etiam si absque scientia operentur.

Bonũ, pulchrũ, iustum, superintelligibiliter intelligibile, intellectuale, essentia, uita, intellectus.

i Nter principia rerum ipsum bonum supereminet pulchritudinem, & pulchritudo iustitiam, bonum nãq; super intelligibilia extat in loco inaccessibili situm. Pulchritudo uero occulte quidem in primis intelligibilibus permanet. Explicatius autem in ipso ordinis illius fine. Iustitia deniq; unite quidem in primo intellectualium ordine permanet. Consequẽter uero in calce intellectualis deorum processionis effulget. Rursum ipsum quidem bonum regnat in diis, pulchritudo in mentibus. Iustitia regnat in animis, quapropter & iustum quidem pulchrum est. Non tamen omne pulchrũ est & iustum. sed ipsa pulchrorum causa iustitiam antecedit. item omne pulchrum bonum, fons autem bonorum omnium præcedit omne pulchrum. Rursum iustum quidem est bonum per mediam pulchritudinem bono coniunctum. bonum uero superius est ambobus. Sic utique inuenies rerum etiam extrema consyderans. Materialis enim causa, quamuis bonum aliquid sit, turpe tamen est, atq; deforme, unius particeps quidem est, speciei tamen expers. quod uero sensibile est, pulchritudinis quidem uestigia possidet, iustitię uero nequaquam. Hinc in Phædro Socrates ait. inter caducas imagines nullum esse iustitiæ, temperantiæ'q; splendorem. pulchritudinem uero solã priuilegium id habere, ut euidentissime pateret ubiq;, & desyderabilissima foret. Vbi igitur iustum est, ibi pulchrum. ubi pulchrum, ibi bonum, siue prima principia spectare uolueris, siue principiorum illustratiões usq; ad extrema porrectas. Ipsius quidẽ boni omnia participia sunt. omnium enim est principium, pulchri uero sola, quæ aliquam habent speciem. iustitiæ deniq; solæ animæ sunt participes. Iam uero in medio rerum omnium centro quale est anima, hæc omnia inuicem cõnectuntur. bonum, iustum, pulchrum, & bonum quidem ipsius est pulchrũ, atq; iustum. Iustum quoq; simul & pulchrum est, & bonum, pulchrum similiter & bonum est, & iustum. Neq; solum in eiusmodi trinitate est hic sermo uerus, uerum etiam in aliis quoq; multis.

multis. Quemadmodum inter principia ipsum ens præcedit uitam, uita mentem. Similiter etiam in effectibus, ubi non omne compos entis compos est, & uitæ, neque uiuens omne statim est mente præditum. sed uicissim intelligentia omnia uiuunt, atque sunt, uiuentia uero sunt, quoque uiuendo. Cum uero talis sit in extremis per trinitatem eiusmodi differentia in anima confluunt. ubi ens quidem, & uita, & intellectus existit. uita uero & intellectus est, & essentia. Intellectus autem, & essentia similiter est & uita. una enim simplicitas est in anima, una substantia, neq; esse, neque uiuere, neque intelligere, ibi est aduenticium. Sed intellectus quidem eius est essentialis, & uiuens. uita quoq; intellectualis est per essentiam. Essentia deniq; intellectualis, & uiuens. ubiq; ergo est omnia, & ex omnibus unum simili ratione, & bonum eius pulchritudine, & iustitia pollet, & pulchrum est bonum, atque iustum, rursum'q; iustum est bono, pulchro'q; refertum, subiectum sane\ unum est, rationes uero diuersæ. ubi nos neque ipsam trium horum identitatem secundum rationes consyderamus, neque alteritatem secundum subiectum existimamus, sed rationes quidem eorum differentes inter se conseruamus. unum uero subiectum. quamobrem ubiq; per actiones animæ inuicem ista concurrunt, sicut enim rationes quidem uirtutum sunt differentes, unum uero compos est cunctarum, neque fieri potest, ut sis iustitiæ particeps, & temperantiæ uacuus, uel duo hæc quidem habeas. cætera uero non habeas. Sic & eiusmodi trinitas sibiipsa connectitur, & omne quidem bonum simul & pulchri compos est, & iusti, similiter'q; de cæteris. propterea Socrates iustum bonum per pulchritudinem copulauit. Hoc enim est competens eorum medium simul, atque uinculum. Timæus autem ait pulcherrimum esse nodum, qui & seipsum, & colligata, quammaxime conficit unum. Memento uero ipsi quidem bono, malum duntaxat esse contrarium. bonum uero nequaquam. ex quo apparet concordia inuicem esse bona. Malo autem & malum, & bonũ pariter aduersari.

Probat omne iustum ipsa eius natura pulchrum esse, atque bonum.

Mne iustum esse pulchrum sequentibus rationibus confirmabimus, cum anima sit multitudo quædam, atque in ea hoc quidem primum sit, illud uero medium,
o illud autem ultimum. dic age, quando iustitiam in ea fieri dicimus, An quando medium, aut ultimum superioribus dominari conatur, an potius quando primũ medio medium imperat ultimo? At si tunc, quando deteriora melioribus præualent, non ulterius erunt deteriora natura talia. Illud enim cui competit dominari, melius est, honorabilius'q; natura. si igitur impossibile est, idem naturaliter esse melius, atque deterius. oportet iustum tunc in anima reperiri, quando quod in ea optimum est, uitæ totius habet imperium. medium uero subditũ meliori præualet ultimo. Tunc enim unaquæq; pars animæ, quod sibi conuenit, habet. primum quidem regnans. secundum uero stipans. ultimum denique meliori ministrans. Ipsum itaque iustum natura distributiuum est eius, quod conuenit parti cuilibet animæ. Et officii proprii conseruandi unicuique causa, propriæ'q; dignitatis distribuendę, atq; ita totius ordinis conseruatio. ordo uero, moderatio'q; huiusmodi naturæ conueniens naturaliter pulchra est. Est igitur iustitia causa pulchritudinis, atque pulchra. Est autem duplex iustum. Vnum quidem in contractibus, quod arithmeticam conseruat æqualitatem. Alterum uero in distribuendo uersatur in geometrica æqualitate consistens. Tum igitur arithmeticam seruat æqualitatem, ne socium suo in contractibus defraudemus, plus uidelicet quam dederimus, ipsi recipiẽtes. Tum uero inæqualibus distribuit inæqualia pro dignitate cuiq; geometrica proportione seruata, ut quemadmodum differunt inter se personæ, sic & differant inter se distributa personis, itaq; omne iustum, sicut diximus, est æquale, omne autem æquale, pulchrũ. nam inæquale incompositum est, & turpe. iustum igitur omne pulchrum. Præterea tunc est in corporibus pulchritudo, quando superat forma materiam. ipsa nanque materia deformis est, & turpis, & quando forma superatur ab ea. Tunc forma informitate quadam & deformitate repletur, & quasi informe quiddam euadit, facta uidelicet similis subiectæ naturæ. si igitur & in anima, quod intellectuale nobis inest, uicem gerit formæ. Inrationale uero materiæ. nam intellectus, & ratio in ordine termini computantur. Inrationale uero in genere indefiniti locatur. natura enim indeterminatum est, expers'q; mensuræ necessarium est. in anima quoq; tunc pulchritudinem effulgere, quando ratio quidem regnat, species uero uitæ ratione carentes rationi subduntur. at uero iustum ipsum rationi quidem dat imperium, inrationali deputat seruitutem. utrique enim, quod sibi consentaneum est, attribuit. principali quidem principatum. infe

riori uero designat obsequium. Quandoquidem in opificio mundi inrationale nobis est subditum, & rationi nobis insitæ inrationale subiicitur, ut uehiculum ipsum. itaque iustum naturaliter pulchrum est, & pulchritudinis animæ causa. Item iustum quid perfectum est, atque definitum. nam iniustum imperfectum, indefinitum q; censetur, atque infinitum uagatur, nec usquam sistit gradum præuaricans iustitiæ terminum. ipsum ergo iustum cuicunq; adest mensuram, terminum q; imponit, atque ita omnia perfecta facit. Cũ itaq; tale sit merito pulchram efficit animam. Id enim, quod perfectum est, atque mensuratum, naturaliter pulchritudo consequitur, sicut immensuratum, indeterminatum q; deformitas comitatur. iustum igitur est natura pulchrum. deniq; ipse mundi faber totum hoc per iustitiam exornauit. pulcherrimo enim nodorum omnium nodo deuinxit mũdum, indissolubilem q; effecit, propter proportionis analogicæ potestatem continentem ipsum, sibiq; amicum undique facientem. quod autem est simile mundo uisibilium omnium formosissimo, nimirum est ipsum quoque pulchrum. quod igitur iustum est, necessario est & pulchrum.

Omne pulchrum naturaliter est bonum, omne turpe malum, atque uicissim.

Mne uero pulchrum esse bonum, ita probamus. Constat pulchrum esse amabile suapte natura, quandoquidem & extrema pulchritudo diuinæ pulchritudinis
o imaginem ferens est amabilis, primo q; aspectu animos ad se mouet. Quod confirmatur in Phædro. Re enim uera καλόν, ideſt pulchrum, siue dicitur διὰ τὸ καλεῖν, ideſt quia prouocat animas, siue διὰ τὸ καλεῖν, ideſt quia permulcet intuentes, certe secundũ naturam est amabile. Quapropter & amor ad pulchrũ dicitur amantem ducere. Quicquid autem est amabile est appetibile. est enim amor appetitus aliquis alicuius robustus, atque uehemens. Et quicquid amat, appetit aliquid, quo & indiget. Omne uero appetibile est & bonum, siue re uera bonum, siue apparens. Pleraq; enim non bona expetenda nobis occurrunt, quoniam appetentibus se offerunt tanquam bona. Demonstratum est autem a` Socrate in Memnone manifeste fieri non posse, ut qui malum, quale sit, nouerint, ipsum appetant. Appetibile igitur omne bonum est. Ac siquidem appetibile sit principaliter, bonum quoq; principaliter erit. Sin autem apparẽs, appetibile. Tale etiam erit bonum, omnino autem in quolibet terminorum, hoc est apponendum, scilicet aut apparens, aut re uera. Si enim pulchrum, & apparens certe, & amabile, & appetibile, bonumq; pulchro eiusmodi consors. Sin autem natura pulchrum est, & amabile, bonum quoque similiter. Atqui quidnam erit appetibile, nunquid malum? At impossibile est, ubi notum fuerit, esse alicui expetendum, omnia enim bonum appetunt, ad malum autem appetitio nulla fertur. sed neq; etiam appetitus fertur ad aliquid, quod neque sit bonum, neq; malum, quod enim tale est, gratia alterius agitur, nullus q; finis existit. omne autem appetibile finis. atque siquid ex malis appetitur, quoniam apparet bonum, desyderatur ut bonum, & siquid non pulchrũ amatur, quoniam apparet, amatur ut pulchrum. Si igitur omne pulchrum est amabile, omne amabile est appetibile, omne appetibile bonum, consequenter omne pulchrum est bonum, atque uicissim, omne bonum appetibile, appetibile est amabile, siquidem amare est uehementer appetere. unde in symposio Socrates ait bonum amabile esse sicut pulchrum, si inquam omne bonum est appetibile. appetibile rursum amabile, amabile uero pulchrum, sequitur ut bonum omne sit pulchrum. Neq; nunc nobis obiiciat aliquis, ipsum bonum esse superius pulchritudine, neq; rursum duplex esse, quod amabile dicitur, non enim nunc de primis rerum principiis disputamus, sed de iis, quæ nobis insunt pulchris, atq; bonis, quod igitur in nobis est bonum, simul est appetibile, & amandum. Per amorem igitur id comparamus, & possidemus, per amorem inquam, studium q; propensum. ac, siquis seipsum animaduerterit, plane` perspiciet, eiusmodi bonum acriores nobis amores inferre, cognoscet, quàm pulchra sensibus manifesta, quod igitur est bonum, est & pulchrum. Quapropter Diotima præcipit amatoribus, ut post occurrentem sensibus pulchritudinem, se ad pulchritudinem transferant actionibus officiis, sciẽtiis, insitam, ibiq; amatorium animæ oculum uehementer exerceant. Deinceps uero ad intellectum, ibique præcipuam, diuinam q; pulchritudinem dominantem, tanquam ipsum re uera pulchrum in nobis animæ uigeat. Quid enim in nobis est uirtute, & scientia pulchrius? Quid contra, uitio, & ignorantia turpius?

Homo est anima utens corpore, ut instrumento. Mala ergo corporis non pertinent ad animam, hominem q;, sicut neque mala instrumentorum, ad artificem, atque artem.

Alsò pleriq; putant uulnera, mortem q; mala. quid enim horum nobis est malum? Siquidem non transit in animam, quæ nos ipsi sumus. Neq; enim passio-
f nes instrumentorum uirtutes utentium mutant, neq; igitur faber obtusa aliquando seca, artem amittit secandi. neque etiam si in arte fabrili consisteret nostra felicitas, infelicem propterea putaremus fabrum, cui seca defuerit. Iam uero quemadmodum anima instrumentum habet, sic & corpus instrumẽta quædam habet, per quæ mouet externa. quorum uitium bonam non lędit corporis habitudinem, similiter & corporis passiones in animam non pertranseunt. Quapropter & mors, etsi corporis malum est, non tamen est animæ malum. Si igitur pulchrum quidem actionis est in anima, malum uero interim fit in alio, non dum ostensum est, idem aliquando pulchrum esse, simulq; malum. Licet etiam dialectica ratione distinguere, aliud quidem esse aliquid secundum seipsum, aliud autem secundum accidens. Est enim actio fortis, pulchra secundũ seipsam. Mala uero, siquando sit mala, per accidens, quoniam accidit fortiter agentem mori. esto enim, si uis, mors e`malorum numero. Non igitur officium forte secundum hoc ipsum, quod est forte, ideo q; & pulchrum, est etiam malum, sed forte per accidens. aliud igitur est pulchrum, aliud uero malum. Neque qua ratione pulchrum, eadem ostensum est ẽe aliquando malũ, sed per accidens propter obitum. Proinde hominis ignorat essentiam, qui bonum a` pulchro secernit. & hoc quidem in alio, illud autem in alio ponit, bonum in corpore. Pulchrum in actionibus animæ. Sed re uera homo ipse est animus, ipse essentia a` corpore segregatus, in quo quicquid est, pulchrum est, & bonum est, etiam si inde corporis sequatur incommodum. Corpus enim non pars hominis, sed instrumentum. Instrumenti uero malum non pertinet ad utentem.

Quomodo differant duo hæc, scilicet secundum seipsum, & qua ipsum.

Actiones eiusmodi scilicet secundum seipsum, & qua ipsum etiam apud Aristotelem distinguntur. Quod enim secundum seipsum alicui competit, potest ei
d non competere primo. Quod autem qua ipsum conuenit, præter id, quod conuenit, secundum se ipsum etiam primo competit ei, atque adæquatur. Pulchrum igitur, si commensurationis animæ causa est, atque ob hoc ipsum dicitur pulchrum, efficit q;, ut melius in anima dominetur deteriori, perficit q; nos, & animæ deformitaem purgat, hac ipsa ratione bonum est, non quidem per accidens, sed qua ratione pulchrũ. si enim quàm pulchrum est commensuratum est, & qua commensuratum, est & bonum. Bonum enim est mensura, certe qua pulchrum est, existit & bonum. Similiter turpe, qua turpe, malum est. Nam qua turpe est, informe est, indeterminatum, incompositum, & hac ipsa ratione malum. Qua igitur est turpe, est utique malum. eadem itaque res, & pulchra semper est, & bona. Atque contra turpis pariter, atque mala. hanc tu regulam hic mente teneto, qua & in posterum usus est Aristoteles. Siqua duo conuertuntur, inuicem eorum quoque opposita conuertuntur. si igitur pulchrum, bonumq; conuertuntur interse, eorum quoque opposita, malum scilicet, atque turpe, similiter inter se conuertuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

OPVS PROCLI DE SACRIFICIO INTERPRETE MARSILIO FICINO FLORENTINO.

q

Vemadmodũ amatores ab ipſa pulchritudine, quæ circa ſenſum ap/paret, ad diuinam paulatim pulchritudinem ratione progrediuntur, ſic & ſacerdotes antiqui, cum conſyderarent in rebus naturalibus co gnationem quandam, compaſſionem'q; aliorum ad alia, & manife/ſtorum ad uires occultas, & in omnia in omnibus inuenirent, ſacram eorum ſcientiam condiderunt. agnouerunt enim & in infimiis ſupre ma, & in ſupremis infima. In cœlo quidem terrena ſecundum cau/ſam, modoq; cœleſti. In terra uero cœleſtia, ſed modo terreno. Nã unde putamus plantas illas, quas heliotropias nominant, ideſt ſoliſe quas ad ſolis motum ſolem uerſus moueri? Sed ſelinetropias, ideſt luniſequas ad lunam uerti? Nempe cuncta precantur, hymnos'q; concinunt ad ordinis ſui duces. Sed alia quidem intelle/ctuali modo, alia rationali, alia naturali, alia uero ſenſibili modo. Itaq; ſoliſequa quomodo/cunq; poteſt, mouetur ad ſolem, ac ſiquis poſſet audire pulſationem ab ea in aere circuitu fa/ctam, profecto illum quendam per eiuſmodi ſonum erga regem ſuum compoſitum animad/uerteret, qualem cunq; poteſt planta conficere. Quamobrem in terra quidem aſpicere licet ſo/lem & lunam, ſed pro qualitate terrena. In cœlo autem plantas omnes, & lapides, & animalia pro cœleſti natura uitam habentia intellectualem. Quæ quidem ueteres contemplati aliis cœ/leſtium alia terrenorum adhibuerunt, unde diuinas uirtutes in locum inferiorem ob quandam ſimilitudinem deduxerunt. Nempe ſimilitudo ipſa ſufficiens cauſa eſt, ad res ſingulas inuicem uinciendas. Siquis enim canabim, ſiue papyrum calefaciat, deinde ſubigat lucernæ proximæ, etiam ſi non tangat, uidebit ſubito accenſam canabim, quamuis non tetigerit ignem, accenſio nem'q; deſuper ad inferiora deſcendere. Comparemus igitur canabim calefactam, ſiue papy/rum cognationi cuidam inferiorum ad ſuperiora, appropinquationem uero eius ad lucernam opportuno uſui rerum pro tempore, loco, materia. Proceſſum ignis in canabim præſentiæ dĩ uini luminis ad id, quod poteſt capere. acceſſionem deniq; canabis deificationi mortalium, ma terialium'q; illuſtrationi, quæ deinde feruntur ſurſum inſtar accenſæ canabis ob quandam ſe/minis diuini participationem. Quid uero de Loto dicam? Lotus implicat quidem in ſe folia ante ſolis exortum. oriente uero ſole explicat paulatim. Et quatenus ſol ad mediam cœli aſcẽ/dit plagam, eatenus pandit folia. Quatenus uero à medio petit occaſum, gradatim folia con/trahit. Videtur hæc non minus dilatione, contractione'q; foliorum honorare ſolem, quàm homines genarum geſtu, motu'q; labiorum. Non ſolum uero in plantis, quæ ueſtigium habẽt uitæ, ſed etiam in lapidibus aſpicere licet, imitationem, & participationem quandam luminũ ſupernorũ, quemadmodum helitis lapis radiis aureis ſolares radios imitatur. lapis autem, qui uocatur cœli oculus, uel ſolis oculus, figuram habet ſimilem pupillæ oculi, atque ex media pu/pilla emicat radius. lapis quoq; ſelenitus, ideſt lunaris, figura lunæ corniculari ſimilis, quadam ſui mutatione lunarem ſequitur motum. Lapis deinde helioſelenus, ideſt ſolaris, lunaris'q; imi tatur quodammodo congreſſum ſolis, & lunæ, figurat'q; colore. Sic diuinorum omnia ple/na ſunt. Terrena quidem cœleſtium, cœleſtia uero ſupercœleſtium, procedit'q; quilibet or/do rerum uſque ad ultimum. Quæ enim ſuper ordinem rerum colliguntur in uno, hæc dein/ceps dilatantur in deſcendendo. Vbi aliæ animæ ſub numinibus aliis ordinantur. Deinde & animalia ſunt ſolaria multa, uelut leones, & galli numinis cuiuſdam ſolaris pro ſua natura par ticipes, unde mirum eſt, quantum inferiora in eodem ordine cedant ſuperioribus, quamuis ma gnitudine, potentia'q; non cedant. hinc ferunt gallum timeri à leone quamplurimum, & qua/ſi coli. cuius rei cauſam à materia, ſenſu'ue aſſignare non poſſumus. ſed ſolum ab ordinis ſuper ni contemplatione. quoniam uidelicet præſentia ſolaris uirtutis conuenit gallo magis quàm leoni, quod & inde apparet, quia gallus, quaſi quibuſdam hymnis applaudit ſurgenti ſoli, & quaſi aduocat, quando ex antipodum medio cœlo ad nos deflectitur, & quandoq; nonnulli ſo lares angeli apparuerunt formis eiuſmodi præditi, atq; cum ipſi in ſe ſine forma eſſent, nobis tamen, qui formati ſumus, occurrere formati. Nonnunquam etiam dæmones uiſi ſunt ſolares leonina fronte. Quibus cum gallus obiiceretur, repente diſparuerũt. Quod quidem inde pro cedit, quod ſemper quæ in eodem ordine conſtituta inferiora ſunt, reuerentur ſuperiora, quem admodum plerique intuentes uirorum imagines diuinorum hoc ipſo aſpectu uereri ſolent tur/

pe aliquid

pe aliquid perpetrare. Vt autem ſummatim dicam, alia ad reuolutiones ſolis correuoluun/tur, ſicut plãtæ, quas diximus. alia figuram ſolarium radiorum quodammodo imitantur, ut pal ma, dactylus. alia igneam ſolis naturam, ut laurus. alia aliud quiddam. uidere ſane licet proprie tates, quæ colliguntur in ſole, paſſim diſtributas inſequentibus in ſolari ordine conſtitutis, ſci/licet angelis, dæmonibus, animis, animalibus, plantis, atque lapidibus. Quo circa ſacerdotii ue teris authores a' rebus apparentibus ſuperiorum uirium cultum adinuenerunt, dũ alia miſcerẽt alia purificarent. Miſcebant autem plura inuicem, quia uidebant ſimplicia nonnullam habere numinis proprietatem, non tamen ſingulatim, ſufficientem ad numinis illius aduocationem. Quamobrem ipſa multorũ commiſtione attrahebant ſuper nos influxus, atque quod ipſi com ponendo unum ex multis conficiebant, aſſimilabant ipſi nni, quod eſt ſuper multa, conſtitue/bant'q; ſtatuas ex materiis multis permiſtas. odores quoq; compoſitos colligẽtes arte in unum diuina ſymbola, reddentes'q; unum tale, quale diuinum exiſtit ſecũdum eſſentiam, comprehen dens, uidelicet uires quamplurimas. Quorum quidem diuiſio unãquãq; debilitauit, miſtio ue ro reſtituit in exemplaris ideam. Nonnunquam uero herba una, uel lapis unus ad diuinum ſuf ficit opus. Sufficit enim Cnebiſon, ideſt carduus ad ſubitam numinis alicuius apparitionem, ad cuſtodiam uero laurus. Raccinum, ideſt gen° uirgulti ſpinoſum, cepa, ſquilla, corallus, adamas, Iaſpis, ſed ad præſagium cor talpæ. ad purificationem uero ſulfur, & aqua marina. Ergo ſacer dotes per mutuam rerum cognationem, compaſſionem'q; conducebant in unũ, per repugnan/tiam expellebant, purificantes, cum oportebat, ſulfure, atq; aſphalto, ideſt bitumine aqua aſper gentes marina. purificat enim ſulfur quidem propter odoris acumen. aqua uero marina pro/pter igneam portionem, & animalia diis in deorum cultu congrua adhibebant, cætera'q; ſimi/liter. Quamobrem ab iis, atq; ſimilibus recipientes primum potentias dæmonum cognouerũt, uidelicet eas eſſe proximas rebus, actionibus'q; naturalibus, atq; per hæc naturalia, quibus pro/pinquant in præſentiam conuocarũt. Deinde à dæmonibus ad ipſas deorum uires, actiones'q; proceſſerunt, partim quidem docentibus dæmonibus addiſcentes, partim uero induſtria pro/pria interpretantes conuenientia ſymbola in propriam deorum intelligentiam aſcendentes, ac denique poſthabitis naturalibus rebus, actionibus'q;, ac magna ex parte dæmonibus, in deorũ ſe conſortium receperunt.

PORPHYRIVS DE OCCASIONIBVS, SIVE CAVSIS AD INTELLIGIBILIA NOS DVCENTIBVS, INTER/PRETE MARSILIO FICINO.

De natura corporeorum, atque incorporeorum.

Mne corpus eſt in loco. Nullum uero eorum, quæ ſecundum ſe ſunt incorporea, uel aliquid tale eſt in loco. Quæ ſecundum ſe ſunt in/corporea, eo ipſo, quod præſtantius eſt omni corpore, atq; loco, ubiq; ſunt, non diſtanti qdem, ſed indiuidua quadam conditione. Quæ
o ſecundum ſe ſunt incorporea, non localiter præſentia corporibus, adſunt eis, quotieſcunq; uolunt, ad illa uergentia, atque declinantia quatenus uidelicet naturaliter ad ea uergunt, atque inclinantur. Sed enim cum non adſint locali conditione corporibus, habitudine qua/dam eis adſunt. Quæ ſecundũ ſe ſunt incorporea, certe non per ſub ſtantiam, & per eſſentiam corporibus adſunt. Non enim corporibus commiſcentur. uerunta/men ex ipſa inclinatione, quaſi momento uis quædam ſubſiſtit inde communicata iam propin qua corporibus. Ipſa nanq; inclinatio ſecundam quandam uim ſubſtituit corporibus iam pro/pinquam.

De natura, & alligatione, & ſolutione animæ.

Nima quidem medium quiddam eſt inter eſſentiam indiuiduam, atque eſſentiam
a uera corpora diuiſibilem. Intellectus autem eſſentia eſt, indiuidua ſolum. Sed quali tates, materiales'q; formæ, ſecundum corpora ſunt diuiſibiles. Non omne, quod agit in aliud appropinquatione, & tactu facit, quod facit, ſed etiam quæ propin/

quando, & tangendo faciunt aliquid ſecundum accidens, non utunt propinquitate. Anima corpori alligatur conuerſione quadam ad paſſiones prouenientes a corpore. Rurſum q; ſolui tur quatenus a corpore nihil patitur. Quod natura ligauit hoc & ipſa natura ſoluit. Rurſus quod conciliauit anima, hoc & anima dirimit. Natura quidem corpus in anima deuincit. Anima uero ſeipſam in corpore. Quamobrem natura corpus ab anima ſeparat, anima uero ſeipſam a corpore ſegregat.

Omnia quodammodo ſunt in omnibus pro conditione eorum, quibus inſunt.

n On ſimiliter omnia in omnibus intelligimus, ſed proprie ſe habet ad omnia unius cuiuſque eſſentia in intellectu quidem intellectualiter, in anima uero rationaliter. in plantis ſeminarie in corporibus imaginarie. in eodem q; (quod his omnibus ſuperius eſt) modo quodam ſuperintellectuali, atque ſupereſſentiali.

In ſummis eſt unitas cum uirtute. in infimis multitudo cum debilitate.

i Ncorporeæ ſubſtantiæ deſcendentes quidem diiudicentur. atque in ſingula potentiæ defectu multiplicantur. adſcendentes autem utuntur, atque ſimul recurrunt in unum copia poteſtatis.

De ſpeciebus uitæ.

n On ſolum in corporibus æquiuoca conditio eſt, ſed ipſa etiam uita multipliciter prædicatur. Alia eſt enim uita plantæ, animalis alia. Alia rurſus intellectualis eſſentiæ, alia tandem naturæ ſuperioris, alia animæ, alia intellectualis, uiuũt enim & illa, etſi nullum eorum, quæ ab ipſis exiſtunt, uitam eis ſimilem ſortiatur.

Quæ generant, partim conuertuntur ad genita, partim minime.

o Mne, quod ſua eſſentia generat, aliquid ſe deterius generat. atq; omne genitum ad genitorem natura conuertitur. eorum uero, quæ generant, alia quidem nullo modo conuertuntur ad genita. alia uero partim quidem flectuntur ad illa, partim etiam non flectuntur. alia tandem ſolum deflectuntur ad genituras, neque interim ad ſe reflectuntur.

Senſus, imaginatio, memoria, intelligentia.

m Emoria non eſt imaginationum conſeruatio quædam, ἀλλὰ τῶν μελετηθέντων προβολέα ἐνέργεια, προβλήματα, ſed eſt ipſas propoſitiones, ſiue productiones in actum eorum, quæ meditatus eſt animus nuper, educere. Anima quidem habet omnium rationes. Agit autem ſecundum eas, uel ab alio ad expeditionem eiuſmodi prouocata, uel ipſa ſeipſam intus conuertens ad rationes, & cum ab alio prouocatur, tãquam ad externa committit introducere ſenſus, cum uero ingreditur in ſeipſam, ad intelligentias peruenit, neque igitur ſenſus extra imaginationem ſunt, neq; , ut dixerit aliquis, intelligentiæ quatenus competunt animali, neque rurſus abſque inſtrumentorum ſenſualium paſſione ſunt ſenſus. ſic & intelligentiæ non abſque imaginatione, niſi analoga conditio ſit, quemadmodum figura conſequens quiddam eſt ad animal ſenſuale. ſic phantaſma aliquid cõ ſequens ad intelligentiam animæ intelligentis in animali.

Anima eſt immortalis.

a Nima eſt eſſentia inextenſa, immaterialis, immortalis in uita habente a ſeipſa uiuere, atque eſſe ſimiliter poſſidente.

Paſſio animæ, atque corporis eſt longe diuerſa. Aliud eſt

a Liud eſt pati corpora, aliud incorporea. Paſſio enim corporum cum tranſmutatione contingit. paſſio uero animæ eſt accommodatio quædam, & affectio ad rem ipſam, & actio quædam, nullo modo ſimilis calefactioni, frigefactioni q; corporum. quamobrem ſi paſſio corporum, cum tranſmutatione fit, dicendum eſt omnia incorporea eſſe paſſionis expertia. Quæ enim a materia, corporibus q; ſeparata ſunt actu, eadem permanent, quæ uero materiæ, corporibus q; propinquant, ipſa quidem non ſunt paſſiua, ſed illa, in quibus hæc apparent, patiuntur. quando enim animal ſentit, anima quidem ſimilis eſſe uidet harmoniæ cuidam ſeparatæ ex ſeipſa chordas mouenti contemperatas. Corpus autem ſimile harmoniæ, quę inſeparabilis ineſt chordis, ſed cauſa mouẽdi eſſe uidetur animal. propterea quod ſit animatum, quod quidem ſimile eſt muſico, ex eo quod ſit concinnum. corpora uero, quæ per paſſionem ſenſualem pulſantur, ſimilia contemperatis chordis apparent. Etenim ibi non harmonica quidem ſeparata patitur, ſed chorda, & mouet ſane muſicus per ipſam, quæ ſibi ineſt, harmoniam, neq; tamen corda ratione muſica. moueretur etiam, ſi uellet, muſicus, niſi harmonia ipſa id dixit.

De differentiis incorporeorum.

i Pſa incorporeorum appellatio non ſecũdum communitatem unius, eiuſdem q; generis, ſic cognominata eſt quemadmodum corpora, ſed ſecundum nudam ad corpora priuationem. Quamobrem nihil prohibet inter illa, alia quidem eſſe eſſentia, alia uero non eſſentia, & alia rurſus ante corpora, alia uero una cum corporibus. Item alia a corporibus ſeparata, alia uero non ſeparata. Præterea alia ſecundum ſe ſubſiſtentia, alia uero aliis, ut ſint indigentia, alia denique actionibus, uitis q; ex ſe mobilibus eadem, ſed alia uitis, & qualibus actionibus quodammodo permutata, nempe ſecundum negationem eorum, quæ ipſa non ſunt, non ſecundum aſſiſtentiam eorum, quæ ſunt, appellantur.

Paſſiones materiæ primæ aſſignatæ ſimiliter a Plotino.

m Ateriæ propria apud antiquos hęc ſunt incorporea quidem. Diuerſa enim eſt a corporibus. præterea uitæ expers, neque intellectus, neque anima, neq; aliquid ſecundum ſe uiuens. Item informis, permutabilis, infinita, impotens. Quapropter neque ens, ſed uerum non ens. imago mollis apparens. quoniam quod primo eſt in mole eſt ipſum impotens. item appetitio ſubſiſtentiæ, & ſtans non in ſtatu. præterea ſemper in ſe apparens, tum paruũ, tum magnum, tum minus, tum magis, tum deficiens, tum excedens, quod' ue fiat ſemper, manet uero nunquam, neque tamen auſugere potens. quippe cum totius entis ſit defectus. Quamobrem quicquid promittat, mentitur, ac ſi magnum appareat. interim euadit paruum, quaſi enim ludus quidam eſt in non ens auſugiens. Fuga enim eius non fit loco, ſed dum ab ente deficit, quamobrem quæ in ea ſunt imagines, inſunt in deteriori rurſus imagine. quemadmodum in ſpeculo id, quod alibi ſitum eſt, apparet alibi, & ipſum ſpeculum plenum eſſe uidetur, nihilq; habet, dum omnia uidetur habere.

Quid patiatur, quid non.

p Aſſiones circa id ſunt omnes, circa quod accidit & interitus. Via enim ad interitũ eſt admiſſio paſſionis, atque huius eſt interire, cuius eſt pati. Interit autem incorporeum nullum. ſed quædam inter illa aut ſunt, aut non ſunt. quapropter nullum eorum patitur, quod enim patiens eſt, non oportet ita ſe habere, ſed eſſe tale, ut altera ri queat, atque interim in qualitatibus eorum, quæ ingrediuntur, ſic q; inferunt paſſionem. Ei nanque quod ineſt alteratio non a qualibet accidit, neque igitur materia patitur. Nam ſecundum ſeipſam qualitatis eſt expers, neq; prorſus formæ, quæ ſunt in ea, ingredientes, uiciſſim q; exeuntes, ſed paſſio fit circa compoſitũ, & unius eſſe in compoſitione conſiſtit, hoc enim in cõtrariis uiribus, & qualitatibus ingredientiũ, inferentium q; paſſionem perſeuerare in ſubſiſtendo uidetur. Quãobrem ea, quoꝝ uiuere eſt ab externis, nec a ſeipſis nimirum & uiuere, et nõ uiuere pati poſſunt. Sed ea, quoꝝ eſſe in uita conſiſtit, paſſionis experte, neceſſariũ eſt permanere ſecundum uitam, quemadmodum uitæ uacuitati conuenit & non pati, quatenus & uitæ uacuitas. Itaq; ſicut ꝓmutari, ac pati cõpoſito ex materia, formaq; contingit, ideſt corpori, neq;

tamen id materię accidit, ſic uiuere, atq; interire, patiq; ſecundum hoc ipſum incõpoſito ex ani/
ma, corpore q; perſpicitur. neq; tamen animæ id contingit, quoniam anima non eſt aliquid ex
uita, & non uita conflatum, ſed uita ſolum. cõſtat quippe, cũ ſimplex eſſentia ſit, ipſa q; animę
ratio ſit natura ipſa ſe mouens.

Omnis intellectus eſt omniformis.

i Ntellectualis eſſentia ſic in partibus eſt ꝓſimilis, ut & in particulari quolibet intel/
lectu, uniuerſo q; intellectu ſint entia. ſed ſtellectu quidem uniuerſali entia etiã par/
ticularia uniuerſali ſint ratione. in particulari autem intellectu etiam uniuerſalia ſi
mul atq; particularia ſint conditione quadam particu lari.

¶ Anima quia per eſſentiam eſt uita, non morit ur.

c Irca eſſentiam, cuius eſſe conſiſtit in uita, & cuius paſſiones uita quædam ſunt, ni/
mirum & mors in quali aliqua uita uerſatur, non in priuatione uitæ ſimul tota.
Quoniam neq; paſſio, ſeu uita eſt omnino, illic ad non uiuendum, ipſa q; que illic ac
cidit orbitas.

¶ Omnis uita incorporea quocunq; mutetur, permanet immortalis.

i Nuitis incorporeis proceſſus manentibus prioribus in ſe firmis efficiuntur. dum
nihil ſui perdunt. neque permutant ad ſubſtantiam inferioribus exhibẽdam. qua
propter neq; quæ inde ſubſiſtunt, cum aliqua perditione uel tranſmutatione ſub/
ſiſtunt. neque hoc quidem efficitur, ſicut generatio interitus, permutationis q; particeps. ingeni
ta igitur, & incorruptibilia ſunt atq; ingenitæ, incorruptæ q; ſecundum hoc ipſum effecta.

Quomodo intelligatur quod eſt ſuperius intellectu,

d E illo quod eſt mente ſuperius, per intelligentiam quidem multa dicuntur, conſy
derantur autem uacuitate quadam intelligentiæ intelligentia meliore. quemad
modum de dormiente per uigilantiam multa dicuntur. ſed per ſomnum ipſum co/
gnitio eius, peritia q; que habetur. ſimili nanq; ſimile cognoſci ſolet, quoniam omnis
cognitio aſſimilatio quædam eſt ad hoc ipſum, quod cognoſcitur.

¶ Non ens aut eſt ſuperius ente, ut deus, aut inferius cum materia.

q Vod nõ ens dicit, aut ipſi nos machinamur ab ipſo ente aliqñ ſeparati, aut ſupin
telligimus, dũ ens poſſidemus. quapp ſi ſeparamur ab ente, ens ipſum nõ ſupintel
ligimus nõ ens ſup ens ipſum, ſed iam nõ ens uelut falſam ꝓcipimus paſſionẽ. con
tingentem uidelicet illi, qui digreditur extra ſeipſum. ipſe enim quiſq; quemadmo
dũ exiſtenter id eſt uere, atq; p ſe ipſum poteſt reduci ad ipſum non ens ente ſuperius, ſic ab en/
te, ſe q; ipſo digrediens iam traducitur ad non ens, quod entis ipſius eſt caſus atq; ruina.

¶ Subſtantia incorporea eſt ubicunq; uult.

n Atura coporis nihil impedit quin qd ꝑfm ſe incorporeũ eſt, ſit ubicũq; & qũocũq;.
Sicut enim corpori incõprehenſibile eſt, quod mollis eſt expers, nihilque ad ipm
pertinet, ſic incorporeo ipſum, quod molle diſtenditur, non fit obſtaculum & qua
ſi non ens iacet. neque enim qd incorporeũ eſt locali conditione quo ult diſcur/
rit. locus enĩ cũ mole ſimul exiſtit. neq; rurſus corpoꝛ limitibus coerceꝫ. quod. n. qũocũq; iacet
in mole, ĩ anguſtum cohiberi poteſt, & cõditione locali tranſmutationẽ agere. qd autem eſt a
mole magnitudine q; prorſus exemptum, hoc ab iis, quæ ſunt in mole, cõtineri nõ poteſt, a mo
tu q; locali permanet libeꝫ. Igitur quali quadã, certa q; diſpoſitõe reperitur ibi, ubicũq; diſpo
nit. Loco interea tum ubiq;, tum nuſquã ſimul exiſtens. quapropter quali quadam certa q; affe

ctione, uel ſuper cœlum, uel in parte mũdi quadam apprehẽditur, quando uero in aliqua mun
di parte tenetur, non oculis quidem aſpicitur, ſed ex operibus eius præſentia ſua fit hominibus
manifeſta.

Subſtantia incorporea nullo corpore cohibetur, ſed producit eſcam
in corpore, per quam ſe corpori applicat.

q Vod eſt incorporeum, ſiquando in corpore comprehendatur, non opus eſt, ut ita
concludatur, quemadmodum in parco fere clauduntur, nullum nanq; corpus po/
teſt ipſum ſic in ſe cohibere, neque ſicut uter liquorem aliquem trahit, & cohibet,
aut flatum, ſed oportet ipſum ſubſtituere uires ab ipſa in ſeipſum unione extra ma/
nantes, quibus deſcẽdens corpori applicatur. copula itaq; eius ad corpus per ineffabilem quan
dam ſui ipſius impletur extenſionem. quamobrem non aliud quidem ullum ipſum alligat, ſed
ipſum certe ſeipſum, neq; igitur reſoluit ipſum corpus quando frangitur, aut interit, ſed ipſum
potius ſemetipſum enodat, quando a familiari erga ſubiectum affectione diuertit.

Vniuerſales cauſæ non conuertuntur ad effectus, ſed eos ad ſe conuertunt.

n Vlla ſubſtantiarum, quæ uniuerſæ ſunt, atq; perfectæ ad ſuam conuertitur genitu/
ram. Omnes autem perfectæ ſubſtantiæ ad generantia rediguntur, & id quidem
ad corpus uſq; mundanum. Quod quidem cum ſit perfectum ad animam eſt reda/
ctum. animam inquam intellectualem, ideo q; circulo uoluitur. anima uero mundi
ad intellectum attollitur. Intellectus autem erigitur ad principium. Omnia itaq; perueniunt ad
hoc ipſum ab extremis exordientia quatenus facultas ſuppetit unicuiq; perueniũt inquam ele/
uatione ad primum, illucusq; perducta. Quæ quidem aut ex propinquo, aut ex longinquo effi
ci ſolet. Hæc itaq; non ſolum appetere deum dici poſſunt, ſed etiam pro uiribus aſſequi. in
ſubſtantiis uero particularibus, & ad multa labi potentibus ineſt procliuitas deflectens ad geni
turas, ideo q; in his delictum dicitur accidiſſe, in his infidelitas eſt damnata. has igitur conta/
minat ipſa materia, propterea quod ad hanc deflecti poſſint. Cum tamen interea ad diuinum
ſe ualeant conuertiſſe, quare perfectio quidem a prioribus ſecunda ſubſtituit conſeruans ea/
dem ad priora conuerſa. defectus autem priora etiam ad poſteriora deflectit, efficit q; ut hæc
ipſa diligant a ſuperiore interim diuertentia.

Quomodo differenter eſt ubique deus, intellectus, anima.

d Eus eſt ubique, quia nuſquam intellectus eſt, ubiq; etiam, quia nuſquam anima, de/
nique ubique eſt, quoniam eſt & nuſquam, ſed deus quidem ubique & nuſquam
eſt eorum omnium, quæ ſunt poſt ipſum. Sui uero ipſius eſt ſolum, ſicut eſt, atque
uult. Intellectus autem in deo quidem ubique eſt, ſed in eis, quæ ſunt poſt ipſum,
exiſtit nuſquam pariter, & ubique anima tandem in intellectu, atque deo, ſimiliter eſt ubique,
in corpore uero ubique eſt ſimul & nuſquam. Corpus autem & in anima, & in intellectu, &
in deo, omnia profecto cum entia, tum non entia ex deo ſunt, & ideo neque tamen ipſe deus
eſt, cum entia, tum non entia, neq; exiſtit in eis. Si enim eſſet duntaxat ubique, ipſe quidem
omnia, & in omnibus eſſet. At quoniam eſt, & nuſquam omnia ſane per ipſum fiunt. fiunt q;
rurſus in ipſo, quoniam ipſe exiſtit ubique diuerſa rurſus ab ipſo, quoniam ipſe nuſquam.
Similiter intellectus ubique exiſtens, atque nuſquam cauſa eſt animarum, animas q; ſequen/
tium, neque ipſe anima eſt, neque quæ poſt animam, neq; in eis exiſtit. quoniam uidelicet non
ſolum ubique eſt, eorum q;, quæ ſunt poſt ipſum, ſed & nuſquam. Rurſus anima neque cor
pus eſt, neque eſt in corpore, ſed cauſa corporis, quoniam dum ubiq; eſt per corpus ſimul eſt,
& in corpore nuſquam. proceſſus deniq; uniuerſi in illud deſinit, quod neque ubiq; ſimul, neq;
nuſquam eſſe ualet, ſed alternis quibuſdam uicibus utriuſq; fit particeps.

EX PORPHYRIO DE ABSTINENTIA ANIMALIVM INTERPRETE MARSILIO FICINO FLORENTINO.

¶Anima in hoc corpore dormit.

Bſtinere animalibus præcipimus, non qdem omnibus, ſed omni duntaxat diuina contemplaturo, qui ſane` animaduertit huius habitaculi ueneficia,
a in quo hic habitamus. quinetiã cognoſcit ipſum, quod in ſe eſt, naturaliter perpetuo uigilans, atq; ſomnum, quo hic opprimitur, deprehendit. Cui nos ſane` educationem, nutritionem'q; trademus conſentaneam, tum huius loci naturæ, tum ſui ipſius cognitioni conuenientem.

¶Beatitudo non eſt diuinorum cognitio, ſed uita diuina.

Eata nobis cõtẽplatio non eſt uerborum accumulatio, diſciplinarum'q; multitu-
b do, quemadmodum aliquis forte putauerit, neq; enim ita componit, neq; pro quã titate rationum, ac uerborum accipit incrementũ, alioquin nihil prohiberet illos, qui omnes congregauerint diſciplinas, eſſe beatos. hunc uero nedum quęlibet diſciplina felicem cõtemplatione impleat, nec ipſę etiam de iis, quæ ueræ ſunt doctrinæ, id unũ efficiunt, niſi eis adſit & uita in ipſam diuinorum translata naturam. profecto cõtemplationis finis eſt ens ipſum, uerũ'q; aſſequi adeo ſcilicet, ut eiuſmodi aſſecutio cõtemplatorem pro naturæ ſuæ uiribus, cum eo, quod contemplatur, conflet in unum, non enim in aliud, ſed in ipſum uere ſeipſum fit recurſus, neq; ad aliud, ſed ad ſeipſum re uera fit ꝓſpiratio. ipſe uero re uera eſt intellectus. Quãobrẽ & finis eſt intellectu uiuere, atq; ad hoc ipſum ſermones, diſciplinæ'q; foris adhibitæ, conditionẽ quidẽ nobis purgatoriã adhibent, non tamen rõnem ipſam quã nobis felicitas compleatur. quãobrem ſi in ſermonum, rõnum'q; cõgerie felicitas ipſa cõſiſteret, liceret hoſibus educationẽ, certa'q; officia contẽnentibus, felicem cõſeq; finem. at uero quoniam hanc uitam oportet in aliam cõmutare, aĩum per uerba, & rõnes, opera'q; purgantes, dic age, q nam ſermones, quæ nam opera ſic potiſſimum nos inſtituant? nõ'ne uerba duntaxat, officia'q; quibus a` rebus ſenſum mouẽtibus, ſenſus'q; paſſionibus ſeparemur? Atq; ad uitam intellectualem, ſuperq; imaginationem, ac pro uiribus paſſionis expertem deniq; reducamur.

De animæ deſcenſu, atq; aſcenſu.

Portet nos, ſi modo ad illa, quæ re uera nobis propria ſunt, reuolaturi ſumus, hæc,
o quæ & ex natura mortali nobis adſumpſimus, omnino deponere una` cũ affectione ad hæc declinante, per quam deſcenſio nobis contigit. præterea reminiſci beatæ, & æternæ ſubſtantiæ, ac dum ad incorporeum ſtudemus adſcendere, duo potiſſimum meditari, tum qua rõne eſſe materiale, caducum'q; deponamus, tum etiã qua uia præcipue reuertamur, cõtraria ſcilicet uia` redeuntes ad illa uiæ, per quã ad hæc noſtra deſcendim⁹. Eramus. n. et adhuc ſumus intellectuales eẽtiæ puræ ab omni ſenſu, naturaq; irrationali uiuẽtes. Copulati uero ſumus naturæ ſenſibili, tum per impotentiam ętternæ ad intelligibile noſtrũ conuinctionis, tum per potentiam ad inferiora uergentem. Oẽs enim uires cum ſenſu, corpore'q; agentes, tunc primum pullulant ad effectum, cum animus in ipſo intelligibili minime perſeuerat. ſimiles terræ iam deprauatæ, quæ, cum triticum ſæpe ſuſceperit, reddit deniq; lolium. Id'q; per quandam animæ accidit prauitatem, quæ ſane` non perdit quidem ipſius eſſentiam, dũ irrationale pullulat germen, ſed per hoc ipſum anima coniũgitur cum mortali, dum ad alienum ex proprio trahitur. Quãobrem ſiquando ad priſtinum ſtatum redire pro uiribus affectamus, neceſſarium eſt a` ſenſu, & imaginatione, omni'q; irrationali, quę ſequitur inde, cõditiõe, paſſionibus'q; eiuſmodi animum penitus ſegregare quatenus permittit naturę neceſſitas. Rite uero diſponere, articulatim'q; cõponere, quæ ad mentẽ pertinẽt trãqllitatẽ, pacẽ'q; ex hoc circa irrõnale belle ꝓſtituẽtes, ut nõ ſolum de ipſis intellectus intelligibilib⁹ audiamus, ſed ẽt quanta potentia ſimus fruentes, uidelicet ꝓtemplatiõe mẽtis, & in naturã incorporeã reſtituti. Iam'q; p intellectũ uere uiuẽtes, nec ultra falſo` una` cũ naturis caduco cognatis. Soluere itaq; multa nobis indumenta debemus, tum uiſibile hoc indumẽtum, tum interiores adhuc nobis ueſtes adhibitas. non

bitas. non enim uitiorum effectus tantum deuitare debemus, ſed effectus etiam ipſos radicitus extirpare. diſceſſus autem a` corpore fieri quidem poteſt cum uiolentia, fieri quoq; perſuaſione quadam, & profecto` rite peragitur per extenuationem quãdam, &, ut dixerit aliquis, per obliuionem, mortem'q; affectuum, quæ quidem optima diſceſſio eſt. quippe cum nihil trahat ſecũ ipſi⁹, ex quo animus ipſe diuellitur. nam ut in rebus ſenſibus manifeſtis compertum habemus, quicquid euellitur uiolẽtia, aliquid ſecum, ſiue partem, ſeu ueſtigium euulſionis ipſius, eius'q; ex quo eradicatur trahere ſolet.

De ſolutione animæ.

Apientes antiqui diligenter omnia deuitabant, quæ animã corpori affigere poſſent. ſic Pythagorici, & ſimiles ſapientes partim ſe in ſolitudinem receperunt,
f partim uiuentes turbæ in templis, lucisq; uiuebant. unde procul turba omnis ſe moueretur. Plato autem elegit academiam habitandam agrum non modo ſolitarium, & ab urbe ſemotum, ſed etiam (ut fertur) inſalubrem. Alii uero oculis etiam minime pepercerunt, quo contemplationem intimam nullis interpellatam, & perpetuam conſeruarent. Philoſophus quidem animum a` corpore per uiolentiam non extrudet. nam ſi uim intulerit, nihilo minus permanebit ibidem, unde ſic exire compulerit. neque tamen parum referre putabit, ſi corpore impinguando ſibi carcerem confirmauerit duriorem. Cauebit enim ne ſenſus, eius'q; uoluptas, ſi inualeſcat animam profundius in corpus immergat. Profecto ſi ſenſuum actiones puram animi actionem non impedirent. quid nam graue foret eſſe in corpore, dum motiones, quæ per corpus fiunt, minime patiaris? quo enim modo iudicares, diceres'q; quod paſſus fueris, niſi & patiaris, niſi & præſens his exiſteres, quæ patiebaris? Intellectus quidem penes ſeipſum eſto, etiam ſi nos penes ipſum minime ſimus. qui autem ab intellectu digreditur ibi iam eſt, quo eſt trangreſſus, diſcurrens'q; ſurſum, atque deorſum attentiore perceptionis cuiuſdam ſtudio. illic iam adeſt, ubi perceptio ipſa peragitur, nedum qui ad experientiam ſenſibilium deſcendit, & per facultatem irrationalem agit. poſſit interea quæ ſecundum mentem ſunt, contemplari ſyncere. nec illi etiam, qui duas nobis attribuunt animas, gemenas quoque nobis attentiones ſimul habere permittunt. Alioquin duo animalium coniugia efficiſſent. Fieri poſſet altero ad alia intento, ut alterum ſibi alterius opera minime uendicaret.

Sed quid nam oporteret paſſiones corporeas eneruare, ab eisq; mori, id'q; quotidie meditari, ſi poſſemus ſecundum intellectum agere coniuncti mortalibus abſque intellectus inſpectione, ut aliquis declarauit? Intellectus enim uidet, intellectus audit. At ſi luxurioſe comedens, uinum'q; ingurgitans ſuauiſſimum potes interea diuinis incumbere, cur non frequenter es in diuinis, dum humanis inhæres, eaq; congreſſu perpetras, quæ dictu etiam honeſta non ſunt? ubique enim pueri ipſius, qui nobis ineſt, perturbationes ſunt, & quia turpes, ideo ad eas contemplator diſtrahi nequit, & interim contemplari. ubi enim ſenſus, animaduerſio'q; eiuſmodi illinc ipſum abeſt intelligibile, & quo magis facultas excitatur ratione carens, eo longius abeſt intelligentia. fieri nanque non poteſt, ut aliquis huc, atque illuc delatus hic ſimul ſit, atq; ibi. nõ enim parte noſtrum, ſed toto attentiones efficimus.

De abſtinentia.

Ir autem cautus, & qui naturæ ueneficia ſuſpicatur, cognoſcit'q; naturam corporis, quemadmodum uidelicet inſtrumenti more ad animi uires contemperatum
u eſt, intelligit ſane` quantum paſſio ſonare parata eſt uelis, nolis'ue, quoties ab externis pulſatur corpus, pulſatio'q; in perceptionem peruenit. perceptio enim ipſa, animaduerſio'q; ſonus ipſe eſt. Fieri uero non poteſt, ut anima ſonet quidem, niſi tota conuerſa ſit ad ſonum, & oculum præſidentem ad hoc ipſum direxerit. Quando uero ſublata multorum indigentiæ cauſa fuerit, liberati'q; fuerimus eoꝝ copia, quæ intromittunt in corpus, & eorũ pondere iam leuati, tunc animi oculus a` fumo, fluctu'q; corporeo foras emicat, neq; cõmemoratione, neq; demonſtratione iam indiget ob naturalẽ ſui ſolertiã otii neſciã.

Præterea uſus carnium ad ſanitatem minime confert, ſed ſanitatem potius impedit, quoniã per quę recuperat' ſanitas, per eadem perſeuerat. recuperat' aũt per uictũ tenuiſſimũ, & carnib⁹ abſtinentẽ, quapropter & hoc ſanitas ꝓſeruat'. Quod ſi ad Milonis robur aĩalium abſtinentia

minus confert certe, neq; roboris augumento opus est philosopho, si modo contemplaturus ē. neq; actionibus seipsum, & incontinentiæ deditur conseruare profecto` sanitatē decet non mor tis quidem metu, sed potius ne a` bonis contemplatione proficiscentibus arceamur. Conser uat autem maxime sanitatem imperturbatus animi status, cogitationis'q; dispositio ad ipsum, quod uere est, exposita. Multum enim uigoris ad corpus inde redundat, quemadmodum expe rientia nostri familiares cōprobauerunt, adeo, ut dolores iuncturarū pedum simul, manuū'q; acerrimos, annos'q; integros octo uectari ab alio compellentes simul expulerint, cum pecunia rum, rerum'q; incuria externarum, studio'q; ad diuinitatē prorsus iacto, simul igitur pecunias, atque curas, morbum'que corporis expulerunt. Ex quo apparet plurimum, immo totum ad sa nitatem conferre certum quondam animi habitum, atque statum conducit, & plurimū tenuis ad idem uictus, & parcus. Si autem oportet nos nihil ueritos ueritatem libere confiteri, non datur aliter finē consequi, nisi quandoque deo (si dictu fas est) affigamur, atq; euellamur a` cor pore, oblectamentis'que corporeis, quippe cum salus ipsa nobis non per nudum uerborum, ra tionum'que auditum, sed per opera comparetur, non aliter inquā deo copulari possumus quā per purissimam abstinentiam, neque etiam uidelicet alicui particularium deo nedum ipsi deo omnibus præsidenti, superque naturam etiam incorpoream simpliciter existenti, qui quanto cæteris simplicior est, & purior, sufficientior'que, & a` materia longe semotior, tanto puriorem esse oportet animum eo aliquando fruiturum.

EX SECVNDO LIBRO PORPHYRII.

De sacrificiis, & diis, atque dæmonibus.

PRimi sacrificatores non animalia, sed herbas primum, flores'q;, deinde arbores sacrificarunt, atq; aromata subfumigarunt. Primi, qui aiali bus uesci cœperunt, penuria frugum animalia inuaserūt. prius enim ter ræ fructibus uescebantur. Tribus de causis diis sacrificandum est. ut ueneremur, ut gratiam referamus, ut necessaria ab ipsis petam⁹, malaq; propellamus. Ad hæc autem impetranda uotum animi satisfacit, cui ad di possunt ex frugibus munuscula quædam. Animalia uero mactare ne fas est. Sacra profecto` diis nos quoq; dicabimus, sed diuersa, sicut par est, sacrificia offeremus, sicut differentibus quoq; sacrificabimus potestatibus. deo quidem ipsi, qui regnat in omnibus, sicut sapiens quidam uir inquit, nihil sensibile offeremus, neq; fumigan tes, neq; denominantes. Nihil est enim materiale, quod ipsi prorsus immateriali subito non sit impurum. quapropter neq; sermo, huic uocalis esse potest accommodatus, neq; etiam sermo animo intimus, quādo passione quadam animæ sit inquinatus, sed silētio puro, puris'q; de ipso intelligentiis ipsum rite colemus. oportet igitur coniunctos, similes'q; deo iam effectos nostram hanc ad deum eleuatiōem, uelut sacram uictimam, dedicare deo. quæ quidem & ipsamet diui na laus est, salusque nostra. in ipsa igitur dei huius contemplatione passionis omnis experte sa crificium hoc impletur. Filiis autem eius, qui & intelligibiles dii sunt, laudem iā ex ipso quoq; sermone adhibere debemus. Nam unicuiq; numinum iusta primitiarum fit oblatio ex iis, quæ largitur, & per quę nos nutrit, atq; in esse conseruat ad sacrificii facultatem. sicut igitur agrico lę primitias ex iis, quæ colligunt, manipulos uidelicet frugum, atq; fructus arborum ad numina ferunt, ita nos dicabimus eis primitias intelligentiarum, similium'que munerum excellentium gratias scilicet pro iis agentes, quę nobis largiti sunt, ipsam uidelicet numinum, munerum'que suorum contemplationem. Præcipue cum per ipsam eorum inspectionem uere nos nutriant, præsentes ubique nobis, atque apparentes, & nostræ saluti feliciter aspirantes. Nunc uero multos etiam philosophiæ studiosos id operari piget, qui gloriam potius, quàm diuinitatem co lentes circa statuas reuoluuntur, neq; consyderant, utrum, & quomodo ad talia sit ueniendum, neque discere student ab illis, qui diuina sapientia pollent quousque, & quantū ad hæc sit con currendum. Nos autem cū his minime cōtēdemus, neq; tale aliquid dignoscere studebimus, sed sanctos, antiquos'que imitabimur plurimū, uidelicet uelut primitiarū numinibus ex ipsa cō templatione dicantes, quam nobis superi tribuerunt, & cuius nobis usus ad ueram salutem est admodum necessarius. itaque Pythagorici circa numeros, lineas'que uersati ex his etiam diis plurimum

plurimum dedicabant, alium quidem numerum palladem nominantes, alium uero dianam. alium apollinem. rursus alium iustitiam, alium temperantiam, ac similiter in figuris, atq; ita si milibus sacrificiis diis adeo placuerunt, ut unumquēq; deorum suis oblationibus aduocarent, eorum'q; beneficio frequenter ad uaticinium uterentur, & siquo ad examinandum aliquid in digerent. Diis autem quæ sunt intra cœlum, siue cursu quodammodo pererrantibus, siue non errantibus, quorum ducem esse solem primo, deinde lunam existimandum est, cōmode sacra re possumus ignem iam quasi cognatum, & quæ mandat theologus, seruare debemus. Inqt au tem ille animatum nullum sacrificandum, sed usq; ad farinam, & mel, terræ'q; fructus, atq; flo res, nouit enim uirum pietatis ueræ cultorem. Diis quidem animatum nullum aliquando sacra turum, sed dæmonibus, atque aliis siue bonis, siue malis, sed missa hæc faciamus. mihi quidem quæ plerq; Platonicorum diuulgauerunt, in medium ingeniosis iam afferenda uidentur. Tra dunt uero hunc tantummodo, primus quidem deus cum sit incorporeus, immobilis, impar tibilis in nullo, neq; etiam in seipso cohibitus, nullo eget externo, neq; etiam mundi anima eget externis. Possidet enim & continet ipsum, quod est trina dimensione porrectum, facultatem'q; naturaliter se mouentem, & suapte natura decreuit bene, ordinate'q; moueri, mouere'q; mundi corpus secundum optimas rationes. excepit autem in seipsa corpus, atq; complexa est, quāuis in corporea sit, atq; ab omni libera passione. Diis autem reliquis, ac mundo & errantibus, & nō errantibus, qui ex anima, & corpore constant, oculis manifesti, sacrificandū est sacrificiis ina nimatis ea, qua diximus, ratione.

De speciebus dæmonum bonorum, atq; malorum.

RElIqua est inuisibilium multitudo, quos dæmones indistinctos dixit Plato, horum uero alii quidem ab hominib⁹ cognominati apud singulos nacti sunt honores diis æquales, reliquum'q; cultum. Alii uero plurimum formæ nominati non sunt, sed a` quibusdam per uicos, aut urbes nomen, & cultum occulte quodammodo sortiunt. reliqua uero turba, sic quidem communiter appellatur nomine dæmonum. Rata uero apud o mnes fides est eiusmodi. eos certe læsuros genus humanum, si irascantur, propterea quod ne gligantur, neq; cultum legitimum nanciscantur. rursus'q; benefacturos hominibus, qui eos uo tis, supplicationibus'q; & sacrificiis, & aliis, quæ consequuntur, sibi conciliauerunt. Cum igi tur opinio hæc de dæmonibus confusa sit, multum'q; habeat in eos calumniæ, necessarium est eorum naturam ratione distinguere. Forte nāq; necessarium'aiunt, unde circa illos error homi nibus incidit declarare. distinguendum igitur hunc in modum. Quæcunq; igitur animæ ex tota anima pullulantes magnas sub luna locorum partes gubernant, ἀπερειδόμεναι innitentes quidem, siue adhærentes, siue impositæ spiritui. Sed ipsum secūdum rationem superantes has utiq; bonos dæmones, iudicandum, & ad eorum, quæ fiunt, utilitatem omnia procurare, siue quibusdam præsint animalibus, siue certis fructibus, siue aliis horum gratia ordinatis, uelut im bribus, & temperatis uentis, aeri'q; sereno, temperationi'q; temporū, & reliquis ad hæc omnia conferētibus. Apud nos rursum artibus & musicæ disciplinæ, & medicinæ, & gymnasticæ, atq; similibus. Fieri uero non potest, ut ii, qui utilitati rerum, commoditati'q; consulūt, rursum inferant detrimenta. inter eos adnumerandi sunt dæmones, quos Plato transferre, nuntiare'q; dicit. humana quidem diis, diuina'ue hominibus, dum uota quidem nostra ad deos, uelut iudi ces perferunt. illorum uero iussa, monitiones'q; una` cum uaticinio ad nos deducunt. Quæ cunque uero animæ conuincto spiritui minime denominantur, sed plurimum cedunt, hæ sa ne` per hunc dicuntur nimium, & feruntur quando iræ, concupiscentiæ'q; spiritus inualescunt. hæ quidem animæ ipsæ quoque sunt dæmones, sed rite malefici nominantur. Sunt autem tum hi omnes, tum quos diximus ab his diuersi inuisibiles, nec prorsus humanis sensibus ma nifesti. non enim solido corpore uestiuntur. Præterea nec unam omnes formam habent. sed figuris plurimis insignitas. Et formæ, quæ illorum spiritum obsignant, alias quidem ap parent, alias uero nequaquam. Aliquando uero & formas mutant illi scilicet, qui deteriores sunt. Spiritus autem eorum, qua quidem ratione corporeum quiddam est, passioni obnoxi um est, atque dissolubile, sed qua ab animis, ita deuinctum species eius diu perseuerare potest, neque tamen est æternum. Consentaneum est aliquid ab eo semper effluere, atque nutriri.

In commēsuratione quidem corpus bonorum consistit, quemadmodum & corpora nobis manifestorum, sed maleficorum dæmonum inconcinna sunt. ac affectione passiua locum in

colunt terrę uicinum. Nullum ergo malum eſt, quod non audeant perpetrare, habent enim omnino uiolentum, & maleſanum morem, deſertum uidelicet cuſtodia dęmonum meliorum. ideo'q; uehementes, repentinas'q; inſidias plurimum machinantur, & proruunt. Ac dum agũt incurſiones, partim latere conantur, partim inferunt uiolentiam. Quamobrem acutę, uelo/ces'q; ſunt paſſiones ab eis illatæ. Curationes autem, emendationes'q; a` dæmonibus meliorib⁹ tardiores eſſe uidentur. Omne enim bonum gubernatione facile, æquale'q; eſt, & progreditur ordine, neq; quod opportunum, eſt tranſgreditur. Si ergo ſic de dæmonibus ſenſeris, nunquam in opinionem de illis incides abſurdiſſimam, per quam opineris, uel a` bonis mala, uel a` malis contingere bona. neq; ſic tantum abſurdus eſt ſermo. Sed etiam multi concipientes inde peſſi/mas de diis opiniones in multos homines diuulgarũt. Vnum enim hoc eſt inter maxima dãna, quæ a` maleficis dæmonibus inferuntur, quod uidelicet, cum ipſi infeliciũ paſſionum terrenis incidentium authores ſint, ſicut peſtis, penuriæ, terręmotus, ęſtus, incendii, atque ſimilium no/bis interea perſuadent illos horum effectores eſſe, qui contrariorum potius, ideſt fertilitatis, ꝑ/ſperitatis'que eiuſmodi ſunt authores. ſic itaq; ſeipſos ex ipſa calamitatum cauſa conãtur abſol/uere, atq; hoc ipſum machinantes. Primum quidem iniuſtitiam ſuam latere nos moliũtur. ſub/inde uero nos flectunt ad ſupplicationes, & ſacra beneficis conueniẽtia diis, quaſi illi nobis ira ti ſint, hæc autem ſimilia'q; faciunt ſtudentes a` recta deorum ſententia nos abducere. Atq; ad ſeipſos adducere. Omnibus enim rebus ſic inique, diſcorditer'q; factis admodum delectantur. Et tanquam aliorum deorum facies ſubeuntes. ſic'q; imprudentia noſtra cõfici ſibi turbas in ſo/cietatem adſumunt, & propter eiuſmodi concupiſcentias hominum incendunt animos a` mo/ribus, cupiditatibus'q; diuitiarum, & dominationum, atq; uoluptatũ. rurſus nouis, extraneis'q; opinionibus nos inuoluũt, ex quibus ſeditiones, bella'q; naſcuntur, & cætera generis eiuſdem.

Quod autem omnium grauiſſimum eſt, perſuadent ſimilia a` ſuperis effici a` deo, ut etiã deũ maximum criminationibus eiuſmodi ſubigant, quem tradunt omnia ſurſum, deorſum'q; turba re. Accidit autem hoc non rudibus tantum hominibus, ſed multis philoſophię etiam ſtudio ſis. Cauſa uero erroris mutuo procedit, atq; confirmatur. Etenim philoſophantes, qui a` cõmu/ni colluuione nunquam ſeceſſerunt, in eoſdem cum plebe errores inciderũt, rurſus'q; turbæ opi/nionibus ſuis ſimiles a` laudatis ſcriptoribus audientes in hac de diis ſententia ſunt magis etiã confirmatæ. Poeticum nanq; artificium, ſuſpiciones inſuper eiuſmodi hominum acrius excita/uit. propterea quod elocutione utitur ad ſtuporem, & attractum quaſi magicum uehementer accommodata, facile'q; potenti mulcere animos, & allicere, ideo'q; fidem de rebus prorſus im/poſſibilibus nobis afferre, ſed profecto` firmiter credẽdum eſt, neq; bonum unquã lædere, neq; prodeſſe malum. Nõ enim caloris eſt (ut inquit Plato) frigefacere, ſed oppoſiti. ita neq; iuſti no/cere. Iuſtiſſimum autem omnium naturaliter eſt ipſa diuinitas. Alioquin nihil diuinum foret.

Non'ne igitur ſecernenda eſt hæc potentia, ſors'q; beneficoꝝ dęmonũ? quæ enim prompta eſt, naturaliter admodum cõtraria eſt beneficę. cõtraria uero circa idem nunquam naturaliter accidunt. Cum igitur eiuſmodi dæmones in multis mortalem lædant naturam, & quandoq; in magnis, certe boni dæmones interim officia ſua nunquam deſerunt, ſed imminentia paſſim a` malis pericula pro facultate ſignificant, tum in ſomniis oſtendentes, tum per animos diuini/tus inſpiratos, per'que alia multa. Ac ſiquis poſſet ſignificata diſcernere, omnes improborum machinas deprehenderet, atque deuitaret. hi nanque ſignificant omnibus, ſed non qui uis ſi/gnificata cognoſcit, neq; quilibet ſcripta legere ualet, ſed qui literas ante didicerit. Per con/trarios uero dæmones uniuerſum efficitur ueneficium. hos nanq; maxime, horum'q; ducem ho/norare ſolent, qui mala ueneficiis inferunt. hi ſane` dæmones omniformibus figuris, imagini/bus'q; abundant, prodigiorum'q; machina ſtrenue fallunt, horum opera infelices φίλτρα, ama/toria'q; maleficia machinantur. omnis enim intemperantia, ſpes'q; diuitiarum, atq; gloriæ per hos inualeſcit. præcipue uero deceptio, mendacium enim proprium eſt eiuſmodi dæmonum. Dii enim uideri uolunt, ac poteſtas ipſa eis pręſidẽs, deus maximus uult haberi. Hi ſane` ſunt duntaxat, qui libamine, nidore'q; carnium oblectantur. his enim ſpirituale corpus eorum pin/gueſcere ſolet, uiuit nanq; hoc uaporibus, fumigationibus'q;, atq; uarie admodum (ut par eſt) per uaria, nidore'q; ſanguinis, & carnium uires adſumit. Vir igitur prudens, atq; temperatus cauebit eiuſmodi ſacrificiis uti, quibus eiuſmodi dæmones attrahat ad ſeipſum. Studebit autẽ animum perfecte purgare, animum nanque purum ob ipſam diſſimilitudinem nunquã aggre/diuntur. Proinde ſi ciuitatibus forte neceſſarium ſit, hos etiam dæmones ſibi conciliare, ni/hil ad nos uſus eiuſmodi pertinet. Nam in ciuitate diuitiæ, externa'q;, & corporea cõmoda tan/

quam bona

quam bona inter ciues habentur. atque horum contraria mala, neque ferme' quicquam pen/ſi habent de animi perfectione, atq; puritate. Nos autem cõmodis, quæ dæmones afferant, quã/tum fieri poterit, non egebimus. ſed tum ex animo, tum ex externis omni ſtudio contendemus. Deo quidem ipſi, ſibiq; propinquis ſimiles effici, quod ſane` tranquillitate animi, ueritatis'que rerum comprehenſione diſtincta, ac uita ad hæc prorſus intenta completur. Improbis autem hominibus, atque dæmonibus, omni'q; prorſus, & quod mortali, materiali'q; gaudeat diſſimi/les effici. Quamobrem ſecundum ea, quę tradidit Theophraſtus, ipſi quoq; ſacrificabimus, quibus & theologi conſenſerunt cognoſcentes uidelicet quatenus animam a` perturbationib⁹ purgare negligimus, eatenus poteſtati improbæ copulari. unde merito compellemur hanc inſu/per demulcere, ut enim theologi tradunt, qui a` rebus pendent externis, neq; dum perturbatio/nibus dominantur, hac ipſa conditione cogũtur poteſtatis eiuſmodi impetum a` ſe propellere. alioquin ceſſare nunquam a` laboribus poterunt.

¶ De ſacrificiis ad dæmones malos, & de abſtinentia, & cautione a` malis dæmonibus.

q Vapropter theologi, ſiquando permittunt dæmonibus improbis uitandorum gra/tia malorum, quæ illaturi ſint, animalia mactare uetant, ſimul talia ſacrificia degu/ſtare, interea iubent ante quam ita ſacrifices purgare animum ieiunio, ac præcipue animalium abſtinẽtia. Exiſtimant enim ſanctam animi puritatem eſſe quaſi ſym/bolum, characterem'q; diuinũ. quo cuſtodiaris adeo, ut nihil patiaris ab illis, quibus ipſe ꝑpin/quas, dum eos ſacrificando concilias, quando enim contra ſis affectus, atq; illi, quibus ſacrificia operaris, ſis'q; purior, ideo'q; diuinior te, & corpore & animo indemnem perſeuerare, pura ſci/licet ſanctimonia uelut arce munitum. Quamobrem faſcinatoribus etiam, ueneficis'q; neceſſa/ria uiſa eſt eiuſmodi cautio, per quam ſint a` diſcrimine tutiores. neq; tamẽ penitus tuti eſſe poſ/ſunt, laſciuiæ nanq; genera conſueuerunt dęmones improbos compellare. quapropter non ue/neficorum, incantatorum'q; propria eſt puritas, atq; ſimonia, ſed diuinorum certe uirorum, cõ/templantium'q; diuina. Iam uero caſtitas, abſtinentia'q; ſuos paſſim obſeruatores cõtra ma/los dæmones diuina familiaritate tuetur. itaq; ſi faſcinatores hac uti prorſus conſtituiſſent, cer/te faſcinare nunquam prorſus auderent, utpote, qui per hanc reuocati eſſent ab eorum concu/piſcẽtia, quorum gratia in pietate ſe polluũt. Itaq; perturbationum pleni, atq; uix uel paululum cibis abſtinentes impuris. ideo'q; ipſi prorſus impuri ſupplicia luunt tranſgreſſionis contra uni/uerſum inique. partim quidem ſub dæmonibus, quos ipſi prouocant, partim etiam ſub diuino iudicio cuncta mortalium opera, conſilia'q; prorſus inſpiciente.

¶ De uero cultu, & ſacrificio, & cautione a` malis dæmonibus.

d Iuinus autem uir animum, tum ſapientia diuina, tum abſtinentia ciborum pertur/bationes hominibus incitantium, tum ipſa ad deum ſimilitudine muniet, & qua/ſi dei templum in contaminatum animum eſſe putabit. in hoc uidelicet uniuerſo dei patris templo. Proinde cum omne ſenſibile corpus defluxus quoſdam ma/terialium dęmonum nobis afferat, certe una` cum impuritate nutrimenti ex carnibus, & ſangui/nibus hauſti adeſt nobis poteſtas dæmonica huic amica, facile'q; pellecta propter ſimilitudinẽ, proprietatem'q; ualde familiarem. Quamobrem recte theologi omnes in primis abſtinentiæ ſtuduerunt, atq; Ægyptius nobis hæc aperuit cauſam afferens maxime naturalem, quam expe/rientia comprobauerat. Quoniam uidelicet praua, irrationalis'q; anima, quæ corpus uiolentia ſuum reliquit, expoliata ad hoc ipſum deinde ſe admouet, ibiq; moras protrahit. unde hominũ quoq; animæ uiolentia mortuorum immorantur, & circa corpus. Id'q; ipſum nos admonet ne/ui a` corpore animum excludamus. cum igitur uiolentæ uiuentium cædes compellant animas corpora relicta diligere, nihil autem obſtet, quo minus anima ibi ſit quocunq; cognatum aliqd allicit eam, unde animæ paſſim multæ uiſæ ſunt lamentari, hominum'q; animæ carentium ſe/pultura circa corpora immorantur. quibus ſane` malefici ſępius abutuntur ad miniſterium ſuũ efficiendum compellentes animas appoſitione corporis, uel partis cuiuſdam aſſumptione. cũ hæc inquam hæc illis hiſtoria cõperta ſint, compertam'q; habuerint improbæ naturam animę, & cognationem eius ad corpus, uoluptatem'q;, qua afficitur erga corpus, ex quo euulſa eſt, iu/re nutrimentum ex animalibus fugerunt, atq; damnauerunt, ne extraneas animas auulſas uio/

lenter, atq; impuras. quæ ad cognatum sibi trahunt, ad se sic accersirent. ne ue prohiberent, quo minus soli, puri q; deo appropinquarent, siquando uidelicet præsentia turbantium dæmonum propelleretur a deo. Quod natura cognati corporis incitamentum quoddam sit ad animã trahendam, experientia in pluribus theologos docuit. Qui enim uaticinantium animalium insinuare sibi animas optabant, præcipua illorum membra deglutientes, uelut corda ceruorũ, uel talparum, uel asturum accipiebant, subinde præsentem animam dei ritu uaticinantem. quę sane una cum sui corporis intus assumptione in corpus humanum se penitus ingerebat. Iure igitur philosophus, deiq; sacerdos omnibus dominatis, animalibus omnibus abstinet. solus uidelicet soli deo per seipsum studens appropinquare, dum uidelicet nulla comitantiũ inde turba diuertat, quo quidem cõmercio ipse, deinde & naturas rerum intelligit, & diuinat, deum q; habet in semetipso. unde æternæ uitæ fiduciam pignus q; possidet. totus translatus ad deum, atq; uatis loco iam iouis familiaris euadit. Proinde siqua necessitas instat, non desunt huic diuinitatis familiari passim boni dæmones obcurrentes ei, & per somnia, signa, uoces, futura prænuntiantes, unde discatur, quid sit necessarium deuitare. Solum nanq; discedendum est a malo, cognoscendum q; quod in uniuerso sit optimum ac maxime uenerandum. et uniuersum, quod est in toto bonum amicum, atq; affabile. Improbitas autem, & insciția diuinorum compellit hominem despicere, quæ non nouit, eaq; damnare uerum apud eos, qui audire possunt, ipsa natura clamat. quæ, cum intellectualis sit, per intellectum cultores suos in sacra penitus introducit. Nouit profecto uir sapiens, dæmones quidem malos animalium uictimis delectari, et in eis futura portendere. Deos autem huiusmodi uictimis non egere, qui sane adorantium mores inspiciunt, maximum sacrificium existimantes rectum de ipsis, atq; de rebus iudicium. nam apud deos optima est oblatio, pura mens, & perturbationum uacuus animus. hinc Plato bono quidem uiro conuenire ait sacrificia operari, diuinis q; interesse. Malum uero frustra in sacrificiis laborare.

EX LIBRO TERTIO.

¶ Quod animæ sensuales sint, & rationales, atq; immortales.

i

N libro tertio dicit se afferre opinionem ueram, & pythagoricam, omnẽ scilicet animam sensibus, & memoria præditam esse rationalem, habere q; rationem, orationem q;, tum interiorem, tum exteriorem, qua inter se loquantur animalia. quorum uerba non discerni a nobis, nihil mirum fit, cum barbaros etiã multos sermonẽ minime discernamus, neq; tam loqui quam indistincte uociferari putemus. Addit, si credẽdum sit antiquis, atque illis, qui patrum nostrorum, & nostro tempore extiterunt. Sunt qui dicant se audire sermonem animalium, atq; intelligere, sicut apud antiquos Melapus, & Tiresias, atq; tales. nuper uero Apollonius Theaneus, quem dicũt in amicorum cœtu, cum audiret hirundinem aliis nuntiare, asinum prope urbem onustum tritico cecidisse, triticum q; humi diffusum, contendit deinde animalia rationem habere, tum quia inter se sua significent, tum quia diligenti sibi solertia consulant, usui q; futuro prouideant, tũ quia discant, & ad se inuicem, & ab hominibus multa, seipsa q; inuicem doceant. Subiungit Aristotelem, Platonem, Empedoclem, Democritum, alios q;, quicunq; ueritatem de animalibus perscrutati sunt, participationem rõnis, orationis q; in animalibus cõperisse. Apparere autem in hac diuersitatem, ut Aristoteles quoq; dixerit in essentia minime differentem. sed per magis, minus ue diuersitatem, quemadmodum pleriq; putent differentiam deorum in hac ad homines esse. non quidem secundum essentiam, immo secundum perfectum, & imperfectum habitum rationis, sic & rationis naturam nobiscum animalibus, sed per magis & minus existimamus esse communem. Animalia illa Aristoteles ait esse prudentiora, idest astutiora, quæ sensuum acumine pollent. Differentiæ uero corporum facile quidem, uel difficile passiuam reddunt animam, atque magis, minusq; promptam habere rationem præstant. uerum secundum essentiam, uariare animam nequeunt, quando neq; sensus, neq; passiones reddunt inter se differentes, neq; faciunt, ut perfectum transgrediantur. Concedatur itaq; secundum magis, & minus esse in his differentiam rationis, neq; tamẽ ratione animalia reliqua omnino priuentur, neq; ex eo, quod nos magis, quam animalia intelligamus. propterea illa intellectione omnino priuemus. sicut neq; uolare perdices negamus, quoniam astures uelocius uolent. Concedere quidem poterit

dem poterit aliquis animam cum corpore compati, patiq; aliquid eo uel bene uel male affecto. permutari uero ipsam animæ naturam ex hoc, nequaquam. Si autem compatitur tantum, utiturq; eo, ut instrumento, faciet quidem per ipsum multa aliter instrumentis dispositum, quam nos simus, quæ quidem nos facere non ualemus. Atque compatietur per ipsum certo modo dispositum, non tamen naturam propriam commutabit. Qui autem bruta dicit, quæ rationaliter agunt, natura facere non animaduertit se dicere hæc rõnalia esse natura. Quasi uero ratio nobis natura non insit. Ipsaq; perfectio non sicut natura instituti sumus suscipiat incremẽtum, uerũtamen quod diuinum est, non fit disciplina rationale. nõ enim erat quando rationale non esset, sed simul & fuit, & rationale fuit. neq; prohibetur esse rationale, quoniam rationem nõ acceperit per disciplinam, quãuis & in cæteris animalibus, sicut & in hominibus, multa quidẽ ipsa natura docuerit, alia uero disciplina præbuerat. non absurde quidam conati sunt ostendere multa etiam ex locis, quæ sortita sunt, prudentiora esse quam nos. ut enim habitantia ætherẽ rationalia sunt, sic aiunt, quæ illis proximæ habitant, idest in aere. Deinde quæ in aqua, deinde quæ in terra inter se rationis gradu differre. si enim deorum dignitatem quodammodo metimur etiam ex locis, sic & animalium perpendimus dignitatem. Socrates & ante illum Rhadamanthus per animalia iurabant. Ægyptii uero animalia quędam deos existimabant, siue re uera deos arbitrarentur, siue consulto deorum formas uultu bouino. & auium facie, aliorumque pingerent, ut non aliter animalibus quam hominibus abstinerent, siue alia secretiori de causa, sic & græci statuæ Iouis cornua arietis imposuerũt. Tauri uero cornua statuæ Dionysii. at Pana ex homine, & capra composuerunt. Musas autem & Sirenas alauerunt, & Amorẽ, atq; Mercurium, & Iouem tauri formam induisse ferunt, & aquilæ, atq; cygni. Per hæc antiqui honorãda esse animalia testabantur. & Socrates, ubi ait cygnos suos esse conseruos non est iocatus. Tabula uero indicat conuenire animalia nobiscum in anima dicens indignatione deorum. ex hominibus animas in animalia pertransire, cum uero pertransiuerint, deos deniq; misereri. per hæc, & similia significatur animalia esse rationalia, ratione quidem in plurimis imperfecta, nõ tamen prorsus ab ente.

Nefas est animalia cædere.

Niustum est animalia cædere, quandoquidem non omnino a nobis sunt aliena.

i

Nos autem tanquam lasciui, & insolentes ludo frequenter in theatris, uenationibusq; animalia passim plurima interficimus, quo factum est, ut uis ipsa in nobis ferina, & immitis uehementius inualuerit, humanitas aũt, & mãsuetudo cessauerit. Pythagorici uero mansuetudinem, & clementiam erga feras meditati sunt tanquam humanitatis, & misericordiæ specimen. Omne, quod est inanimatum, cum ratione, mentẽq; careat, opponitur ei, quod una cum anima rationem, & intelligentiam quandam habet. Omne nanque animatum sensuale habet etiam phantasiam, uelut rationem quandã. natura enim, quę alicuius gratia, & ad aliquid omnia facit, & fecit animal sensuale, nõ quidem ut simpliciter sentiret, atq; pateretur, sed ut perciperet, quæ sibi commoda forent, quæue incommoda, & illa quidem sequeretur, hæc fugeret. sensus igitur utrorunq; cognitionem singulis animalibus affert. quæ uero sensum sequũtur, scilicet utilium prosecutiones, apprehẽsionesq;. noxiorum uero deuitationes, putandum est non adesse nisi habentibus ratiocinationem quandam, & iudicium, atq; memoriam. Etsi Strato physicus sensum dicit non absq; intelligentia quicquam agere. siquidem præsentia sensibus non percipimus, dum attentius aliud intelligimus, tamen esto quidem sensum non egere mente ad eius actionem, at quando ad proprium, & alienũ sensus agẽdo se confert, & inter hęc duo differentiam ponit, & illud fugit, hoc sequitur, mediumq; sequẽdi, effugiendiq; sagaciter inuenit inesse rationem. coniicere possumus, & hæc quidem rationis propria sunt, omniaq; omnibus animalibus adsunt scilicet progressiuis.

¶ Qui paucis contentus uiuit, & innocens, est quasi deus.

c

Vm animi finis sit deo fieri similem, deus autem nullius indigus sit, noceat ue nulli, ille certe felicissimus est, deoq; simillimus, qui ita seipsum cõparat, ut quammime egeat alienis, quamminime noceat. hic ergo solis uescetur terræ fructibus, ne noceat hominibus, ne noceat animalibus, & quantum fieri poterit, parcet etiam plantis & herbis, nam & hoc ipsum antiqui lamentabant, quod uel arbos fructibus egeamus.

huius autẽ egestatis causa generatio est, quod'ue in ipsa inopia per generationem constituti sumus iam remotiores a` copia. inopia uero salutem quęritat ab externis. Qui igit' pluribus eget externis, magis cum inopia copulatur. longius'q; a` deo disiungit'. qui enim deo similis est, hac ipsa similitudine ueram possidet copiam. Diues autem, diuitiis'q; fruens nullis infert iniuriam. nempe quandiu iniuriam infert, quamuis pecunias omneis habeat, totam'q; occupet terrã, pauper est habendus, quippe cum sit familiaris inopiæ. Quamobrem uir iniustus profanus est, & omni prauitate pollutus. quod quidem uitium nobis intulit ruina quędam animę in materiam discedentis a` bono. omnia igitur nugæ sunt, quatenus aliquis a` principio deficit. omnium egenus est animus, quandiu ad ipsam plenitudinem minime suspicit. Cedit autem ei, quod est naturæ suę mortale, quatenus ipse non nouit re uera seipsum. Qui autem tanquam deo similis iã effectus, quàm minimis ad uictum est contentus, hic illa seculi aurei prosperitate potitur.

Ratio quædam inest etiam animalibus.

r Atio quidem naturaliter inest. ratio uero, recta, perfecta'q; ex meditatione fit, atq; doctrina. Quapropter rationalis quidem facultatis participatio quædam omnib⁹ competit animalibus. Rectitudinem uero, sapientiam'q; neq; hominem quidem adeptum reperire licet, & quemadmodum differentia uisus ipsius est ad uisum, uolatus'q; ad uolatum. non enim similiter cernunt astures, atque cicadæ, neq; aquilæ similter uolant, atq; perdices, sic neq; rationale quodlibet æque particeps est acuminis, & astutiæ.

EX QARTO LIBRO.

¶ Antiqui alimalibus abstinebant.

Icęarchus peripateticus antiquos inquit græcos tanquam proxime deo genitos optimos fuisse natura, ac uitam optimam peregisse, adeo ut genus eorum aureum sit iudicatum. subdit eos nullum animal occidisse.

d Illi sane` nihil ad sanitatem melius probauerunt, quàm superflua mini me congregare. Itaq; nutrimentum natura ualentius adsumere nolue runt. sed quo potius esset natura ualentior. Antiqui quoque sacerdotes Ægyptiorum sapiẽtiæ studio dediti, de quibus Cheremon stoĩcus diligentissime tractat, animalibus plurimum abstinebant. Quin etiã multa, uelut diuina, uenerabant', quorũ alia diis aliis accõmodata dicebãt, sicut Soli asturẽ, atq; cantharum, & arietem, atq; crocodilum. Comprehenderunt enim oĩs aialis aĩam esse rationalẽ, qñ a` corpore fuerit seperata, præsagam'q; futuri, nobis'q; diuinantẽ, oĩum'q; effectricẽ, quorum & homo solutus a` corpore. non ergo temere animalia honorabant, & ab eis se, quantum fieri poterat, continebant.

Sobria uita Essęorum.

n Arrat subinde ex historia Iosephi Essæorum uitam religiosorum apud iudæos, atq; philosophorum omnia eos habuisse communia. charitatem mutuam, & abstinentiam, & patientiam ante omnia coluisse. diuino cultui semper intentos. adeo'q; fortes animo, ut necari quàm deum negare maluerint. Atq; in ipsis cruciatibus ridere palàm consueuerint. qui ob eam causam cruciati alacres animas emittebãt, tanquam itęr recepturi. hæc enim sententia rata est inquit, apud illos, animas immortales existere, atque ab æthere tenuissimo descendentes corporibus applicari, ῥύμῃ, ideſt impetu, & instinctu naturali tractas ad corpora, postquam uero e` carcere corporis emigrauerint, tanquam a` longa seruitute iam liberas exultare, per'q; sublimia se attollere. Abstinebant tum animalibus multis, tũ omni prorsus incontinentia. Denique ex ipsa uita & temperatissima, & ueritatis studiosissima, & deuotissi ma deo inter eos multi futura prędsagiebant. ideo'q; ꝓphetę nominabantur.

¶ Sapientes antiqui præsentem uitam contẽnebant spe futuræ.

s Apientes Indorum nominati sunt gymnosophistę inter eos, qui quadam generis successione in studio religionis, & sapientiæ procedebant, Brachmanes nominati sunt. qui uero idem electione tantum profitebantur, Samanei, quorum uitam Bardesanes Babylonius

desanes Babylonius late describit. Samanei huius uitæ tempus tanquam necessariam quandam seruitutem naturæ ministrantem inuiti ferebant, studebant'q; animas e` corpore soluere. & cum prospere corpus se habere sentirent, sæpe, nihilo ad hoc urgente, egrediebantur e` uita, hos ergo domestici obitu beatos existimabant, atq; eos, q illis superessent deflebãt, ut infelices.

Sobrietas, & contemplatio mentem deo coniungit.

Ymnosophistæ prędter reliquam temperantiam, atq; sanctimoniam animalibus ab
g stinebant. Sanctimonia quidem mortalibus abstinens æternam continet uitam. Corpus autem pinguefactum animam cogit exurire a` felici uita cadentem. auget'que mortale expellens, impediens'q; uitam nobis æternam. contaminat & animam uidelicet corpoream eam reddens, & ad id, quod diuersum est, deflectens. Magnes uero lapis quasi quandam animam tradit ferro sibi aliquando propinquanti. unde ferrum natura grauissimum euadit leue, eleuatur'q; spiritu magnetis se conferens ad magnetem. Siquis ergo ad deum suspensus euaserit incorporeum intellectualem'q; merito non debet nutrimentũ quærere, quo pinguefiat corpus, quod iter ad mentem impedit. Sed ad minimum, ac penitus necessarium alimentum rediget corpus. Ipse'q; nutrietur diuinitate naturalius deo coniunctus, quàm magneti ferrum. Iam uero si neq; minimis quidem alimentis indigeremus, tanto feliciores essemus, quanto magis & immortales. Nunc uero in hoc mortali uiuentes, adhuc etiam nos (ut ita dicam) mortaliores latẽter efficimus, dum corp⁹ adaugemus. atq; (ut Theophrastus inquit) dum σώματον, ideſt plurimum necessitudinis animus familiarius habitando cum corpore contrahit, atq; insuper seipsum adhibet totum. Sed utinam absq; cibo penitus, atq; potu agere uitam potuissemus. ut corporis cohibentes effluxũ optimis statim rebus cõiungeremur. in quibus & deus existens ita deus existit. Verum quid nam fustra ad homines hæc exclamamus, atq; deflemus, sic excęcatos, ut malum quidem suũ assidue foueant, oderint uero seipsos primo, uerum'q; genitorem? Deinde eos etiam, q ut quãdoq; ab ebrietate expergiscãtur, admonent, & hortantur. Democrates ait uiuere imprudenter, intemperanter, impie, non tam male uiuere est, quàm diu mori.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MARSILIVS Ficinus Florentinus Magnanimo Laurentio medici.S.D.

SYNESIVS, atq; Pſellus, & Iamblichus, ac Proclus, Porphyrius'q; Platonici iampridē amplisſimas tuas ædes ingreſſi, ingenuos'q; filios tuos ſalutauerunt, hactenus quidem recte admodū feciſſe uidentur, quod autem inſalutatum te reliquerint, nec egiſſe prudenter, nec euaſiſſe felices, imprudentiam ergo ſuam tandem recognoſcentes, ut quandoq; feliciores ſint, limina nunc tua reuiſunt cognituri patrem, ac rurſum una` cum patre filios agnituri, ſic protinus uicturi felicius. Quippe cum nuper compertum habeāt, nec libros quidem de uita noſtros, abſq; tuis auſpiciis uiuere uoluiſſe. Comitantur præterea hos quinq; philoſophos Priſcianus Lydus ſimul, & Theophraſtus. hi enim, cum ualorem meum ſaluere iandiu dixerint, & ardēter optauerint, hodie te alacres adeunt, ita demum magnopere uotum cōſecuturi, ut in primis ipſi penes te ſalui, ſaluum faciant, & ualorem, per te pręcipue poſt deum ſaluere deſyderantē. Salue ante alios optime patrone noſter, ac philoſophos tantos apud te colloquentes feliciter audi.

Marſilius Ficinus Florentinus Petro Medici uiro magnanimo.S.D.

QVANQVAM multa quotidie legitis meliora noſtris, nulla tamen ferme` magis arbitror uobis placere, quā noſtra, ſi modo ſua cuiq; maxime placere ſolent, ſua uero cuiuſq; ſunt potiſſimum, quæ omnium antiquiſſima poſſidentur, antiquiſſima certe poſſidentur a` uobis marſiliana, ſpero igitur hæc uobis ſemper cariſſima fore, ut etiam ſi ſomnia mittam, hæc quoq; quaſi pro ueris apud uos primum, atq; per uos uera etiam apud alios habeantur. Cum igitur Syneſii Platonici librum de ſomniis, quem nuper interpretati ſumus e` gręco, authoritatem, & fidem in primis apud lectorem primum, & p hūc apud alios habere deſyderarem, potiſſimum ad te miſi, quarto iam gradu poſt magnum Coſmum noſtra lecturum, atq; hęc ſtatim approbatione tua omnibus probaturum. adiunxi libro de ſomniis librum Michaelis Pſelli Platonici de dęmonibus nō immerito, quoniam a` dæmonibus ſomnia miti ueteres arbitrantur. Vale. XV. Aprilis. MCCCCLXXXIX.

SYNESIVS DE SOMNIIS TRANSLATVS A` MARSILIO FICINO FLORENTINO AD PETRVM MEDICEN.

u Etus mos eſt maximē q; platonicus ſub quo dam uiliori prętextu grauiora occulere philoſophiæ myſteria, ne forte quæ ſummo cum labore adīuenta ſunt, pereant. nē ue interea coinquinentur, ſi uulgo palā m expoſita fuerint. Hunc itaq; morem nos in hoc opere pro uiribus ſecuti ſum⁹. utrum uero & id conſecuti ſimus, & cætera antiquorum more abunde tractauerimus, diiudicare poterunt, qui hæc philoſophico ingenio legerint.

¶ Vaticinium eorum, quibus homines ſtudent, optimum eſſe.

s I ſomni ſunt prophetæ, & quæ in ſomniis uidētur, hominibus exhibent inuolucra futurorum, ſapientes quidem erunt, certi uero non erunt, quatenus ſapientia ſomniorū in ipſa conſiſtit incertitudine. occultauerunt enim dii uitā hominibus. nā maxima ſine labore conſequi proprium diuinitatis eſt bonum. apud nos autem non ſolum uirtutes, ſed cætera quoq; præclara ſudore quæruntur. Vaticinium uero, maximum uidebitur eſſe bonorum. ipſa nanq; notitia, & omnino cognitionis ipſius facultate, tum deus homini, tum homo beſtiæ præſtat. Sed deo quidem ad cognitionem ſufficit ipſa natura. homini uero uaticinium longe plus affert quā m communis notitia ferat. ulgus enim præſentia tantū nouit, futura uero coniectat. Solus autem Chalcas in cōcione Græcorum omnium nouit. Quę ſint, quę fuerint, quæ mox uentura trahantur. hanc igitur ob cauſam apud Homerum res deorum ex ipſa Iouis ſententia pendent, quoniam prior extitit, plura'q; nouit, eo ipſo, quod antior eſt. ætatem enim eo` tendere in carminibus arbitror, quoniam beneficio temporis plura noſſe contingit, quando quidem notitia ipſa eſt ſane` honoratiſſimum. Siquis autem ex aliis carminibus adductus, exiſtimet Iouis imperium in manuum poteſtate conſiſtere, quod, ait hic robore præſtantior

bore præſtantior eſt is moleſte, poema interpretatur, nec intelligit, quæ in illo eſt, philoſophiam, nihil aliud deos eſſe dicentem quā m mentes. ſic rurſus ad id, quod ait, uiribus excellere, eē etiam generatione priorem adiungit, cum Iouem dicat mentem antiquiorem. Mentis autem ipſius robur, quid nam eſt aliud quā m prudētia? Quiſquis igitur deus eſt, dignus'que, qui aliis præſit, cenſetur, is, cum mens ſit, ſapientiæ præſtantia imperat. Quare quod ait. Robore hic excellentior, cum eo, quod eſt, plura nouit, idem nobis ſignificat. Et propterea fertur etiam ſapiens deo ſimilis, quod tum mente propius eſſe conetur, tum ſe circa intelligentiam exerceat, qua diuina cōſtat eſſentia. His igitur rationibus demonſtratum ſit, uaticinium eorum, quibus homines ſtudent, optimum eſſe.

¶ In mundo tanquam uno quodam animali res aliæ ſigna aliis exhibent.

I autem per omnia ſignificantur omnia, quippe cum omnia in uno animali mun- *
s do ſint germana, atque ſunt hæ ueluti omniformes literæ, ſicut in libro, ſic in uniuerſo ſignatæ, partim quidem phœniciæ, partim uero ægyptiæ, partim aſſyriæ. has autem ſapiens ipſe legit. Sapiens uero, qui naturam didicit rerum, & alius quidem legit alias, & hic magis, ille minus. Quemadmodum hic quidem paulatim per ſyllabas, iſte uero dictionem ſimul totam, ille denique orationem ſimiliter. Ita ſanè ſapiētes futura pro- *
ſpiciunt, alii ſuſpicientes aſtra, alii flammas, ſiue manentes, ſiue currentes, alii in uiſceribus futura rimantes, alii in garritibus auium, obſeruantes interim qua` uolent, ubi` ue inſideant. ſunt & qui perſpicua futurorum ſigna coniectant ex uocibus, & concurſibus, ſiue caſibus accidentibus alteri, quippe cum omnibus omnia ſignifica ſint, quapropter ſi aues ſapientes forent, artē certe uaticinandi ex hominibus collegiſſent, quemadmodum nos ex illis peritiam cumulauimus. ſic enim nos illis, quemadmodum & illæ nobis, occurrimus nuper, & olim, & ad dextram, atque ſiniſtram.

¶ Ea eſt mundi concordia, ut alia trahantur ab aliis, atq; conſpirent.

Vm enim uniuerſum hoc ſibimet ſit compatiens, atq; conſpirans, oportet partes *
c congruenter inter ſe conuenire, utpote, quæ unius æque totius ſint partes. Conſyderatione uero dignum eſt, utrum huc tendant illices, uel motacillæ magorum. Mundana enim ſicut ex ſe uiciſſim ſignificantur, ſic inuicem permulcētur. Iam uero ſapiens eſt, qui mundanarum partium cognationem tenet. trahit enim per aliud, aliud præſentia tenens, uelut pignora quædam procul abſentium, uoces uidelicet, & materias, atq; figuras. perinde ſicut in nobis, dum interius patitur aliquid, aliud quoque compatitur, malumq; digiti in emunctorium ſæpe reſultat, dum inter hæc multa minime patiuntur. ambo enim illa & unius animalis ſunt membra, & habent aliquid inter ſe cognatius, quā m cum cæteris. Atq; * *
& alicui deo ex deorum numero mundanorum lapis hic, herba` ue congruit, quibus quaſi compatiens naturę cedit, ac ueluti faſcinatur. quemadmodum qui grauem pulſat uocem, commouet ſubito non proximam ſexquioctauam, ſed ſexquitertiam, et acutā nomine netem. hęc enim propius ſibi inuicem congruunt. Eſt enim in partibus ſicut concordia quædam, ſic inſuper & diſcordia. nam mundus hic non eſt ſimpliciter unum, ſed ex pluribus unum, ſunt'q; in eo par- *
tes partibus conſentientes interim, atq; diſſidentes. ita tamen ut earum diſſenſio ad cōſenſionem uniuerſi conducat, ſicut lyra conſtitutio quædam eſt tonorum diſſonantium, atq; conſonantium. Ipſum uero ex oppoſitis unum ad harmoniam, & lyram pertinet, atq; mundum.

¶ Solum, quod mundo connexum eſt a` mundanis trahi poteſt.

Rchimedes Siculus optabat ſitum aliquem extra terram, ita ſperans ſe contra to- *
a tam terram libraturum. Aiebat enim, dum eſſet in ea, ſe contra eam nō habere potentiam, qui uero ſapiens aliqua in re eſt circa mūdi naturam, ſi extra ponatur, nō habebit ulterius, quo pacto ſapiētia hac utatur. Ipſo enim ad ſeipſum utitur. Interrupta igitur continuitate, hęc fruſtra ſapit, ſigna'que huic obſeruata carent anima. Atqui quantum extra mundum extat diuinum, id omne faſcinari non poteſt, huic illud ſimile, qui emiſſus eſt, nihil curat, mentis nanque naturam illecebræ non attingunt. quod uero paſſiuum eſt illece

bris demulcetur, & trahitur. Prouinciam quidem, & latitudinem uaticiniis, expiationibus'que præbent eorum, quæ in mundo sunt, multitudo simul, atque cognatio, distantium quidem multitudo, unitorum uero, cognatio. Expiationes quidem, solennitates'que, sed nihil in præsentia sermo moueat ciuili tantum legi fidem adhibens, uaticinium uero recipere tutum est, nam & ipsius totum per ea, quæ intus habentur, est comprobatum. Quantum uero ad præsens spectat, licet optimum seligere, impensius'que in eius consyderatione uersari, dum interea propriam uaticiniis omnibus habemus obscuritatem, adeo, ut nulla eius species ex hoc ipso reiicien * da sit, quod pariter est in tota, integra'que natura. Iam uero ratio declarauit, id quoque uenerandum esse, ut quemadmodum in sacris est secretum, sic & oracula non omnibus sint aperta. hinc & qui in Pythia dat responsa, λοξίας, idest obliquus, & cõtortus est appellatus, quo niam & ligneum parietem, quem Phœbus Athenienſibus attulit, in salutem frustra uulgus audisset, nisi Themistocles oraculi mentem intellexisset, quamobrem neque uaticinium somniorum propterea respuendum erit, quod sit obscurum, siquidem obscuritatem habet cũ cæteris, orcaulis'que communem.

De intellectu, & ratione, & phantasia.

s Tudendum uero huic maxime præ cæteris disciplinis, quoniam ex nobis hæc est & intrinsecus, & uniuscuiusq; animæ propria. Intellectus enim entium species habet, quemadmodum antiqua tradit philosophia. Nos quoque adiungere possumus, sicut intellectus species habet eorum, quæ sunt, sic animam eorum, quæ fiút species possidere. Nempe sic se habet intellectus ad animam, quemadmodum ens se habet ad generabile. Si igitur permutatim accommodetur primum ad tertium, & secundum ad quartum, uicissim'q; rependatur, nihilo minus uera loquemur, sequentes scientiæ terminos. Sic itaq; demonstratum fuerit, quod nobis placet, animam uidelicet eorum, quæ fiunt, species possidere, habet igitur omnes, producit uero in actum in primis, quæ & conueniunt maxime, atque phantasiam illuminat quasi speculi more, per quam animal quę manet intus aduertit. sicut igitur neque intellectus ipsius actiones animaduertimus, ante quàm ipsi communi nuntiet ipsa potentia præsidens, atque quod non peruenit in eam, latet & animal, sic neque, quæ in prima sunt anima, solemus animaduertere prius quàm in phantasiam eorum signacula ueniant. At qui uidentur hæc uita quædam existere aliquantum inde sublapsa, & subsidens in ipsa proprietate naturæ, sentiendi utique uires sunt penes ipsam. Etenim colores uidemus, & uoces audimus, & uehementissimum percipimus tactus impulsum, dum instrumẽtales corporis partes nihil agunt. Forte uero nihil prohibet eiusmodi sentiendi genus esse sacratius. Nam & per hoc diis quoq; nonnunquam propinquamus mouentibus, & prædicentibus, atque simpliciter consulentibus, quapropter sicui thesaurus contigerit, somni donum non admodũ admirarer, neq; siquis cubitum profectus musarum expers inter dormiendum in musas inciderit, & partim qui dem loquens, partim uero audiens idoneus poeta prodierit, quod & nostrum attulit seculum, neque hoc quidem uidetur prorsus inopinabile. Mitto equidẽ in præsentia diuulgatas somnii dotes, quibus sæpe ab insidiis liberantur, & quot hominibus somnus accedens medicus aduersam expulit ualetudinem. At quando ad absolutissimam ęternorum contemplationem uiã parefacit animæ non speranti, neque etiam cogitanti, hoc quidem munus est in ordinem rerum eminentissimum, naturam uidelicet supergredi, atque cum ipso intelligibili illum denique copulare, qui illinc usqueadeo aberrauerat, ut neq; unde uenit animaduerterit.

¶ De potestate phantasię, spiritus'q; phantastici.

s Iquis autem magnum quiddam existimauerit quidem adscensum in sempiterna, neque tamen confidat phantasię facultatem ad beatum illud commercium nobis suppetere, audiat eloquia sacra. Quæ uarias ad hoc uias ostendunt, atque post totum narrationis ordinem occasiones ex intimis nostris præbentem ad adscendendum, per quem datur semen intimum augere. Tradunt deum aliis quidem dedisse facultatem ad perdiscendam luminis notionem, alios autem etiam in somnis diuini fructus, uigoris'que esse participes, uides'ne disciplinæ facundiam hic econtra diuisam? dum dicitur alium quidẽ in uigilia, alium uero in somno doceri. Sed in uigilia quidem doctor est homo, somniantem uero deus

ro deus ipse fructus, uigoris'que sui participem facit, quasi non idem sit discere, atque cõsequi, nam pascere fructibus, plus est admodum quàm docere. uerum hoc quidem nobis adsumptũ fuerit ad asseuerandam uitæ phantasticæ dignitatẽ aduersus eos, qui de hac uel minima quęq; desperant. Iam uero nihil mirum est, eos ita sentire ob superuacuam sapientiã, qui uersati sunt in illis, quæ a' sacris eloquiis reprobantur, ubi traditur uictimas, obseruationes'q; extorum uanas esse, proculque fugiendas. illi uero quasi uulgo præstantiores, artes quidem alius alias ad prędsagiendum accipientes, & operationes huiusmodi comprobantes, sola somnia negligunt, quasi rẽ ultro ante oculos positam, cuius passim ignarus, & sapiens æque particeps. Quid uero si ob hoc ipsum maior hic sapientia sit, quia communius munus habetur? non'ne & alia bona præcipue, quæ maxima sunt, omnium communissima sunt? nihil inter omnia, quæ uidẽtur, sole diuinius, nihil sole communius. Si autem ipsum per se deum inspicere donum beatum est, certe per phantasiam percipere antiquioris, proprię'que inspectionis est munus. hæc enim sensus est sensuum, quoniam phantasticus ipse spiritus sensorium est communissimum, primum'q; animę corpus. & hoc quidem latet, agitque intus, principium'que animalis habet uelut ex arce. Nam circa ipsum uniuersam capitis fabricam natura construxit. Auditus autem, atque uisus non sunt quidem sensus, sed instrumenta sensus, communi sensui ministrantia, & quasi quidã * animalis ianitores, & hostiarii, nuntiantes domino sensibilia forinsecus occurrẽtia, quibus pulsant externa sensoria. Intimus interea sensus in cunctis sui partibus sensus est integer, toto nãq; spiritu audit, toto uidet, similiter'q; reliqua ualet. distribuit autem uires alias aliis, quarum quæ * libet deriuatur ex animali seorsum, sunt quæ uelut rectę quędam lineę profluentes e' centro, & connuentes in centrum, una quidem omnes ex communi radice, multæ rursum processione iã factæ. Sensus igitur, qui per instrumenta fit palàm proposita, maxime est animalis, tametsi nõ prius est sensus, quàm recurrat in primum. Sensus autem sine medio factus, & animæ propinquior est, & certe diuinior.

Phantasia est perspicatior, quàm sensus exterior.

a T uero si corporeos quidem sensus ob cognitionem honorãtes, quoniam maxime cognoscamus, quæ cernimus, phantasiam respuimus tãquam infideliorem sensu, uidemur nõ satis animaduertere. ne oculum quidem ipsum uere omnia nobis ostendere, sed aliud nec ostẽdere, aliquid quoque mentiri, tum per naturam eorum, quæ uidentur, tum per naturam instrumentorum. Sane' ex interual- * lis minora, maiora'que eadem offeruntur, & quæ uidentur per aquam grandiora nobis occurrunt, ac remus occurrit fractus, accedit & debilitas oculi. Nam & lippus oculus confusa, indiscreta'q; obiicit. Quicunque igitur phantastico languet spiritu, ne exigat perspicua, discreta'que uisa. qui uero sit eius morbus, & quibus de causis langueat, hebetetur'que, quibus'ue purgetur, atque defecetur, & in naturalem restituatur puritatem, a' philosophia secreta tibi est perdiscendum, a' qua mysteriis purificatus, & diuinus euadit. atqui & influxus exteriores effugiunt ante quàm deum spiritus intromittat, & quicunq; uictu quodam secundum naturam hunc conseruat purum, hoc utitur admodum præparato, adeo, ut hac insuper ratione munus eiusmodi sit communissimum. Percipit enim eiusmodi spiritus animæ quoque ipsius affectionem, neq; cõpassione caret ad ipsam, sicut terrenum corpus huic circundatum. hoc enim & oppositas conditiones habet pręstantioribus affectionibus animæ. At primum eius, proprium'q; uehiculum, anima quidem bene se habente tenuatur, ætheriam'q; sortitur conditionem, habente uero se male, hebescit, euadit'q; terrenum. Omnino uero hoc est rationis interuallum, irrationalis'q; naturæ, & incorporei gradus, atque corporei, & terminus utriusque communis. per'que hoc medium diuina coniunguntur extremis, hac utique ratione arduum est naturam eius philosophia comprehendere.

¶ Spiritus phantasticus est primum animæ uehiculum.

u Endicat enim sibi spiritus hic aliquid uelut proprium, tanquam ex uicinis quibusdam ab extremis utrisq;, & quæ tam longe disiuncta sunt, occurrunt in una natura. atqui essentię phantasticæ latitudinem natura per multas rerũ sortes extẽdit. Descendit utiq; usque ad animalia, quibus non adest ulterius intellectus, neque tunc

est uehiculum diuinioris animæ, sed subiectis præsidet uiribus, atque est animalis ipsius ratio, multa'que per phantasticam hanc essentiam sapit animal, agitque decenter, purgatur & in brutis, adeo, ut prestantius aliquid inseratur, tota quinetiam genera dæmonum ex eiusmodi uita suam sortiuntur essentiam. illa enim ex toto suo esse imaginaria sunt. & iis, quæ fiunt intus imaginata. Homo quinetiam multa per hanc exercet etiã solam, aut si per aliud, per hanc utiq; magis. Intelligentias nanq; edere non sine phantasia solemus, nisi forte quispiam ad breue immaterialem attigerit speciem, phantasiam uero supergredi, non minus est arduum, quàm beatum. Hinc Platonicum illud optabile illud est in primis, satisq; factum, sicui uel in senectute mens, sapientia'que contigerit, significans intelligentiam absque phantasia lucentem. quippe cum præcedens, communis'q; uita phantasię sit propria, uel salté phantasia utentis intelligẽtię.

¶ Spiritus phantasticus inter æterna, & temporalia medius est, quo & plurimum uiuimus.

p Roinde spiritus hic animalis, quem beati spiritalem quoque animam uocauerũt, fit deus, & dæmon omniformis, & idolum. In hoc etiam anima pœnas exhibet. de hoc consentiunt & oracula, uitam in hoc animæ cõparantes imaginationibus somniantium. Philosophia quinetiam comprobat precedentes uitas esse præparationes quasdam ad uitas subinde sequentes, dum & optima in animabus affectio, uel habitudo spiritum eiusmodi leuius efficit, abstergit'q; habitudinis deterioris profunditatem. Tractibus igitur naturalibus aut attollitur in sublime ob caliditatem, atque siccitatem. Id'que apud Platonem alarum assumptione signatur, & apud Heraclitum significat idem splendor siccus, anima sapiens, aut crassus, humidus'q; fit spiritus, unde immergitur terræ secessibus, naturali pondere delitescens, expulsus'q; in subterraneam regionem. Hinc enim locus spiritibus humidis maxime cõgruit. Ibi'que uita infelix degitur, & obnoxia pœnis. licet autem tempore, & labore, uitis'que aliis animam purificatam rursus emergere, cursum enim per geminas agit uitas, uicissim'q; melioribus deteriobus'q; propinquat. eiusmodi spiritum mutuatur a` sphæris anima prima descendens, & hanc uelut cymbam adscendens commercium init cum mundo corporeo, atqui certamen agit eiusmodi, ut uel simul ducat, uel non remaneat simul. Nempe uix quidem, fieri tamen potest, ut dimittatur non sequens ulterius, nefas enim est notis non credere sacris. turpis autem accideret ad superos redditus, quando animæ non redderent alienum. sed circa terram relinquerent, quod desuper acceperunt. Atque hoc quidem uni, & secundo donũ dei mysteriorum'q; acciderit. natura enim comparatum est, ut anima semel huic infita, uel simul impetum faciat, uel trahat, uel forte trahatur, omnino uero congrediatur, donec unde uenerat, rursus ascendat. Quapropter cum ob deprauationem ingraueścit, contrahit secum animam, quæ permiserat id grauari, atq; id est, in quo eloquia semen in nobis intellectuale perterrent his uerbis, neque declines infra in obscurum mundum, cui profundum est semper infidele substratum, & infernus ater undique, fordidus'que gaudens idolo demens. quo enim pacto menti expedit, stupida uita, demens'que at idolo, ideſt simulachro ob talem, tunc affectionem spiritus inferior competit locus. Simile nanque gaudet simili.

¶ Phantasticus spiritus potest purior, & impurior fieri, leuior, atq; grauior.

p Roinde si per copulam unum conficitur ex ambobus, intellectus quoque propter oblectationem, aliquãdo se immergit. id autem malorum omnium est extremum, ne præsens quidem malum animaduertere, quo qui premuntur, nõ conant' emergere, quibus durissimum iam callum morbus obduxit. Ideo'que cum nihil doleat amplius, merito neque curare contendunt. quamobrem pœnitentia uim habet peculiarem ad supera reducentem. Qui enim præsentem statum fert, ægre excogitat fugam. Itaque maxima purgationis pars est uoluntas. huius nanque munere, tum facta, tum dicta manum porrigunt. hac uero sublata, omnis purgatoria machina caret anima. quippe cum maximum reconciliationis pignus ei desit, hanc ob causam & hic, & ibi, punitiones ordini rerum maximum afferunt adiumentum, dum molestiam oblectamentis opponunt, stupidam'que expurgant ex anima nostra lætitiam. Tum uero casus, qui præter merita dicuntur incidere, plurimum ꝓferunt ad affectum, quo his afficimur, extirpãdum fortunis, certe eiusmodi apud eos, q mentẽ habent,

habent, prouidentia confirmatur, quibus & qui mente capti sunt, diffidere de prouidentia solent. nullus enim relinquitur animæ locus, quo materiam fugiat, si in nullum hic malum inciderit. Quapropter existimandum est inferioris prouinciæ præsides uulgares adinuenisse proſperitates tanquam animalibus insidiaturus. Itaque hinc emigrantibus animabus obliuiosum contingere potum alius dixerit, ingredienti uero hanc uitam, animæ potum obliuionis affert, conditio suauis, & blanda. Cum enim ad primam uitam anima descenderit merede laboratura, libenter serua euadit pro mercenaria. descensus qdem hic tẽdebat, ut ipsi uniuersi naturæ mysterium adimpleret, ita regulis legis ineuitabilis ordinantibus. Fascinata uero materiæ donis perinde afficitur, atq; illi, qui, cum liberi sint, ad certum tempus mercede conducuntur ad opus, ubi ancillæ cuiusdam pulchritudine capti, moras trahere uolunt, ipsius amatæ domino seruire constituentes. Iam uero nos, quando ex profunda sententia, externis'q; circa corpus bona uidentur, oblectamur, consentire uidemur naturæ materiæ eam esse formosam. hæc autem conuentionem nostram pro arcano signat libello, atq; siquando inde discedere tanquã liberi statuamus, profugos esse clamat, & reuocare conatur, ac tanquam fugitiuos seruos repetit, libellum in medium introducens. tunc sane` fortitudine, auxilio'q; diuino potissimum opus est animæ. quippe cum non sit leue certamen, sui ipsius abrogare cõfessionem, atq; pactum, cõtingit autem & uim inferri. pœnæ nanque ultrices materiales, tunc & iusta fatum mouent' ad uersus eos, qui a` legibus fati rebellant. Atq; id ipsum est, quod significãt labores Herculis, et pericula, quæ oportuisse Herculem tolerare, sacra testantur eloquia, et siquis alius fortiter pro libertate contendit, quod ad spiritum, illucusq; traducat, quo` naturæ manus minime porrigun'tur, at si intra terminos eius saltus acciderit, in angustum anima coercetur, grauioribus'q; opus est certaminibus. tunc enim nobis ipsa non parcit, quasi uideamur iam alieni, etsi de ascensu desperet, pœnas exigit pro conatu, uitas'q; promit non ab utrisq; iam doliis, quæ Homerus occulte significat tradens, duas esse materiæ portiones, duplicem distribuens fati conditionẽ, a` quo bonum quidem nũquam est syncerum. Iam uero & aliquis deteriorẽ sortem patiẽ tẽperatam.

Quàm utilis sit pœnitentia delictorum, quã pernitiosus mortalium amor.

o Mnino uero uitæ omnes in errore uersantur, errore inquam, ubi post primum descensum non fit subito reditus. Consydera utiq; quanto interuallo spiritus hic nobiscum negotiatur. cum enim deorsum inclinatur anima, spiritum quoque graue scere, immergi'q; sacrum tradit eloquium, quousq; regionem subeat undiq; tenebrosam. cum uero resurgit anima, spiritum etiam comitari, quatenus sequi ualet. ualet autem, quousq; in gradum peruenerit omnino distantem. audi iam quid hac de re eloquia doceant. neque etiam abiectissimum hoc materiæ præcipitio derelinques, sed etiam simulachro portio est in regione undiq; lucida. Regio uero hæc regioni undiq; tenebrosæ prorsus opponitur, tam etsi hoc in loco nemo sic acute nimium interpretatus fuerit. non enim solam in sphæras naturam inde profectam reuocare uidetur eloquium. uerum etiam siquid ex igni sublimi, uel aere in naturam simulachralem anima cõtraxit ex alto descendens prius, qua'm corticem terrenum indueretur, atq; ex hoc ipsum ex aere, igne'q; supremum inquit, una` cum parte meliore ad superos reuocari. Quod enim dicitur materiæ abiectissimum, significare diuinum corpus non potest. Iam uero ratio dictat, quæ nam communicant, conferunt'q;, ad unum non posse mutua quadam habitudine, iunctura'que, & perseuerantia inter se carere, præsertim quorum uicinæ sunt regiones, quemadmodum ignis est orbiculari corpori proximus, atq; nõ sicut terra rerum tenet extremum. Quod si meliora deterioribus quandoq; cedentia communione fruũtur, conficiunt in materia corpus indissolubile, tanquam formatum ab eo, quod in congressu pmissum est imperare. forsan & deteriora non reluctantia aduersus actum, actionem'ue animæ, sed mansueta, & obedientia prorsus, atque sequentia, mediam'que naturam indissipabilem exhibentia ipsius animæ primæ ductu in sortem simul rediguntur ætheriam, communi'que tractu tollũtur ad supera, si non ad uniuersi summum, saltem elementorum ita transeunt summitatem, attingunt'que regionem utrinque lucentem. habet enim (ut inquit) quandam in se portionẽ, ideſt in ordine quodam corporis orbicularis recipitur. uerum de parte, forte'que elementorum hæc dicta sufficiant. Quæ credere licet, atque non credere, essentiam uero corpoream, inde profectam negare non licet naturaliter anima reuolante attolli simul ex infimo, sphæris'q; coaptari, hoc est in naturam propriam quasi refundi.

¶ Anima corpus habet cœleſte, pariter & aereum quibuſcum ad ſupera reuolat.

h Æ quidem duæ extremę ſunt regiones, atq; ſortes. Altera utrinq; prorſus obſcura, altera undiq; lucens, quæ & felicitatis infelicitatis'q; ſunt extrema ſortitę. Tu uero quot exiſtimas in mũdi capacitate eſſe medias regiones, quæ ex altera quidem parte ſunt atræ, ex altera uero lucẽtes. in quibus omnibus anima una` cum hoc ſpiritu uitam degit, ſpecies, & mores, & uitas alterne commutans. Cũ igitur in propriam genero ſitatem ſe recipit, ueritatis eſt penus. pura enim eſt, perlucida'q;, ac prorſus immaculata. eſt & deus, atq; uates, ſi libeat. cum uero delabitur, obtenebratur, erratica'q; euadit, & mendax, quod enim caliginoſum eſt in ſpiritu rerum uerarum pſpicuitatem capere nequit. Cum deniq; tenet medium, partim quidem aberrat, partim uero conſequitur. Poſſes & hac ratione dęmonicam quoq; naturam, eius'q; ordinem explorare. In omnibus enim cõſequi uera, uel paululum aberrare diuinum eſt, aut prope` diuinum. conditio uero aberrans in prædicendo ad eos neceſſario pertinet, qui ad naturam inclinantur aſſidue, quorum & cõditio paſſioni obnoxia eſt, ac prorſus ambitioſa. Hoc enim pacto ſubterranea ſubit, dimittit'q; deum, antiquiorem'q; dęmonem. Sed alia ratione hunc recipit, aditq;, & aſſequitur regionem naturæ præſtantiori dicatam.

¶ De Regione omnino lucida, & omnino obſcura, atq; de media, & quomodo paſſim ſpiritus reuoluatur.

p Roinde ordinem animæ uiuentis in homine hinc deprehendere licet in quocũq; phantaſticus ſpiritus purus eſt, atq; compoſitus, & uigilans, atq; dormiens ueras rerum effigies accipit. Hic ſane` tunc pignus poſſidet, quo aſſeuerare poſſit ipſam animæ ſuæ figuram meliori ſorte potiri. Neque leuiter inſuper uenari poſſumus, quæ nam potiſſimum animalis ſpiritus ſit affectio ex imaginationibus, quas præcipue promit, & in quibus ſe uerſat. quando a` nullo pulſatur extrinſecus. Philoſophia huic ſuppeditante iudiciaria, atq; monente, ut hunc nutriamus, diligentiſſime'q; curemus, nequando aberret. Educatio autem optima eſt ſecundum intuentem, percipientem'q; potentiam ſemper agere, & omni no, ut intellectualis ſit ſemper actus ipſe prȩcipuus animæ. Atq;, quod fieri poteſt, abſurdos, te merarios'q; impetus conceptus phantaſiæ ſemper anticipemus. Hoc autem eſt, ut in primis ad optimum conuertamus, neq; cum deteriore commercium ineamus, niſi quantum ſumma cogat neceſſitas. Intellectualis autem intuitus res quędam eſt, maxime omniũ, quę in ſpiritu ſunt, concreta ſecernens. Extenuat enim ipſum clàm ſupra quàm dici poſſit, dirigit'q; in deum, hic uero factus ad hoc idoneus trahit cognatione quadam diuinum ſpiritum ad animæ noſtræ cõmercium, quemadmodum condenſatione aliqua cohibetur, fit'q; anguſtior, quàm ut implere poſſit ſedes aſſignatas ei a` prouidentia hominem effingente, quæ in cerebri ſunt uẽtriculis, tũc ſane` natura uacuum in rebus non tolerante, ſpiritus malus inſinuatur. Tunc uero quid non patiatur anima inexecrabili malo aſſidue preſſa, ſic enim natura comparatum eſt, ut ſpiritus ipſius ſedes, in hoc ipſo diſpoſitæ, uel peiori quodam, uel meliori ſint plenæ, & hoc quidem malũ pœna eſt impiorum, qui diuinum eis ſibi inſitum inquinarunt, illud uero bonum, aut finis ipſe pietatis eſt, aut proculdubio prope` finem.

¶ Quomodo deprehẽdat aliqs puritatẽ ſui ſpiritus, atq; impuritatẽ, & qua rõne purificet.

c Vm uero de uaticinio per ſomnia facto differere ſtatuerimus, ne id homines ſpernerent, immo colerent, tanquam uitæ admodum profuturum, ad hoc ſane` phantaſticam naturam curioſe tractauimus, ex hac autem diſputatione, quod in præſentia confert, minus apparuit. Fructus autem præſtantior eſt ſani ſpiritus ad ſuperna reductio. Lucrum certe animæ ſacrum adeo, ut meditatio quędam religionis ſit conari eiuſmodi ſpiritum reddere uaticiniis aptum. Iam uero quidam hanc ob cauſam auiditate uaticinii capti, menſam ſacram, atq; mitem antepoſuerunt turgidę menſæ, amauerunt'q; cubile purum, ac prorſus immaculatum. Permultum certe abeſt, ut qui in pythio tripode, phœbea'q; lectica trahebat, moras ad uaticinium, his uſuris noctes ibi protraheret intemperantiæ teſtes, immo uero & obſecrabat deum, & uotis impenſior incumbebat. Quod uero paulatim accumulatur, euadit deniq; multum, & quod per aliud efficitur, in maius deniq; deſinit, dum uidelicet deum uehementius amare pergimus, atq; ad hunc amorem cohortari eos, qui antea non amabant.

In primis

¶ In primis elaborandum eſt, ut phantaſticum ſpiritum habeamus purum, & uaticiniis aptum.

n On igitur ſpernendum eſt uaticinium nos ad diuina perducens, habensq; propè aſſiſtens, quod eſt in animæ potentia præſtantiſſimum. Neq; uero ob hoc minor eſt utilitas animæ ſic deo coniunctæ, quod in diuinum eſt recepta cõmercium. nõ enim interea deſerit animal, nã & ex ſpecula inferiora circunſpicit multo plenius, quàm ſi cum deterioribus ſit commiſta. quapropter permanens inconcuſſa, dabit eorum, quæ fiunt imagines animali, atq; id eſt, quod dicitur deſcendentem non deſcendere, quando natura præſtantior deteriorem curat non detẽta. Eiuſmodi equidem uaticiniũ & adeſſe mihi opto, & afferre filiis, cuius comparandi gratia longum iter aggredi nõ compellimur, nec extra fines enauigamus, quemadmodum ad Apollinis Pythii, uel Iouis Ammonis oraculum, ſed ſufficit dare ſe ſomno lætis manibus, diuinis'q; laudibus celebratis, huic illud ſimile. hęc autem lęta prius, & puri coloris amictus induta Mineruæ uouet. Sic itaq; ſomnium exoptabimus, quẽadmodum forſan optauit Homerus. Iam uero ſi paratus fuerit, aderit, qui procul eſſe dicit, ueſtigio deus, quandoqdem nobis nihil eiuſmodi operatis, ſed tantum dormientibus ubiq; ſit præſens, atq; hæc quidem eſt myſteriorum tota tractatio, propter quã nemo unq̃ inopiã accuſauit, quaſi propterea minus q̃ diuites conſequatur. Pleræq; Res publicæ ſacrorum antiſtites ex nobiliſſimis, ditiſſimis'q;, ſicut Athenienſes claſſis gubernatores eligunt, apudq; illos opus ẽmagnificis ſumptibus, & fortuna non parua, ut aduehatur herba cretenſis, & ægyptia penna, os'q; hibericum, ac per Iouem ſiquid prodigioſum in profundo maris naſcitur, atq; nutritur, ſiue occidẽte ſole, ſiue oriente. Traduntur enim eiuſmodi quædam, & alia eiuſdem generis plurima de illis, qui uaticínium acceptum forinſecus machinantur. quibus ſuppeditandis nullius ſufficit prĩuati facultas, ſomnium uero uidet, tam q paruum, quàm qui magnum poſſidet cenſum. & quĩuictus extremitate laborat. uidet ſpeculator pariter, atq; mercenarius, nec ciuis aliter, quàm peregrinus, nihilo uero differt apud deum ad uaticinium bubulcus, mancipium'q;, & inſanus a` ceteris. Quod ſane` huius conditio uaticinii admodum populis eſt, certe eſt humaniſſimũ. quod ſimplex, ac per ſe paratiſſima, eſt admodum philoſophicum. quod non uiolenta, proculdubio pium. quod adeſt ubiq;, quod'ue cogimur adhibere aquam, aut petram, aut hiatum terræ, diuiniſſimum merito iudicatur. Decebat & inter prima laudare, quod eiuſmodi uaticinii gratia ne ab uno quidem negotio uitæ diſtrahimur, neque tempus cõterimus ullum. nemo enim poſthabitis neceſſariis, præſentibus'q; negotiis, cubitum abit domum ad ſomnium conſtitutum, ſed tẽpus ipſum duntaxat, quod neceſſarium eſt animali conterere naturæ inſtaurandæ gratia, cum ſubſtantia nobis ad perpetuam uigiliæ actionem ſufficere nequeat, tempus inquam hoc nobis, hoc ipſum ultro largitur, quod & dici ſolet, otium negotio maius, coniungens nimirum optabile. neceſſario, ac bene eſſe, cum ſimpliciter eſſe. Contra uero circa præſagia, illa, quæ inſtrumentis uariis aduenire ſolent, optime nobiſcum actũ exiſtimandum eſt, ſi, dum plurimam uitę partem ſibi uendicat, interea concedant aliquid cæteris uitæ uſibus, atque actionibus. Quibus ſiqua in parte prorſus mentem intenderis, difficile admodum ad hanc ipſam iuuaberis uaticinio. non enim eſt cuiuſlibet temporis, aut loci apparatum, ſupellectilem'q; capere ritibus ſacris ſubminiſtrantem. neque facile eſt ſecum circunferre inſtrumenta ſolennibus neceſſaria. Atque, ut alia prætermittam, ubi nuper coaceruata ſupplicia ſunt, immitis quædam eſt oneroſitas cauæ nauis, quibus cum & aliæ ſacrorum partes accedunt, deſcripti homines uidelicet, atque teſtes, ſic enim dictu uerius eſt, quando noſtrum hoc ſeculum multa per legum miniſtros ſolet enuntiare, quorum opera iam diuulgati ſacrorum ritus in profani uulgi conſpectũ, auditum'que uenerunt. Præter enim id, quod infeſtum eſt, atque miſerum (ut arbitror) his incumbere Deo proculdubio eſt inuiſum, nam non expectare uolentem aliquem, ſed impulſu, uectibus'que mouere, nihil aliud eſt quàm uim inferre, quod quidem nec apud homines factum conditor ipſe legum reliquerit impunitum. Itaque præter hæc omnia, quæ perardua ſunt apud eos, qui futurum ita rimantur, accedit & actionis ipſius intermiſio frequens, & dum uagamur extorres, artis ipſius obmiſſio. non enim leue opus eſt oberrantes paſſim ſarcinas ad eiuſmodi uiaticum ſecum ferre. Vaticinii uero ſomnio uenientis ipſe quiſq; eſt inſtrumentum, ut neque uolentibus quidem oraculum eiuſmodi dimittere liceat, ſed cum manentibus permanet, cum peregrinãtibus ęque commigrat, commilitat quoq;, ſimulq; ciuilia tractat, corruſticatur, atq; commercat'. Vaticinium hoc nec inuidæ ciuitatis leges uetant, neq; uetare

possent, etiam si uoluerint. non enim habent, quo uaticinantem eiusmodi reprobent. quid enī dormiētes iniuriamur? sed neq; tyrannus insomnia uidere prohibeat, nisi forte somnum ex urbe procul expulerit, sed & dementis esset impossibilia uelle, & impii, mandare naturæ, Deoq; contraria.

¶ Quàm utile uaticinium, & optandum, præsertim per somnia.

a D hoc igitur uaticinium accedere decet fœminas, atq; uiros antiquos, & iuuenes, pauperes, atq; diuites, priuatos, & principes, rusticos, & urbanos, elegantes, atque plebeos. non genus, non ętatem, non fortunam, non artem aliquam respuit. omnibus passim adest propheta paratus, consultor bonus, & tacitus, sacrorū pręceptor, atq; discipulus. prædicit quidem bonum, ut anticipans usum uoluptatem habeat longiorē. prædicit & malum, ut caueamus incommodum, atq; propulsemus. etenim quæcunq; siue species genus hominum nutrientes optima, blanda'q; porrigunt, siue metus affert, prouida, & utilia omnia somniis insunt, atq; a` nullo prorsus ita sperare psuademur, tametsi sperandi munus adeo in natura plurimum est, atq; salutare, ut sophistæ prædicent elegantes, nec optaturos fuisse homines uiuere sic affectos. quemadmodum sunt ab initio constituti. Respuerent enim sic uiuere difficultatibus uitæ compulsi, nisi Prometheus naturæ spem ipsam inseruisset, tanquam perseuerandi in uita remedium, cuius illecebris irretiti, quod expectant in futurum, præsenti statu fidelius arbitrantur. Habet autem spes ipsa uim tantam, ut uinctis compedibus, siquando licuerit, inciderit'q;, pro uoto sperare (ut ita dicam) soluitur. militat, subito duplo proficit. Paulo post regit manipulum, mox ducit exercitum, uincit, mactat, coronatur, conuiuia ponit, mensam parat, si placet, siculam, si libet, & medicam. Interea oblitus est pedum, donec iam est ducturus exercitum. atqui hoc est re uera somniantis, & uigilantis, insomnium. nam circa idem subiectū uersantur utraq; scilicet circa naturam phantasticam, quam quoties formare statuimus imaginibus, unam hanc in primis affert utilitatem. delinit enim uitam nostram lætitia, animæ'q; spe uaga blanditur, atq; ita nos a` sensu reuocat molestorum.

¶ Exhortatio ad uaticinium somnii comparandum, atq; de imaginationis efficacia.

q Vando uero natura phantastica proprio munere nobis præsidens spem nobis excitat, id autem accidit somniantibus, somniale promissum tanquam dei pignus, habemus. quamobrem iam aliquis animum suum alacriter instruens tanquam grandioribus usurus muneribus, quæ in somnium proposuerat, lucrum reportat geminum, tum quod ante rem ipsam gaudet, tum quod partis aliquando rebus scienter utitur, propterea quod iandiu de his fuerit meditatus, tanquam uitæ admodum competentibus. Iam uero quam Pindarus spem laudauit de uiro scilicet felice locutus dicens, spem huic almam cor dulce nutrire, eumq; comitari, quæ mortalium undiq; nutabundam mentem maxime regit, eiusmodi spem inquam ab eo decātatam. dixerit aliquis, non esse fallacem hanc, quæ decipit uigilantes, quam ipsi nobis effingimus, sed totum hoc ad somnialem speciem potius attine re, atq; Pindaro dictum ad celebrandam partem exiguam somniorum. Vaticinium igitur somniale una` cum arte prosequens, quod apparet, speciem exhibet firmiorē, ut non utilioris esse generis non uideatur. Penelope uero apud Homerum duas somniorum portas inducit, affirmat'q; dimidium esse fallax, quoniam somniorum sapientiam non habebat, si enim artem scite ad hæc habuisset, omnia utique per portam corneam traduxisset. Inducitur ergo illic redarguta, insciti am'q; confessura circa ipsam uisionem, cui non credidit, cum credere debuisset, Anseres quidem proci. Ego uero Vlysses sum aquila, hic autem erat cōtubernalis, atq; id erga illum de uisione nugabatur. Videor equidem Homerum hic audire dicentem, non decere diffidere somniis, uel utētium debilitatem ad uisorum transferre naturam, apud quem nec Agamēnon iuste somnium criminatur, ut fallax, cum male accepisset oraculum de uictoria dicens, iubeo te thoracibus armare galeatos Achiuos. nunc enim ceperis amplissimā urbem. Properat igit' Agamēnon tanquā repente propriis uiribus urbē expugnaturus, ubi qđ omnino dictū est, ab oraculo obaudiuit, neq; seruauit. Inquit enim oraculum, superabit sane`, si totum omnino exercitum græcorum armauerit, at uero neq; Achilles tunc, neq; Myrmidonum phalanx processit in prælium, pars nimirum exercitus præstantissima.

Quantam

¶ Quantam spem nobis uaticinium somnii præbeat.

m Vltas utiq; laudes accumulauimus, uerūtamen quasi desipui. quod enim uaticinium somniale connauigat nobis, & cōmoratur, commilitat, & cōmercatur, omnibus'q; omnia comministrat, pauloante prædiximus. beneficia uero mihi inde collata non dum memoraui, tametsi in nullo magis quàm philosophiæ commercio, cum hominibus communicare solet, multa sane` uigiliæ dubia, postquam dormitum accessimus, partim patefacit omnino, partim nobiscum ambigit, & nunc quidem qui somniat interrogare uidetur, & discere, nunc etiam inuenire. Mihi quidem sæpe libros mecum una`, mētem enim instruxit, orationē composuit, diem partim quidem describeret, partim etiam commutaret, quandoq; uero & totam linguæ dispositionem stolidam, atq; tumentem nominum nouitate ob nimium attheæ linguę antiquioris, durioris'q; amorē uaticinium hoc per deum corrigēs, & partim quidem dictans, partim uero, quid sit, ostēdens, tumores quosdam ingenitos linguæ deliniens leuigauit, tumorem expulit, modumq; adhibuit. Atqui & dum quādoq; uenarer, uires mihi, insidias'q; subministrabat aduersum feras arte quadam currentes, atq; latentes, quandoq; etiam defatigato, castra'q; dissoluēti instare præcepit, promisit'q; fortunam in dominam, adeo, ut dulce foret uenationibus immorari alacriter cōfidenti. Diuinatio uero eiusmodi cum primum deesset, domina aderat, & fortuna. hæc sane` monstrabat examina irretitarum, captarum'q; ferarum. mihi quidem uita libri sunt, atque uenatio, quoniam nunquam legationibus fungi desyderaui, existimans non conferre tres annos e` uita uidere nefastos. uerum & tunc plurimum hoc uaticinio, & maxime sum adiutus. Insidias enim contra me magorum animas citā tium reddidit impotentes, tum patefaciens occulta, tū ex omnibus discriminibus liberās. Itaq; & publica mihi disposuit, ut ciuitates optime regerentur. Regi quoq; magno maiori me fiducia, quàm græcorum aliquem unquam, conciliauit.

¶ Somnium affatim nobis uaticinia præstat.

Æteris quidem cura est aliorum, hoc autem adest omnibus, bonus unicuique dæc mon, atque iis, qui uigilantes meditati sunt artificiose aliquid inuenire, præceptor ccurrit. A deo sapiens res est anima otium agens a` sensuum colluuione forensiū animæ naturas undique inferentium alienas. Anima nanque quotcūque species habet, & quotcunq; accipere solet a` mente facta, quandoq; sola perspicuas exhibet ad interiora conuersis, & quæ ueniunt a` diuino traducit. Nam animæ ita se habenti Deus quoque mundanus se prorsus adiungit, propterea quod animæ ipsius natura ex eodem simul, atq; ille profluxit. Hæc igitur genera somniorum diuiniora censentur, atq; uel omnino, uel quasi penitus integra sunt, atque perspicua, minime'q; artis indigent adminiculo. Sed hæc quidem solis contingunt hominibus uirtute uiuentibus, uel per prudentiam, uel per consuetudinem acquisita. sin autem aliquando & aliorum alicui forte contingant, uix quidem, quamuis forte accident. Verum non in exiguo quodam somnium generosum cuilibet accidet, reliquum uero multiplex atque communissimum genus, illud est omnino reconditum, cuius gratia artem necesse est adhibere. originem nanque habet absurdam (ut ita dixerim) atque monstrosam. cum'que ex talibus quibusdam pullulet, progreditur obscurissimum. sic enim somniorum se res habet, ut dicam.

¶ Vaticinium somniorum præsto` omnibus adest.

a B omnibus, quæ uniuersi natura comprehenduntur, siue sint in præsentia, siue facta fuerint in præterito, siue futura dicantur, nam & hi sunt quidam existētiæ modi, idola profluunt, & ab eorum substantia iugiter euibrantur. si enim sensibile qd libet est εἴδωλος, ideſt species in materia, cū materia simul extensa. deprehendimus autem ex composito materiam foras effluere. ratio certe dictat, formarum quoq; naturā extrinsecus per idola deriuari, ut ex utraq; parte ea, quæ in generatione uersantur, ab ipsa entis dignitate degenerent. Omnium uero, quæ diximus, idolorum a` rebus ubique manantium spiritus ipse phantasticus speculum est certe clarissimum. Aliter enim circūeuntia, & a` statu labentia, tum ob indefinitatē essendi, tum quia a` nullo entium cognoscuntur, cum primum irretiuntur in spiritus animales, qui & ipsi quidem sunt Idola, sed in natura habētia sedem, his p-

tinus innituntur, & tanquam in domiciliis conquieſcunt. Eorum igitur, quæ facta ſunt, utpote, quæ in eſſendi actum iam proceſſerunt, perſpicua paſſim idola demittuntur, donec temporis diuturnitate debilia tandem, exigua'q; euadant. Eorum uero, quę in præſentia ſunt, utpote, quæ adhuc in ſe cõſiſtunt, ualidiora prorſus, & manifeſtiſſima ſimulachra perueniũt, ſed futurorum indefinita ſunt, & admodum indiſcreta. Sunt enim hæc præuolumina quædam rerum non dum præſentium & effloreſcentiæ, quædam adhuc imperfectæ naturæ quaſi proſilientes foraſq; ſaltantes, & tanquam deliteſcentium ſeminum obſcura ſignacula. Hanc ob cauſam ad res futuras opus eſt arte, ab eis enim idola obumbrata, imagines'q; obſcuræ procedunt nimirũ non ut a` preſentibus manifeſtæ.

¶ Ab omnibus profluunt ſimulachra, quorum ſpeculum, receptaculum'q; eſt ſpecies ipſe phantaſticus.

m Irabilis quidem natura imaginum, ita ſe prorſus habẽtium, ut a` rebus non dum effectis efficiantur. Itaq; iam aliquid de hac arte dicendum, qua ratione ualeat comparari. Optimum eſt in primis, ita diuinum ſpiritum præparaſſe, ut dignus euadat, cui intellectus, & deus innoteſcat, atq; præſideat. Imaginum uero indefinitarum non ſit amplius ſuſceptaculum. educatio autem ſpiritus optima eſt, tum per philoſophiæ ſtudium perturbatos ſedare animi motus, quibus excitatis, ſpiritus ipſe quaſi regio quędam penitus occupat', tum p moderatũ, tẽperatum'q; uictum, & aĩal ſic afficere, ut minime incitabundũ ſit, & ita componere corpus ultimum, ut fluctus minime moueat, nam uſque ad primum unda redundat. Opotet autem primum ſemper inconcuſſum, imperturbatum'q; ſeruare. Quoniam uero id optare quidem unicuiq; facile, conſequi uero præ cęteris arduum, nos autem deſyderam⁹ ſomnium eſſe nullis inutile. age iam uel in rebus indeterminatis terminum aliquem perquiramus. hoc eſt artem circa idola, ideſt imagines ſtatuamus. habent ſe uero hunc in modum.

¶ Quomodo ſomnia interpretari poſſimus.

q Vi frequenter maria nauigant, ſiquando ſcopulum aliquem obuium habent, in quem aſcendentes urbem aliquam inde proſpiciant, quoties eundem ſcopulum uiderint, eandem inter ſe ſignificant ciuitatem. quin etiam ſæpe duces exercitus, quos non dum uidemus, interim a` pręcurſoribus ſtatim affore coniectamus, nam & antea ſemper eiſdem percurrentibus ſubſequi conſueuerũt. eadem ratione p idola res ubiq; futuras præſignare ſolemus. Antecedentia enim ſunt eadem rebus eiſdem ſimilia'q; ſimilibus. Quemadmodum igitur gubernatoris ignauia eſt, eadem occurrente ſcopulo non agnoſcere, neq; prædicere quibus litoribus applicat, talis'q; gubernator coniecturarum ſubſidio caret, Sic & qui in idem uiſum ſæpius incidens, niſi iam deſignauerit, quem potiſſimum euentum ſibi portenderit, ſiue paſſionem, ſiue fortunam, ſiue actionem, uita dementer utitur, non aliter, quã naui gubernator eiuſmodi. Solemus & iouia ſigna in aere circunfuſo notare, ſic circa lunam orbicularem aream intuentes procellas fore uaticinamur. quoniam eandem intuitis, ſæpius cõſecuti ſint uenti. huc tendit & poeticum illud, hinc ſane` tempeſtas, hinc tranquillitas deſignatur orbicularis, nãque area fracta uentos, euaneſcens uero portendit tranquillitatem. duo quidem circuli tempeſtatem præcedunt. uehementiorem uero portendit procellam circulus triplicatus, magis etiam ſi niger occurrerit, magis inſuper ſi frangat', ſic in omnibus & Ariſtoteles, & ratio dictat, ſenſu quidem memoriam, memoria uero experientiam, atque peritiam, hac artem deniq; comprobari. Similiter & circa ſomnia debemus incedere.

¶ Non poteſt cõmunis, eadem'q; regula ſomnioꝝ interpretandoꝝ ſingulis adhiberi.

p Leriq; libros de obſeruantia ſomnioꝝ eiuſmodi multos compoſuerunt. Ego autem hæc omnia rideo, iudicans prodeſſe perparum. non enim ſicut corpus hoc ultimum, ideſt elementorum inter ſe conciliatorum, coitus ſuſcipere poteſt artẽ uniuerſalem, ſermonem'q; naturæ pariter ſubſequẽtem. nam ut plurimum eadem patitur ab eiſdem. cum in rebus conformibus exigua ſit inter ſe diſcrepantia, quod'ue in eis præter naturam ſe habens ægrotat, latere non ſolet. ideo'q; nec utimur tali quadam indice regula, non inquam

non inquam, ita ſe habet ſpiritus ipſe phantaſticus, ſed & ab origine prima alius diſcrepauit ab alio. alius enim cum ſphæra congruit alia, quatenus in eius contemperatione, illa prævalet aut illa. Hinc poeticum illud, præcipue uero animæ beatiſſimæ animarum cœlitus in terram profluunt, atq; illæ præ cæteris opulentiſſimæ, & inęſtimabilia fila ſortitæ, Quæcunq; munus ſortitæ ſunt a` ſplendido Rege, & quæ ab ipſo Ioue ueniunt potentis filo neceſſitatis, hoc inſuper erat, quod cla'm innuit & Timæus, ubi tradidit unicuiq; animæ collegam ſtellam, ſiue conſertam. Animæ uero, & a` natura ſua delapſæ, ex eo, quod circa materiam libentius habitant, hæc quidem minus, illa uero magis, quatenus unaquæq; ipſa quaſi lancis inclinatione uſa eſt, infeliciter ſpiritum inquinauit. Inhabitant igitur corpora ſic affectæ, tota'q; inde uita in delicto, morbo'q; ſpecies agitur, certe præter naturam, quantum ad generoſitatem ſpecies attinet, ſecundũ uero naturam quantum ſpectat ad animal, nam a` ſpiritu ſic affecto eſt animatũ, niſi & ipſi natura ſit ordo, in quem a` ſeipſo eſt, ordinatur, prauitate, uirtute'q; utens, nihil enim æque, ac ſpiritus, facile eſt, atq; uertibile, Quonam igitur pacto in rebus inter ſe diſſimilibus, tum natura, tum lege, tum paſſionibus reſultant, & appareat eadem ab eiſdem? certe neq; fit ita, neque fieri poteſt, Quo enim modo aqua turbida ſimul, atq; perſpicua, ſiue agitata ſimul, atq; quieta ſub eadem forma ſimiliter affici poteſt? ſin autem & conditio turbida alia ſit, in alio ſecundum colorum differentias, atq; ipſi motus in configurationibus uariis, ſic utiq; unum quidem erit genere aberrare a` ſyncera prorſus imagine, ſpecie uero diuerſum. Siue igitur Phemonoe, ſiue Melampus, ſiue alius quiſquam profiteatur communem de rebus eiuſmodi regulã definire, ac penitus ordinare, quæremus ab eis, nunquid ſpeculum, tum rectum, tum peruerſum, tum ex materiis diſſimilibus ſimilem obiecti reddere poſſit imaginem? Sed illi nec a` principio quidem de ſpiritu philoſophati ſunt quicquam. Proprium uero ipſorum ſpiritum, utcũq; ſe habeat, omnium eſſe regulam exiſtimant, & examen, atq; ego quidem non nego per omnia inter ſe differentia, congruentiam quoq; aliquam inueniri, ſed enim ipſum, quod obſcurum eſt, diſperſum, euadit obſcurius, erat & ab initio difficile cognitu rei præxiliẽtis idolum. Difficilius quoq; in uno quoq; modo, more'ue percipere aliqd communi uiſo perſimile, atq; prorſus accommodatum.

Vnuſquiſque ſomnia ſua, & ſuos inde obſeruat euentus.

h Is de cauſis nullo modo ſperandum eſt, leges inſomniorũ ſtatui poſſe cunctis æque communes, debet autem potius unuſquiſq; ſe ipſum quaſi artis habere materiam, & in memoria ſcribere poteſt qualia uiſa, in quales euentus inciderit. non enim difficile admodum habitus congregabit circa rem, quam uſu quodam, uel indigentia meditatur, uſus nãq; neceſſitas'ue meditationem memoriæ ſuggerit, Præſertim quando ubiq; materia ſuppetit, In ſomniis autem nihil eſt abundantius, nihil iterum, quod animos ad ſe magis adducat. Nam & ſtultos compellunt ad aliquid de ſomniis meditandum, atq; curandum adeo, ut turpe ſit futurum, homines implentes a` pubertate decennium altero uate adhuc indigere, nec iam penes ſe ipſos multas eiuſmodi artis regulas cumulaſſe. Operæpretium utiq; foret, uiſa, & accidentia ſigillatim, tum uigiliæ, tum ſomni, literis commendare, niſi conſuetudo ciuilis nouitatem huius excogitationis horreret. hac ipſi uenia iudicamus diurnalibus annotationibus, annotationes quoq; nocturnales eſſe quotidie coniungendas, atq; ita utriuſq; uitæ humanæ ſtatus tenere actus commentariis commendatos. uitam nãq; aliquam in imaginatione poſitam ratio poſuit, nunc quidem meliorem media uita, nunc uero deteriorem. Quantũ uide licet ſanitatis, aut morbi ſpiritus habet. Sic igitur ſi ſedula quadã opera obſeruationẽ huiuſmodi proſequamur, ex qua ars paulatim accumulatur, dum nihil dilabitur e` memoria, & alioquin urbana hæc erit oblectatio, & exercitatio animi, dum noſtra, tum uigiliæ, tum ſomni honoramus hiſtoria, & ad eloquentiam hæc exercitatio conferet. Quibus enim curę eſt exercitatio linguæ nullũ (ut arbitror) eſt inuentũ hoc accõmodatius ad dicendi facultatem in omnibus exercendã. ſi enim Lemnius ſophiſta ſcripta quotidiana tradit eſſe optimos præceptores ad ſingula paſſim apte dicẽda, propterea quod neq; minima negligant', ſed oporteat omnia tũ grauia, tum leuia eloq, cur non etiã nocturnas annotationes interpretationis gratia colere debeamus?

Quàm uaria, & fallax, & laſciua ſit in ſomniis phantaſia.

n Querit utiq; aliquis quantum opus aggreſſus fuerit, qui ſermonem uiſis adæquare uoluerit, in quibus ſeparãtur quidem, quæ natura cohærent, coniunguntur autem, quæ ſunt natura diſcreta, atqui & ratiõe, diſputatione'q; opus eſt ad hæc, ut uiſum,

quod non occurrit, occurrat, neq; etiam leue opus est motionem prodigiosam, atq; obsurdam suborientem animę in alterum traducere modum. Quando uero phantasia expelluntur quidē ab essendi munere, quæ sunt, introducuntur uero uicissim in esse, quę nusquam, & nullo modo uel sunt, uel naturaliter existere possunt, quisnam modus est uisis intrinsec⁹ incogitabilibus ab struere naturam prorsus innominabilem. Hæc autem ista neq; species multas, simulq; omnes, neq; cum tempore ferens ostendit, tametsi hæc, ut habet, & porrigit somnium, incidunt. Puta mus enim quicquid uoluerit animis occursurum, in quibus sane omnibus exprimēdis longius immorari, & id quidem absq; ineptitudine perfectissimi oratoris est opus, exultat quidem hæc insomniorum iactabunda materia aduersus ipsam dignoscendi naturam, plus aliquid inferēs, quam simplex existimatio ferat. neq; enim absq; passione circa uisa uersamur, sed uehementes quidem constitutiones, affectionesq; contingunt, odia quoq; non minima ueniunt, & frequentia circa hæc ueneficia dormientibus imminent. uoluptas sane tunc maxime prævalet, atq; hic uitæ status propensius admodum blādissimis illecebris est obnoxius, usqueadeo, ut suboleſcāt animo amores, & odia in uigiliam duratura.

Quam prodigiosa in somniis uarietas phantasiæ.

I quis autem non uana sit locuturus, sed cuius gratia sermo est institutus absolutu-
t rus, in hac ipsa uidelicet affectione, eiusdemq; existimationibus, perceptionibusq; constituere auditorem, uerbis utiq;, quæ moueantur, egebit. Iam uero & aliquis simul uicit, gladiat', uolat, capit enim omnia phantasia. Oro uero quomodo capiet' dormit aliquis somnium, & insomnia uidet, ac surgit interea dormiens, ut existimat, & iacens excutit somnum. Philosophatur & aliquid de apparente somnio, utrunq; nouit, atq; hoc est somniū, illud uero duplex. deinde non adhibet fidem, putatq; quod adest, esse uerum, & quæ apparent, esse uiuentia. Hinc ergo totis uiribus concertatur, & somniat aliquis certamen aduersus se ipsum, tum dimittere, tum etiam excitare, periculumq; sui facere, & fallaciam deprehendere. Ferunt sane Aloadas pendere pœnas, quod thessalicos montes superextruxerint contra deos. dormientem uero nulla ineuitabilis sententiæ lex aliquando uetat seipsum in altum a terris attollere fortunatius Icaro, & Aquilas superare uolatu. summas quinetiam sphæras superuolare, ubi & aliquis eminus orbem terræ conspyderat, & hūc non inspectum lunæ significat. Licet & disputare cum stellis, atq; cum diis occultis in mundo congredi. Quando enim factu difficillimum est, fit ibi facillimum, tūc manifesti palam dii prorsus occurrūt, neq; horum nulla est inuidia. Paulopost in terris residet, neq; processit quidem, sed ptinus adest, nihil enim magis est proprium somniorum, quam intercipere medium, nec agere tempore, sic utiq; statim loquitur cum ouiculis, atq; balatū putat esse sermonē, & quæ loquunt' intelligit, adeo itaq; noua, adeo lata est argumentorum materia, prouincia'q; tractandi, siquis in somniis contenderit accommodare sermones. arbitror equidem fabulas quoq; suam ab insomniis licentiam, & copiam accepisse, in quibus pauo loquitur, et uulpes, & mare, tametsi hęc exigua sunt, si cum insomniorum licentia conferantur. atqui fabulæ, quāuis sint pars minima somniorum, tamen a sophistis coluntur, ac dignæ interpretatione censentur. deceret uero quibus principiū artis est fabula, eisdē insomnium esse finem, præsertim cum non frustra in his dicendi facultas exerceatur, quemadmodum nec in fabulis temere, sed profundioris sententiæ aliquid ibi lateat.

Quod utile sit uitæ simul, & eloquentiæ notare quotídie, quæ somniaueris, quæ feceris, quæ tibi contigerint.

Ccingat se igitur unusquisq;, cui datur otium, suppetit'q; uictus ad omnia cōscriben-
a da, quæ uel uigilanti, uel dormienti contingunt, expendat in hoc temporis aliquid, a quo quidem optimum est, quod alibi intelligētia comparatur uaticinium, scilicet artem, quā laudauimus, congregare. qua quidem re nihil esse potest utilius, quineti am neque dicendi ratio, hinc obiecta erit tantarum consequentia rerum. Philosopho sane tractatus eiusmodi ludus erit, atque solatium, dum nimiā mentis remittet intentionem, quemadmodum Scythæ sagittarii solent arcum. Rhetori uero tanquam demonstrationū suarum summam & apicem eiusmodi statuemus. quoniam non opportune dicendi facundiam, uehementiam'q exercere uidentur. Milciadi inquam, atq; Cimoni, & quibusdam etiam ignobilibus, ac opulento, &

opulento, & inopi, ciuilia quoq; habentibus odio. Pro quibus equidem antiquos etiam uidi uiros in theatro acriter concertantes, quāquam erant philosophiæ nomine uenerabiles, & uterq; (ut uidebatur) produxerat barbæ talentum. Verum non prohibuit eos professionis reuerentia in conuitia, iurgia'q; efferri, & immodeste circumuertere manus in disponēdis sermonibus abū de pro uiribus, sicut ego tunc arbitrabar, idoneis. ut autem retulerunt, qui me postea docuere, neq; tunc erant illi, neq; aliquādo fuerant, nedum idonei, sed nec ab initio in natura. quo enim pacto ciuilitas erit eiusmodi, quæ uictori præmium dederit interficienti ciuem aliter de Repu. sentientem? Iam uero quicunq; nonagenarius figmentum adhuc meditatur, atq; contendit, in quod non tempus uerborum differat ueritatem. Omnino nomen quidem ipsum meditationis intelligere mihi uidentur, ubi aiunt propter aliud se studere, hi autem apparatum esse finem existimarunt, uiamq; ipsam, qua oportet incedere, pro termino coluerunt. Ipsam nāq; meditationem fecere certamen. Quemadmodum siquis tum in palæstra exercuerit strenue manus Pancratium in ludis profiteatur olympicis, adeo igitur & mentis ariditas, & affluentia uerborū homines occupauit, ut esse uideantur aliqui in dicendo quidem potentes. non habētes autem qd sit eloquendum. cum tamen oportuerit, ita se comparasse quemadmodum Archilocus, & Alcæus, quorum uterq; propriæ uitæ gratia erogarunt uocis canore dulcedinem. itaq; posteritas memoria tenet, quibus oblectabantur, quibus ue dolebant. non enim in argumentis confictis uanos effudere sermones, quemadmodum recens hoc sapientum genus facere solet, neq; aliis suum largiti sunt bonum, sicut Stesichorus, & Homerus, qui genus quidem heroicum carmini bus suis illustrius reddiderunt, unde & nos ad uirtutem profecimus imitandam. Illi uero, quantum in eis est, neglecti uidentur, de quibus nihil amplius habemus dicere, nisi quod strenui fuere poetæ. Quisquis igitur apud posteros exoptat memoriam, confidit'q; mandare posse literis immortalia prosequatur scribendi rationem a nobis præter communem consuetudinē in præsentia comprobatam. Deponat se ipsum audacter apud tempus. Fidus enim est custos, quando secundum deum huic aliquid creditur.

EX MICHALE PSELLO DE DAEMONIBVS INTERPRES MARSILIVS FECINVS.

Atura dæmonum non est absq; corpore, sed habet corpus, & uersatur circa corpora, quod & uenerandi patres nostri iudicauerunt. sunt & q afferant dæmones propria cum corporibus præsentia sibi apparuisse. Atq; & Basilius diuinus mysteriorum nobis occultorum inspector nō
n solum dæmonibus, sed puris etiam angelis corpora tribuit, uelut spiri
» tus quosdā tenues, & aereos, atq; puros, & testem affert Dauidem di-
» cētem. Qui facit angelos eius spiritus, ac ministros eius flāmeos, atq; id quidem necessarium est. oportet enim, ut diuinus asserit Paulus, spiritus ministros, qui mittuntur, corpus habere, quo mouentur, gradūq; sistant, palam'q; appareant, nouerunt enim hæc ministeria non aliter, quam corpus aliud perfi
* ci posse. quod si cubi legas in scriptura eos incorporeos appellari, respondeo & nostros, & alios solere corpora quidem crassiora corporea nominare. Corpora uero tenuia, & quæ aspectū, tactum'q; effugiunt, incorporea frequenter cognominare. Non est autem corpus idem cognatum angelis, atq; dæmonibus. Angelicum enim corpus radios quosdam effundēs alternis oculis sustineri non potest, eis penitus euanescens, dæmonicum uero si unquam tale fuerit, eloqui nescio. uidetur autem tale aliquando extitisse. cum Isaias nominet angelum, qui cecidit, lucifer rum, nūc uero alioquin obscurum, tenebrosum'q; existit. ac si coniugato lumine nudatum ocu lis offeratur, molestum nobis occurrit, & angelicum quidem materiæ penitus expers, quapro pter & per uniuersum solidum penetrat, atq; pertrāsit, minusq; etiam quam solis radius passionibus est obnoxium. Solis nanq; radium per corpora diaphana, atq; tralucida procedentem, si ue ingredientem obstacula terrena, & opaca obstantia detinent adeo, ut sustineat fractionem, utpote qui ad malum cognationem habeat. Corpori uero angelico nihil horum obstat, utpote quod nullam a quoquam oppositionem patitur. quippe cum horum nullis in ordine cōgruat, uel natura. corpora uero dæmonica quāuis ob tenuitatem inuisibilia sint, attamen materialia quodammodo sunt, passioni'q; subiecta, præsertim quæcunq; loca subterranea subiere. Hæc. n. adeo concreta sunt, ut tactui subiiciantur, pulsata'q; doleant, & igni propinquātia comburant',

adeo ut horum quædam cinerem quoq; relinquant. Quod quidem apud Thuſcos Italiæ popu
los accidiſſe, hiſtoria traditur, neq; ego hæc loquor quaſi poeticam fabulam, monſtra'q; in me
dium afferens Cretenſium, Phœnicum'q; more, ſed ex ipſis ſaluatoris uerbis perſuaſus hæc af
firmo, quæ tradunt dæmones igne torqueri, ut pote qui, propterea quod corporei ſunt, pati poſ
ſint. Quo enim modo pati poſſent, ſi incorporei forent? quod enim incorporeum eſt pati a' cor
pore ne fingi quidem poteſt.

Sex dæmonum ſpecies, quomodo ſe tranſforment, ſe nobis inſinuent, nos moueant.

a Ccepi uero multa de his ab eis, qui ſeipſos dediderunt ſtudio eos in aſpectum pro
uocandi, tametſi nil tale unquam uiderim, neq; uidere dęmonas optem. Verſatus
uero ſum cum aliquo, qui in cherrhōeſo Græciæ contermina ſolitariam uitam egit,
Marco nomine. hic in Meſim fluuium genus ſuū referebat, ac ſiquis alius in dæmo
num cultu profecerat, inſpexerat'q; apparitiones dæmonum, hæc ergo ante tanquam uana, fal
ſa'q; ſpernebat, atq; deteſtabatur. deinde uero palinodiam cecinit, ueris'q; dogmatibus, & no
ſtris adhæſit. hic ergo multa, & mira quidem, & dæmonica nobis aperuit, atq; mihi interdum
interroganti, utrum dæmones pati poſſent, & ualde quidem inquit, adeo, ut nōnulli dæmonū
ſemen iaciant, atq; in puſilla quædam animalia oriantur. Tum ego incredibile inquam dæmo
nas excrementa habere, & membra genitalia. Habēt quidem inquit ille, membra, ſed nō talia.
Excrementum uero aliquod ex illis emanat. Tum uero ſubiunxit, mihi crede, ſed ego inquam,
graui in diſcrimine ſunt, ſi noſtro more nutriantur. Nutriuntur ſanè inquit Marc⁹, alii quidem
inſpiratione ueluti in arteriis, & neruis uiget ſpiritus. alii uero humore, ſed non ore, ut nos, im
mo uero ſicut ſpongiæ, atq; oſtrea, exugentes quidem humorem extrinſecus adiacentem. Rur
ſus autem quod in humore concretius eſt ſecernentes. id uero non patiuntur omnes, ſed ſolum
genera dæmonum materiæ proxima, genusq; dæmonum, quod odit lucem, & aquatile, atq;
ſubterraneum. At hæc interrogaui, ſunt'ne o' Marce multa dęmonum genera? multa inqt, atq;
diuerſa, tum ſecūdum formas, tum ſecundum corpora, adeo, ut & aer, qui ſupra nos eſt, & qui
circa nos, ſit plenus dæmonū. plena & terra, mareq;, & loca abdita, atq; profunda. Niſi mo
leſtum eſt, inquā, enumera. Sex generaliter inquit, ſunt genera dæmonum, neq; uero noui,
utrum locis diuidere oporteat dęmonas, in quibus uerſantur, an potius ex eo, quod uniuerſum
dæmonum genus amore afficiatur ad corpus. Eſſe uero noui ſenarium numerum corporeum,
atq; mundanum. In eo enim circunſtantiæ corporeæ ſunt, atq; mundus per hunc compoſitus
eſt. ſiue quia hic numerus primus eſt, qui componat triangulum ſtalenum. Eſſe uero proprium
æquilateri diuinum, atq; cœleſte, ut pote quod ſit ſibi ipſi æquale, ac difficile moueatur ad ma
lum. proprium uero ęquicrurii genus humanum uti. quod uno quodam ab inſtituto aberret, ex
pœnitentia uero fiat melius. Scaleni uero proprium dæmonicum tanquam inæquale, nec ullo
modo propinquans bono. ſiue igitur hoc, ſiue alio modo res ſe habeat, ſex omnino ille genera
dæmonū enumerabat, & primū quidem prima lingua barbare nominabat leliureon. i. igneū,
quod circa ſublimiorem aerem peruagari dicebat. omne nāq; dæmonicum ex lunaribus regio
nibus, uelut ex templo profanum aliquid exterminari. Secundū uero genus, quod in aere pro
pinquo nobis oberrat, quod & a' multis propriæ aereum nominatur. Tertium, terrenum, quod
plurimum circa terram uerſatur, terrenis'q; aduerſatur multis rationibus, atq; machinis. Quar
tum, aquatile, & marinum, quod humoribus ſe immergit, ac libenter circa lacus, & fluuios ha
bitat, multos'q; perdit aqs, & in mari fluctus excitat, ac tempeſtates, nauigia'q; uiris onuſta fun
ditus ſubmergit, multos'q; obruit undis. Quintū, ſubterraneū, quod habitat qdem ſub terra, ſua
dit autem qui puteos effodiunt, & metalla. Efficit hiatus terræ, & fundamenta concutit, flāmi
uomos uentos ſuſcitat. Sextum & ultimū eſt lucifugū, imperſcrutabile, ac penitus tenebroſum,
paſſionibus'q; frigidis uiolenter res perdens. Eſſe uero dicebat hæc omnia dæmonū genera ſic
affecta, ut & deos oderint, & hominibus aduerſent', ſed aliud alio peius. Aquatile enim, & ſub
terraneum, ac etiam lucifugum ſummopere malefica, atq; pernitioſa. hæc enim non phantaſiis
excogitationibus'q; animas deprauare, atq; lædere, ſed oberrantia ferarum more ſylueſtriū ad
perniciem hominum feſtinare. ſic aquatile quidem errantes, in aquis ſuffocare, atq; morbo co
mitiali, dementia'q; uexare. Aereos autem, atq; terreſtres arte quadam, & excogitatione inua
dere, ſic'q; humanos animos fallere, & ad perturbationes turpiſſimas, & iniquas, pernicioſas'q;
flectere. Tum ego, quonam pacto, & quid agentes hæc peragunt? utrum dominātes nobis, &
quocunq;

quocunq; placet uelut mancipia circunferentes. Non dominantur ait, ſed nobis clàm comme
morant. ſpiritui nanq;, qui nobis ineſt, phantaſtico propinquant, utpote qui & ipſi ſpiritus ſint
uerba perturbationum, & uoluptatum nobis inſonant, non emittentes quidem uocem pulſatio
ne quadam, ac ſonitu, ſed ſermones ſuos abſq; ſonitu immittentes, ſed quo nam pacto inquam
ſine uoce ſermones nobis ingerere poſſunt? Quid mirum inquit, ſi modo illud animaduertas,
quemadmodum uidelicet qui loquitur, ſi procul loquatur, uehementiore clamore eget. factus
uero propinquior inaudientis aurem ſuſurrando ſubloquitur, qui ſi poſſet cum ipſo animæ ſpi
ritu copulari, nullo ſono prorſus egeret, ſed ſermo eius uoluntate conceptus nullo penitus ſono
audienti illaberetur, quod quidem animalibus etiam egreſſis corpore contingere tradunt. Has
enim ſine ſtrepitu inter ſe uerſari. hoc utiq; modo nobiſcum dæmones conuerſantur, clàm ui
delicet, adeo, ut nec unde quidem nobis inferatur bellū, liceat perſentire. Neq; de hoc dubi
tabit quiſquis, quod aeri contingit, conſyderauerit. Sicut enim aer præſente lumine colores, &
formas accipiens traducit in illa, quæ naturaliter accipere poſſunt, ſicut apparet in ſpeculis, re
bus'q; q̄ſi ſpecularibus, ſic & dæmonica corpora ſuſcipientia ab ea, quæ intus eſt, eſſentia phan
taſtica figuras, atq; colores, & quaſcunq; ipſi uoluerunt formas in ipſum animalem, noſtrum'q;
ſpiritum trāſmittunt, multa nobis negotia præbent uoluntates, & conſilia ſuggerentes formas
ſubindicantes ſuſcitantes memorias, uoluptatum ſimulachra paſſionum frequenter concitātes
uigilantibus, atq; dormientibus. nonnunquam uero femora nobis, ac inguina titillantibus inci
tantes inſanos, & iniquos amores ſubiiciunt, & ſubacuunt. præcipue uero ſi humores calidos,
humidos'q; ad id conducentes nacti fuerint. Sed hi Plutonis galeam ſubinducētes perturbant
animas arte quadam, & ſophiſtica fraude. Reliqua uero dæmonum genera nihil excogitāt ſa
pienter, nec quicquid facile aſtu peragunt, niſi quod moleſta tamen, atq; ualde turpia ſunt, &
charonei ſpiritus more lædunt. Sicut enim ferunt ſpiritum hunc corrumpere quicquid propin
quauerit ſiue quadrupes, ſiue homo, ſiue ſit auis, ſic dæmones occurſu diri quicquid occurrerit,
ſubito perdunt agitantes corpora, animos'q;, naturales'q; habitus peruertentes. Sæpe etiā igne,
aqua, præcipitio perdunt non ſolum homines, uerūtiam bruta nonnulla. Ad hæc ego, cur nam
hi dæmones bruta rurſus inuadūt? iam uero circa Gergeſam tale aliquid accidiſſe porcis ſacra
teſtantur eloquia. Ad hæc ille, cum dæmones hominum hoſtes ſint, nihil mirū uideri debet eos
lædere. inſultant quin etiam aduerſus bruta nonnulla, non tam uoluntate nocendi, quàm uiui
fici caloris auiditate. Cum enim in locis habitēt profundiſſimis, ad ſummum quidem frigidis,
ſed humore carentibus, frigiditatem plurimam contrahunt humoris expertem, quam quidem
obſtruſi in anguſtum'q; coacti calorem humidum appetunt, & uitalem, ut'q; hunc aſſequantur
in animalia irruunt, & ratione carentia, & ad balnea, foueas'q; aduolant. Nam calorem ignis,
Solis'q; uelut comburentem, & exſiccantem fugiunt. Calorem uero animalium quaſi modera
tum, ſuaui'q; humore permiſtum diligunt, præſertim humanum, quia ſit temperatior. quamob
rem hominibus ſe inſinuantes, non mediocriter eos perturbant oppletis uidelicet meatibus, &
impletis, in quibus ſpiritus inſidet animalis, ipſo'q; ſpiritu dæmonicorum corporum craſſitudi
ne coacto, intus'q; concuſſo, ex quo accidit, ut uibrentur, concutiantur'q; corpora, uires'q; prin
cipales male in actionibus ſe habeant, ac motiones ſtupidæ, erraticæ'q; proueniant. Atq; ſi dæ
mon, qui irruit, ſubterraneus ſit, concutit, ac deſtruit occupatum, clamant'q; per ipſum utens pa
tientis ſpiritu uelut proprio inſtrumento. Sin autem lucifugorum aliquis homini ſeclam ingeſ
ſerit ſegniciem adducit, cohibet'q; uocem, hominem'q; obſeſſum, quaſi mortuum reddit. hoc
enim genus tanquam inter dæmones ultimum terreſtrius eſt, ſummopere'q; frigidum atq; ari
dum, & cuicunq; latenter irrepſerit, uim omnem animalem obtundit, & hebetat, obfuſcat, &
delet. Cum uero ratione captum ſit omnino, omni'q; intellectuali ſpeculatione prorſus orbatū,
& ductum inrationali quadam phātaſia more brutorum præ cæteris indocilium, nullis rationi
bus auſcultat, nec redargutiones metuit. quo circa recte apud multos mutum, ſurdum'q; uoca
tur, neque diſcedit ab occupatis, niſi diuina poteſtate propulſum oratione uidelicet, ieiunio'q;
accedentis. Sed ego o' Marce inquam, retentiora quædam ſapere nos medicorū ſectatores ad
ducunt aſſerentes paſſiones eiuſmodi non eſſe effectus dæmonum, ſed humorum, uaporum'q;
& uenti male ſeſe habentium. Itaq; pharmacis, & dieta non carminibus incantātium, expiatio
nibus'q; curare hæc aggredi ſolent. Tum ille, nihil mirum eſt, hæc medicos dicere, qui nihil no
uerint præter ſenſum, ſed corporibus tantum incubuerint cognoſcendis. Illa fortaſſe decebat
malorum humorum putare incommoda capitis ſomniferam grauitatem, atræ bilis anguſtias,
phreneſis deliramenta, quę lauacris, potionibus'q; uel euacuationibus, uel emplaſtris ſedare cō

Universidad de Deusto Biblioteca

ſuerunt. Inſpirationes autem, occupationesq́, quibus qui obſeſſus eſt, agere nihil poteſt, non intellectu, non ratione, non phãtaſia, non ſenſu. Aliud uero eſt, quod mouet, atq; ducit, dicitq; inſuper, quæ non nouerit occupatus, & futura nonnunquam prædicit, quo inquam pacto dicemus, hæc eſſe erraticas materiæ motiones?

Quomodo dæmones occupent hominem, loquantur, moueant, ſe transforment.

Ego igitur Marco fidem adhibeo. præſertim cum memoria teneam, quæ de dæmonibus diuina nobis euangelia tradũt. quod'ue uiro corinthio contigit iubente Paulo, & deniq; quotcunq; patrum noſtrorum ſcriptis leguntur de dæmonibus multa, penitusq; miranda. Reliquum uero eſt, ea referre, quorum ego inſpector, & quibus uelut author interfui. Profectus ſum in Elaſoniam, ubi uir quidam actus dæmõe multa multis oracula fudit. Quem ego conueniens interrogaui, unde nam ſibi facultas uaticinandi contigerit. cum uero ille aperire nollet, arcanum tandem laconicam paſſus neceſſitatem. tandem conſeſſus eſt uerum. Retulit ergo ſe initiatum fuiſſe in operibus dæmonum à quodã Aleto Liuio, qui eum nocte adduxiſſet in montem, iuſſiſſetq; herbam quãdam aſſumere, deinde in os expuiſſet, & quibuſdam unguentis oculos illiniſſet, unde ſibi dæmonum turbas uidere contigerit. ex quibus ſenſerit, quaſi coruum quendam inuolantem, osq; ſuum ingredientem ex eo tempore, atq; hactenus ſibi uaticinium adeſſe de quibuſcunq;, & quandocunq; hoc ipſum uult, quod eum mouet. in diebus enim crucifixionis, & in die uenerandæ apud nos reſurrectiõis mihi ait, nihil etiam ſi ſtudioſe contenderim, inſonat. Hæc ille nũtiauit. Cum uero quidam meorum comitum irrideret eum, percuteretq; ceruicem, ait. Tu quidem paulo poſt pro una plaga multas utiq; reportabis, & aliis multa prædixit, quæ prouenerũt. Quidam ergo eum fatidicum conſpicatus tanquam muſicum inſtrumentum inſonantibus dæmonibus euaſiſſe, ſic obiecit omnes inſaniæ ſpecies paſſiones ſunt deprauatæ materiæ, potius quàm tragicæ demonum paſſiones. Ad hunc ille nihil mirum uideri debet inquit, ſi ita medicorum ſectatores iudicant, qui nihil unquam eiuſmodi uiderint. Nam & ego ita putabam quouſq; contigit prodigioſum aliquid prouidere, quod non importunum erit in præſentia recenſere, & profecto nihil mentiar. * Senex quidam, qui hoc idem palliũ induebatur. Frater meus natu maior habebat uxorem alioquin modeſtam, morbisq; uexatam frequentibus. hæc aliquãdo puerpera uehementer iam laborabat, ueſtemq; conſtringens barbare loquebatur ſermone præſentibus incognito. itaq; ambigebant omnes quid in re ardua faciendum foret, fœminæ uero quædam adducunt peregrinum quendam nomine Anaphalangiam ualde ſenem, rugoſumq;, & exuſtum, atque nigrum, qui nudato enſe, prope lectum adſtans, ira quadam apprehendit ęgrotam, linguaq; ſibi patria, ideſt armenica, acriter conuitiatus eſt. illa huic uiciſſim reſpondit armenice, ac primo quidem audax è lecto prorupit cũ eo protinus certatura. At barbarus ille, tum maxime adiuratiõibus utebat, & quaſi furens minabatur illam ſe percuſſurum. Tum fœmina ſe recepit, compreſſit, cõtremuitq;, & humilius iam locuta, in ſomnum mox incidit. Nos autem obſtupuimus ambigẽtes, quonam pacto illa locuta ſit armenice fœmina, quæ Armenios nec uidit quidem unquam, neque domeſticis laribus egreſſa eſt. cum ergo reſipuiſſet, interrogauimus eam, quid paſſa fuiſſet, & nunquid acta animaduertiſſet, uel mente teneret. Tum illa reſpõdit, ſe uidiſſe dæmonũ uiſum tenebroſum, & ſimile mulieri paſſos habenti crines in ſe irruere. unde ante quam ipſa lectũ ingrederetur, extimuiſſe. Quod uero deinceps ſecutum eſt, minime perſenſiſſe. quamobrem ego poſt hæc, ita dubitare cœpi, quonam pacto dæmõ mulierẽ perturbãs mulier appareret, nec iniuria dubitabatur, utrum dæmonum alii quidem mares, alii uero ſint fœminæ more animaliũ caducorum. Præterea quomodo dæmon lingua armenica uteretur. nam ualde dubitandum eſt, num dæmones alii græce, alii chaldaice, alii perſice, alii ſyriace loquantur. Deinde quomodo ad magi illius minas ſeipſum dæmon compreſſerit, ſtrictumq; timuerit enſem, qd enim patiatur ab enſe dæmon indiuiduus, atq; immortalis? Tum Marcus dubitationem meã animaduertens ait, nullus dæmon ſuapte natura mas eſt, uel fœmina. Compoſitoꝝ enim ſunt huiuſmodi paſſiones, corpora uero dæmonum ſimplicia ſunt ductu, flexuq; facilia, ad omnemq; confiſurationem naturaliter apta. ſicut enim nubes ſuſpicimus nunc hominum, nunc urſorum, nũc draconum, aliorumue præferre figuras, ſic & corpora dæmonum, ſed hoc intereſt, quod nubes externis agitatæ uentis figuras uarias agunt. Dęmones autem proprio cõſilio, prout ipſi uolũt, corporum formas in ſe uariant, & modo in breuiorem molem contrahuntur. modo rurſus in longiorem

longiorem ſe extendunt. Quemadmodum lumbricis uidetur accidere ob ſubſtantiam meliorem, ductuq; facillimam, neq; ſolum magnitudine in eis diuerſitas accidit, uerum etiã figuras, colores q; uariant multiformes, corpus enim dæmonis ad utrũq; eſt natura paratum. qua enim ratione eſt natura facile cedens, ſic in uarias figurarum ſpecies transformatur. qua uero aereum eſt, diuerſos aeris inſtar colores ſubit. Sed aer quidem ab extrinſeco coloratur. corpus uero dæmonis ab intima phantaſiæ actione ſpecies colorum accipit. quemadmodum nobis expaueſcẽtibus genæ palleſcunt, uerecundia uero affectis rubeſcunt. Anima uero prout ſic, aut ſic afficit. paſſiones eiuſmodi in corpus, ſimiliter traducente eadem ratione de dæmonibus eſt putandũ. Nam & hi ab intrinſeco in corpora ſua colorum ſpecies transferunt, quapropter unumquodq; dæmonum corpus propriũ inquam elegerit figuram transformans, ſpeciemq; coloris certam ad extremum uſq; corporis educens, ſic & tanquam uir apparet, & mox occurrit, ut fœmina, leonis more fremit, ſaltat ut pardalis, latrat ut canis, atq; ad utris, uaſisq; formam ſe aliquando transfert. Ac dum omnes eiuſmodi uiciſſim formas mutat, nullam earum ſtabilem retinet. Nõ enim ſolidum eſt corpus dæmonum, quo poſſit acceptas retinere figuras. Sed ſicut in aere, & aqua contingere cõſueuit, uidelicet ſiue colorem infundas, ſiue figuram imprimas, mox diffunditur, atq; diſſoluitur. ſimile quiddam dæmonibus accidit. Nam & in his figura, colorq;, & ſpecies rerum quarumlibet cito dilabitur. Docuit itaq; Marcus has maris, & fœminæ differentias non ineſſe dæmonibus, ſed apparere, nullamq; eiuſmodi formam in eis ſtabilem permanere. Sin autem è multis audiueris dæmonem ſub fœminæ ſpecie omnibus puerperis apparere, nullamq; eiuſmodi formam, ſcito, non omnes dæmones eandem uim, uoluntatemq; habere, ſed in hoc etiam illos ualde differre. Nempe in proportione quadam ſimili, qua etiam compoſita, caducaq; animalia ſe habere. ſicut enim inter hæc homo quidem intellectualis, prudentisq; potentiæ particeps phantaſticam inſuper uim cõmuniorem habet ad omnia ferme ſenſibilia explicabilem, atq; diffuſam, tum ad cœleſtia, tum ad illa, quæ circa terram ſunt, atq; in ipſa terra. Equus autem, atq; bos, & reliqua ordinis eiuſdem uim eam magis particulare, atq; ad nonnulla imaginabilia cognomina operantem, quæ præſepe, poſſeſſoresq; ſuos cognoſcit. Culices autem, & mures, atq; ſimilia anguſtiorem hanc habent, atq; indiſtinctam, neq; foramen cognoſcunt, ex quo emerſerunt, neq; locum, quò proceſſere, & quò quid eſt adducẽdum, ſed unicam tantum imaginationem habent, ſcilicet alimenti. ſic & multa, diuerſaq; dæmonũ genera inter ſe ſimiliter differunt. Nempe in his quoq; ignei quidem, aereiq; phantaſiã habent uarie admodum diſtinctam, atq; diſcretam quãcũq; imaginabilem ſpeciem elegerint. nam ad hanc ipſam ſeipſos formant. Contra uero lucifugum dæmonum genus ſe habet, eius enim imaginatio ualde anguſta eſt, itaq; formas uarias non commutat, utpote quod plures imaginabilium rerum non habeat ſpecies, neq; corpora poſſideat ad motum agilia, ad flexumq; accõmodata. Aquatiles uero, atq; terreſtres medium inter hos dæmones obtinẽtes poſſunt quidem plures formas mutare, ſed quibus maxime delectantur, in eis diutius immorantur. Quicunq; enim in humidis uiuunt, molliorem q; uitæ ductum tenent, ſe auibus, mulieribusq; ſimiles reddunt. Quapropter naiadas, nereidas, & dryadas fœminino ſexu hos cognominant. quicunq; uero in locis habitãt ſiccioribus, corporaq; habent ſubarida, quales ὀνοσκέλους eſſe ferunt, in uiros ſe tranſformãt. Nonnunquam etiam canibus, & leonibus, aliisq; animalibus ſimiles ſe oſtendunt. In quibus uidelicet mos ineſt maſculinus. Nihil itaq; mirum, ſi dæmonium inuadens puerperas fœminam præfert formam. quippe cum ſit adulterum, humiditatibusq; ſe oblectetur impuris. formã enim ſubit uitæ ſibi gratæ conuenientem.

Dæmones ſingulorum gentium, quibus loquuntur, linguam imitantur.

Quæ uero ratione armenice loquerentur, Marcus quidem non explicauit, neq; etiã à nobis eſt quæſitum. Arbitror autem hinc fore hoc manifeſtum, quoniam nõ poſſit lingua dæmonum propria inueniri. tametſi hebraicam quis ſeruare linguam dixerit, ſiue græcam, aut ſyriam, aliamue barbaram. quid enim opus eſt uoce dæmonibus? qui inter ſe abſq; uoce conuiuunt. Cum uero ſicut angeli poſteriores poſterioribus, alii aliis gentibus præſunt, ſic dæmones alii aliis aſſiſtunt. ſane ſinguli ſingularum gentiũ linguas exercent, quãobrẽ dæmones, q inter græcos habitãt heroico ſtylo oracula ediderũt. apud Chaldæos uero chaldaica utebant lĩgua. quẽadmodũ apud Aegyptios ægyptia uoce colloqa faciebãt. qn etiã dæmones incolentes Armeniã ſi alio forte ſe conferant, indigenaꝝ uoce utuntur.

Cur dæmones timeant minas, atque patiantur.

Sed quæritur, cur dæmonia minas, enses'q; timeant. profecto omnia dæmonum genera audacia, rursus'q; timiditate plena sunt, præsertim coniũctiora materiæ. Aerea enim circunspectæ cogitationis participia, siquis obiurgauit, discernere nouerũt obiurgantem, uel honorantem, neq; aliter ab obsessis discedunt, nisi obtestator ergadeum sanctimonia polleat, nomen'q; dei, sermonem'q; horribilem incantet potestate diuina. hæc profecto sunt dæmonia materiæ proxima formidãtia, ne in loca profundiora, abyssum'q; demittantur. Item angelos timent, qui illuc eos præcipitant quoties uidelicet quispiam eis præcipitium minitatur, adducit'q; inuocationes angelorum ad hoc institutorũ. ualde enim timent. Nam ob ignorantiam non discernunt minitantem. Iam uero si anicula quædam, uel superbior senecium aliquis, minas eiusmodi rustice intentauerit, sæpe discedũt, quia discernere nequeũt. Ideo superfluis etiam quibusdam facile mancipantur. s. unguibus, & capillis a` polluto magoꝝ genere. Item plumbo, & cera, tenui'q; filo deuinciunt, atq; nefariis adiurationibus conturbant. uenefici ergo, & nefandi dæmonia hæc subterranea mansuefaciunt. Qui uero nefariis ministeriis abstinent, aerea maxime colunt cauentes ne dæmonium subterraneum interueniat. nam siquid tale interuenerit, pręter id, quod terrores incutit, etiam saxa iacere cõsueuit. proprium. n. subterraneorum est lapides in occurrentes iacere, sed ictibus irritis. Aerea uero dæmonia ratio dictat intrepida esse, neq; tamen boni quicquam afferunt, quoniam & superba sunt, & iactabũda, & deceptionis, phantasiæ'q; inanis plena. ab eis enim in cultores ueniunt ignei quidam radii, quos furiati homines diuina spectacula putant. nihil tamen ueri, constantis'q; possident. qd enim in obscuris dæmonibus potest lucis inesse? sed hæc omnia fallaciæ sunt occultorum, atq; præstigiæ. Sunt plerique, qui communiter appellantur Euchetæ, quorum fraudulentũ dogma ab insano quodam manente manauit. Tradunt ergo principia plura, & profecto ab ipso monẽte duo rerum principia supposita sunt. ita ut deo bonorum opifici deus malorum, artifex'q; ponatur, deoq; cœlestium domino deus dominus subcœlestium. hinc Euchetæ miseri tertium his principium adhibuerunt. Nempe apud eos unus quidem pater est. filii uero duo antiquior uidelicet, atq; iunior. principia tria, sed patri quidem supermundana tantum. iuniori autem filio cœlesti. seniori uero subcœlestia uelut dominis tribuuntur. Quod quidem dogma nihilo a` grecis fabulis differre uidetur iuxta poeticum illud ternario distributa sunt præmia numero. Sed inter Euchetas, alii utrunque filium colunt. nam etsi dissidere eos nunc inter se dicant, utrunq; tamen existimant adorandum. quoniam ambo ex eodem patre nascantur, atque in posterum conciliandi mutuo sint. Alii uero alterum duntaxat, ideſt iuniorem colunt, utpote qui meliori, præstantiori'q; prouinciæ dominetur. seniorem uero non spernunt quidẽ, sed obseruant ipsum cauentes, uidelicet ne malefaciat. Deterrimi uero inter illos a` cœlesti quidem numine disiunguntur omnino. solum uero terrestrem sathanã finibus suis excipiũt, ipsum'q; nominibus apud eos potioribus extollunt appellantes primo genitum, & a` patre seiunctum. Item arborum, animalium'q;, & reliquorum compositorum opificem, pestiferum uero, atque hostilem. Sed qui hæc dogmata introducunt, & oculis, & auribus mentis capti sunt, neque enim uident ex ipsa rerum cognatione mutua, unum esse omnium authorem, neque scripturam sanctam, id docentem audiunt, neque ratione secum ipsi reputant, quod uidelicet si duo inter se dissidẽtes rerum opifices essent, non esset una quædam conspiratio, unio'q; omnia ligans. Et si dæmonia diuitias nobis, & gloriam promittũt. nihil tamen ex se tradere possunt. quippe cum imperium nullum habeant, sed uisu tantum quædam inania suis cultoribus afferunt, uaria prorsus, & instabilia, quæ tamen impii diuina esse spectacula putant. Euchetę & gnosci, ut dæmonia toto concipiant pectore, nefanda sacrificia perpetrant. Conueniunt die, quo passus est saluator, uespere statutum in locum una` cum puellis sibi notis, & post quædam sacra extinctis luminibus, mistim coeunt siue cum sorore, siue cum filia, siue cum qualibet. nono rursus mense reuertuntur, puellas'q; accersunt, & infantes iam natos ab his euellunt, per'q; totum corpus pueros circuncidunt, & circunfuso sanguine phialas implent, corpora cremant, cinerem cum sanguine miscent. hoc condimento epulas, & pocula condiunt, tum sua inter se, tum aliorum clàm quorumcunque possunt. Existimant enim hoc sacrificii, & alimenti genere tanquam maxime profanos characterem diuinũ nobis impressum, & dæmonia procul arcẽtem penitus aboleri. itaq; dæmonia liberius ingredi.

Quomodo

Quomodo magi excantent, trahantq; dæmonas.

Veneficia, atque magia non uanum nomen sortita sunt, sed uim quãdam possident. Veneficium enim ars quædam est circa materiales dæmones, & terrestres. Simulachra dæmonum prouocans in aspectum, & alios quidem uelut ab inferis excitat, alios autem ex alto deducit. Disciplina enim nostra omnem dæmonem existimat malum, propter superbiæ, & uanitatis excessum ab angelico statu, ordine'q; delapsum. Opinio uero græca paruam dæmonum partem iudicat malam, & hanc quidem non tanquam electione talem, sed ex prima rerum diuisione sic affectam tortoris uicem gerentem aduersus animas delinquentes, talem itaque dæmonum portionem ueneficiis præstigiator in aspectum imaginarium prouocat. uisa'q; imaginalia spectatoribus obiicit, & aliis quidem fluenta quædam illinc exundantia adducunt in mediũ. Aliis autem uinculorum solutiones, & delitias, gratiam'q; promittunt. Adducunt uero tales dæmonum potestates nodis, cantibus'q; quibusdam, & in plurimis quidem mentitur, in quibusdã uera loquitur. Magia uero facultas quædam græcis uisa est potestatis plurimæ compos. Tradunt enim hanc esse extremam sacerdotii portionem. Affert autem uisa quædam sæpius in aspectum falso` diuinitatem aliquam præferentia. Hæc enim facultas perscrutatur uniuscuiusq; rei sub Luna genitæ, naturam, potentiam, qualitatem elementorum inquam, eorum'q; partium animalium omnium plantarum, & seminum, & pomorum, item lapidum, herbarum'q;, ac summatim uniuscuiusq; rei substantiam, & uirtutem. hinc ergo effectus suos agit, & statuas sanitatem adducẽtes, uidelicet omnigenis figuris instructas, & alia rursum artificia inferentia morbos callet, & quæ inter se differunt, & quæ conueniunt. multarum nanq; materiarum commistio unionem illi arti affert, distantia uero ab uno discretionem infert. Iam uero aquilæ, & dracones apud illos ad sanitatem conferre dicuntur, feles autem, & canes, & corui conferunt ad uigiliam. Cera item, atque lutum ab illis ad quasdam partium cõformationes assumi solent, quippe cum proprietates quasdam suis uiribus habeant. Apparet frequenter cœlestis ignis, hucusq; traductio. tunc uero statuæ subridere uidentur, & lampades sponte ignibus accenduntur. instructa est magia multum astronomica facultate, plurima'q; per ipsam peragit. Est & quędam in pelui uaticinatio, per quam rustici sæpe uaticinantur. profecto quemadmodum prædictio quædam fit, ideſt per aerem, atq; per folia, sic prædictio quædam fit in pelui apud Assyrios frequentata, atq; nominata, quæ profecto cõgruitatem quãdam habet cum dæmonibus materiæ ualde coniunctis. Accipiunt ergo peluim aqua plenam uaticinantes dæmonibus congruentem in profunda repentibus. Apparet autem peluis illa aqua plena quodammodo & spirare, propter sonitum, ipsa'q; aqua in peluim infusa secundum substantiam quidem ab externis aquis minime differt, sed uirtute infusa carminibus ualde præcellit, atq; ita facta est aptior ad suscipiẽdum spiritum deinde fatidicum. Id uero dæmonum particulare est, atque terrenum, compositionibus'q; attractum, & cum primum illabitur aquæ sonũ, mox quẽdam exiguum, & significationis expertem edit, remissionem eius præsentibus significantem. Deinde uero in aqua iam inundante exiles quidam soni susurrant quadam prædictione futuri. Est autem eiusmodi spiritus passim pererrans, quoniã solarem ordinem est sortitus, id'q; genus dæmonum dedita opera tenuem uocem edit, ut propter indistinctam uocis obscuritatem, eius mendacia minus deprehendi possint. Sed nunqd corpora dæmonũ pulsari possunt? possunt sane`, atq; dolere solido quodam percussa corpore. uerum quo nã pacto, cum sint spiritus, neq; solida, neq; composita natura, & compositorum est sensus? Sed profecto in iis, quę sentiunt, nõ neruus ipse est, qui sentit, sed qui eis spiritus inest. Quapropter si atteratur neruus, si frigefiat, si quid aliter patiatur, spiritu uidelicet in spiritum misso, fit dolor. Nempe compositum nunquã per se doleret, sed quando participat spiritum, quo quidem priuatum priuatur & sensu. Dæmonicum itaq; corpus per totum se naturaliter sensuale secundum partes singulas absque medio uidet, audit, tangit, patitur'q; tangendo, & diuisum dolet, sicut & corpora solida. Sed hoc interest, quod corpora quidem solida, diuisa cum sunt, aut uix, aut nunquam restituuntur. Corpus uero dæmonũ, ubi secatur, mox in se iterum recreatur, & coalescit, sicut aquæ, aeris'q; partes, quando aliquid intercidit solidum, sed & dictu uelocius dæmonicus spiritus in se reuertit'. Dolet tamen interea, dum diuiditur, quamobrem aciem ferri metuit, id'q; animaduertentes, q fugare dęmones moliuntur, tela, & enses in rectum ibi constituunt, quo` nolunt dæmones aduẽtare, atque alia machinantur tum oppositis passionibus propulsantes, tum congrua quadam affectione mulcentes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MARSILIVS Ficinus Florentinus Philippo Valori uiro nobili, atq; magnanimo. P. S. D.

QVI Præcipit cognosce teipsum, nos admonere uidetur, ut animam cognoscamus, quæ, quoniam est medicina rerum, nimirum est & omnia. hac itaq; cognita, facile sumus omnia cognituri. Ego igitur, ut animam in primis assequerer, per quam consecuturus omnia forem, ad philosophos non plebeos illos quidem, sed egregios, iandiu studiose me contuli. Cũ uero hinc quidem Platonicos, inde uero peripateticos anxius perconctarer, eorum'q; responsa diffidere inuicem uiderentur, diffidebam ab initio me uoti compotem unquam fore. Verum non multo post Themistius spem mihi præbuit optimam affirmans tantos inter se philosophos non sentẽtia quidem diffidere, sed uerbis, eandem'q; de anima Platonis, Aristotelis, Theophrasti sub diuersis uerbis esse sententiam. Incidi deniq; diuina quadam sorte in librum Theophrasti de anima a` Prisciano quodam Lydo breuiter quidem, sed tamẽ diligẽter expositum ea potissimum ratione, qua Plutarchus, & Iamblichus Platonici, Peripatetici'q; insignes aristotelicam de anima sententiam explicauerant. Cum igitur in his legẽdis Platonicos, Peripateticos'q; esse cõcordes animaduerterem, habui ferme` tota quod mente petebam. Atq; ut & cæteri quãprimũ habeant librum hunc, e` græca lingua transtulimus in latinam. Adiunximus præterea expositiones quasdam breues a` nobis inter legendum, atq; transferendum excogitatas. Neq; tamen hac in re duxi in præsentia mihi nimis elaborandum, uel latius euagandum. Ioãnes enim Picus Mirandulanus uir certe mirandus iam hoc agit ad summum, ubi philosophorum omnium de quauis materia mentes diligentissime discutit. Ac Platonem, Aristotelem'q; de anima mirabiliter monstrat esse concordes. Librum uero tibi potissimum mi Valor censui dedicãdum. Tu enĩ una` mecum iandiu concordiam philosophorum hac de re uehementer affectas. Medices uero nostri, quibus tanquam patronis dare omnia, immo reddere consueuimus, consentient procul dubio munusculum hoc unũ e` multis meo dedicari Valori, & medicæ domus præ cæteris amicissimo, & promptissimo semper Platonicorum operum adiutori. quãuis autem græcum exẽplar unicum inuenerimus, & id quidem mendosum, atq; mutilatum, attamen lege securus, & ita cæteris præbe legendum. nam emendare hoc, atq; resarcire diligentissime studui, & Angelus Politianus noster acerrimo uir iudicio, plurima'q; doctrina, nostram hanc diligentiam approbauit. Vale, atq; lege feliciter, & cæteris prębe legendum. Vale.

INTERPRETATIO PRISCIANI LYDI IN THEOPHRASTVM DE SENSV TRADVCTA, ET EXPOSITA A` MARSILIO FICINO FLORENTINO.

Caput primum. Quomodo instrumentum sensus fiat simile sensibilibus.

MARSILII.

a Dhoc, ut fiat sensus, oportet instrumentum eius euadere simile sentiendis. Non in forma eorum materiali, atque naturali, sed in specie quadam, & ratione immateriali, ac solum repræsentatiua. Forma rei sensibilis, quæ est extensa, non sufficit ad sensum, quoniam actus sentiendi fit subito simul totus circa totum, quod tunc comprehendi potest.

PRISCIANI.

t Heophrasti deinceps institutum est de sensu differere, quoniam uero Aristoteles instrumenta sensuum a` sensibilibus mota assimilari sensibilibus passione quadam existimat merito Theophrastus, quæ natura similitudo fiat, inquirit. Absurdum enim esse uidetur in sensuum instrumentis, multo'q; magis in ipsa anima ullam coloribꝰ, liquoribus, siue saporibus, sonis, formis, siue figuris assimilatiõem fieri. Ait igitur ipse quoq; secundum species, rationes'q; absq; materia eiusmodi similitudinem comparari. Tractandum est igitur utrum extrinsecus species incidat, qualis'ue sit, & ubi prorsus appareat, & nunqd species circa corpus extensa, diuisibilis'q; satis ad cognitionem faciat. siquidem eiusmodi species incidit non congregata. Omnis autem cognitio constat secundum quandam in unum congregationem, atque secundum impartibilem cognobilis totius comprehensionem.

Caput secũdum. Quod sentit iam habet immaterialem speciem rei, quam sentit, repræsentatiuam, sed ante quàm habeat eam, oportet instrumentum sensus a` sensibili moueri, atq; pati.

MARSILII.

q Vatenus substantia animæ, quasi inclinatiõe quadam se accõmodat spiritui, quod est instrumentum sensus, explicatur in actum potentia sentiendi, qua latebat in anima, quæ potentia sic explicata cõcurrit tanquam pars una cum corpore tali ad complendum animal, substãtia igitur animæ separata est magis. Potentia uero hæc magis coniuncta corpori. Nec agit sine corpore. Phãtasia, idest imaginatio acrioribus motibus suis uarie afficit spiritum, per'q; hunc relíquum corpus, quoniam hæc intuitum suum dirigit intro circa imaginamenta sua. sensus autem dirigitur ad externa, neq; percipit passionem instrumenti, uel speciem, qua ad sensum conferunt, sed per hęc duo percipit, quæ sunt extra. ideo actibus suis non alterat spiritum. non enim terminatur actus eius ad intima, sed externa.

PRISCIANI.

n Eceſſe eſt igitur quod cognoſcit ſecũdum ſpeciem cognoſcibilis agere, & illius præ tuliſſe characterem, atq; id nominat' aſſimilatio. Paſſio uero inſtrumento fit ſentiendi, atq; hãc neceſſe eſt præcedere ſenſum. ſentiendi nãq; poteſtas non eſt omnino a` corporibus ſeparata, ſed in ipſa animæ inclinatione, ſiue nutu ad ſenſuũ inſtrumẽta ſuã ſortitur eſſentiã, atq; ad aĩalis exigit' cõplementũ, neq; abſq; inſtrumentis agere poteſt. Neq; tñ hæc ſicut imaginatio principaliter excitata ſimul cõmouet inſtrumentũ. propterea quod uade extẽſa eſt, atq; omnino ad externa protendit', ſenſibiliũ'q; ſemper præſentia indiget. Imaginabilia igitur haud extrinſecus ſunt. quãuis ſint quædam (ut ita dixerim) externoꝝ aſſimilamenta, ſenſibilia uero ſunt externa. Circa hæc enim fit ſenſus non circa paſſiones inſtrumentorum. tametſi una` cum eiuſmodi paſſionibus ipſe ſenſus ſpecies, quæ ſunt in corporibus, percipit.

Caput tertium. Res ſentiẽda mouet quodãmodo inſtrumentũ ſenſus, ideſt ſpiritum quodãmodo uiuum, hęc motio, tum paſſio dicitur, quia ſpiritus eſt corpus. tum actio, quia ſpũs eſt uiuens, & efficacia uitæ illatæ paſſioni continuam ex ſe adhibet actionem.

MARSILII.

e Iuſmodi motio ſimilis eſt obiectis, tum qa ab illis eſt illata, tum quia actio huic motui cõtinua quãdo adhibet' a` uita ſpũs, ipſe ſpũs erga obiecta iam eſt excitatus. motio talis, qa ẽ paſſio magis quàm actio, & tpe, locoq; diuiſibilis, nec hẽt naturã ſpẽi, ſed motiõis, iõ non eſt ſenſus, q indiuidue & ſubito, & p ſpẽm agẽs totũ cõprehen-

dit obiectum. Motionem eiusmodi non esse sensum apparet, quoniam alioquin quoties mo uemur, etiam sentiremus, & motio uehementior non offenderet sensum. Oportet post mo tionem, & passionem peruenire ad aliquā speciem, per quā fiat sensus, qui & speciem attingit, & ideo per aliquā speciē percipit. quæ species nō est in instrumēto, alioqn motio quædā esset, & passio potius quā species, atq; esset instrumento pariter coextēsa. oportet aūt ab hoc ipso, qđ est pariter coextēsum, peruenire ad speciē, quę ad minimā redacta sit quantitatē, & per hanc ad rōnem insitam animę, quæ nullā habeat quātitatem. Rursum species ipsa non in uestigio uitæ, quod anima imprimit instrumēto, oīs enim huius actio cum passione miscetur, ideḿq; motus, & hoc uestigium, & instrumentum pariter agitat. Species autē passionis est expers, & motionis. est enim terminus motionis. Non est ergo in uestigio uitæ, quod ueræ est accidens, sed in uita, quę est quasi substantia quædam non in uita separata a` corpore, sed in uita animali. i. procedente ab anima superiore, quæ anima superior separata est, uel separabilis, & substantia uera, & completa in se, atq; subsistens, uita uero ab hac diffusa per corpus, quāuis quasi substātia quædam sit, est tamen pars animalis, atq; est quoddam uitale applicamentū animæ ad corpus diuisum cum corpore, & quasi quædam animæ propagatio.

PRISCIANI.

p Atiuntur autem a` sensibilibus ipsa sensuum instrumenta, non tanquā inanimata, sed corporis uiuentis est passio. quapropter neq; totum est ibi passio, neq; extrinsecus contingunt omnia. sed etiam secundum propriam actionem, neq; mouetur quidem prius, agit autem postea. Immo neq; mouetur omnino, quin simul & agat, neq; tamen agit, nisi & moueatur. Talis itaq; in instrumentis motio similis fit speciebus, quę sentiuntur, utpote quæ simul, & ab illis, & secundum quandam ad illa excitationem uitalis apparitionis, siue impressionis instrumento insitæ illata fuit. Sed non dum hoc sensus est, ipsa uidelicet ad sentiēda in sensuum instrumentum inducta similitudo. quippe cum hęc passio potiꝰ qua`m actio sit, atq; corporeum quiddam, & diuiduum, temporéq; extensum ad speciem quidē adnitens, non tamen in specie positum, sed adhuc in motu. Sēsus autem principium, mediáq;, & finem sentiendæ rei indiuiduæ comprehendit, & actio est, iudiciumq; perfectum, & in præsenti momento simul totus existit, ac secundum speciem sensibilis iam cōstitisse uidetur. Quāobrem non absq; passione aliqua instrumenti sensus efficitur. neq; tamen est hæc passio sensus, quo fit ut aliquando patiamur quidem, & uigilantes, & dormientes, neq; tamē persentiamus. oportet igitur post passionem in speciem perfici tandem, atq; desinere. speciem inquam rei similem sentiendæ, nam secundum perfectam speciem sensus efficit, quandoquidē iudicat. Hęc autem rei sentiendæ species in instrumento nō ponitur. In hoc enim passio, motioq; fieri solet. Quod́ue hic est in diuisione uersatur, & species non existit, neq; rursum colligata est in ipso uitæ uestigio, quod instrumento ab anima est tributum. Actio nāque uitalis etiam huius uestigii, cum passione peragitur. Fitq; ibi motio instrumento simul, & uitæ, in eo collatæ communis.

Sed species ipsa secundum quā fit sensus, in uita quidem ponitur, in uita inquam secundum actum se habente, neq; tamen separata, sed in animali uita animal cōplente, atq; in uitali ipsius applicamento, quod circa corpora iam est diuisum.

¶ Caput quartum, species effecta in uita animalis addicta corpori, quoniam est coextensa simul cum hac uita non sufficit ad actum sensus, qui indiuiduus est, idest indiuiduo momento totum quoddam sensibile ictu quodam unico comprehendit.

MARSILII.

f It ergo actus sentiendi per formam aliquam indiuiduam, & quia est actus intus p manens, fit per formam intimam, quæ appellatur ratio exemplaris ad sensibilia repręsentanda. atq; est essentialis animæ, & una`cum anima etiam per se uiuit, neq; solum est compositi, idest quāuis quodāmodo cōmunicet cum corpore, pōt tamē a` corpore separari, immo & separata est, alioquin indiuidue nō posset agere. Pro qualibet specie sensibilium est una ratio sensualis in anima omnium indiuiduorum repręsentatiua, repręsentat autem nobis, tum hoc, tum illud quatenus excitatur per speciem hanc uel illam effectam in uita propria corpori, atq; animali. Hoc est proprie sentire proferre in actum ipsam rei sensibilis rationem ad præsentiam speciei factæ in uita. quando res mouet sensibilis unum instrumentum sensus. Nota rationem talem, & actum sensus, imaginationisq; impartibilem esse, & ideo substantiam animæ, in qua est, esse indiuisibilem, & ideo a` corpore separatā uel separabilem.

Priscianus.

PRISCIANVS.

n Eruntamen neq; hæc species sufficiens est ad sensum. species enim circa instrumentum secundum actum perfecta, quia est circa corpus diuisa, nec in unū impartibile conuersa est, non est cognitiua. Sed profecto est in anima quædam sensibilium ratio ante sentiendi actum, & ante speciem comprehensa, quæ & secundum seipsam uiuit, neq; solum est compositi. quapropter agit etiam indiuidue, atq; est potestas quædam particularium, neq; fit quandoq; in anima, tanquam una quędam particularis, diuisáq; species. Est enim ratio cognitiua sensibilium in anima ipsa consistens, non in corpore iacens. Est quidem una, sed non, ut singularia, immo habens unum ipsum in se multa complectens, & unicuiq; eorum accommodatum. una enim albi ratione anima singula sentit alba. Oportet igitur rationem eiusmodi esse propositam, atq; editam, si futurus est sensus. Profertur autem excitata ad uitalem speciem, ut ad propriam, atq; familiarem, atq; huic speciei accommodata tanquam speciei exterioris similitudini, & una`cum hac agens, quod enim iudicat ratio est, & cogitatio secundum animam sensualem, atq; ipsa in unum impartibile collectio in substantia est a` corporibus separata.

Caput quintum. non imprimuntur nouæ a` sensibilibus formæ in anima, & quando dicitur anima speciem a` rebus accipere, intelligitur eam ad rerum præsentiam proferre in actum species earum in ipsa latentes.

MARSILII.

q Voniam cognitionis actus est intimus, & uitalis, apparet hūc edi ab intima forma, sicut lucere a` luce, & a` calore calere. hæc intima forma, idest ratio sensibiliū exemplaris ad ipsam animę spectat essentiam, a` qua quidem essentia uera rationes essentiales habente dependet quædam animalis uita non uera essentia, nec anima uera, sed quasi accidens, uel quasi substantia, & uiuificatio quædam pendens a` prima, sicut lumen a` luce, sub qua pendēte fit uitæ uestigium, quasi calor. Eiusmodi uita est pars animalis producta ab anima, quatenus uergit ad corpus, producta inquam ab anima per rationes suas, tum uegetales, tum etiā sensuales. Et ideo uidetur ipsa quoq; quodammodo rationes habere, sensumq;, & officium uegetandi. Non tamen dicendum est, duas esse potentias sentiendi circa eundem sentiendi actum. Sed potētiam ipsam in anima implicatam explicari per uitam. similiter rationem latentem in anima explicari per speciem aliquando in uita perfectam. hæc autem uita est illa, quæ dicitur terminus, & actus, & perfectio organici corporis potentia uitam habentis.

Denique in instrumento sensus similitudo ad sensibile fit imperfecta. perfecta uero in uita, sensus autem per rationis productionem.

PRISCIANI.

a Nima igitur propterea dicitur rei sentiendæ speciem possidere. quia illius proferat rationem, nec ullo modo tāquam ab illa formam aliquam, uel figurationem, uelut a` sigillo suscipiens. Iudicium enim & actio existit intrinsecus, atq; uitalis. Ratio itaq; permanet intus, & essentialis est animæ. Vita uero, quæ complet animal, a` rationibus quidem dependet essentialibus in suspensa. Secundum uero extensionem quandam ad corpus ipsa subsistit. Et hæc quoq; sensualis est, & terminus, perfectioq; animalis. Quo circa in hac rei sentiendæ similitudo perficitur. in instrumento autem est imperfecta, atq; cum a` passione miscetur & actiōe, & passio quidem incidit ab externis. Actio uero procedit a` uita. Item species quidem in uita est animalis. iudicium uero, cogitatioq; in ipso rationis actu consistit.

Caput sextum. Res externæ suo modo instrumentum sensus afficiunt materiali quadam affectione. Sed uita præsens affectionem hanc in speciem immaterialem trāsfert, per quam excitatur anima ad rationem proferendam congruam speciei.

MARSILII.

p Er prolationem eiusmodi anima rei sentiendæ se similem præstat. potest autem cō trariis simul se facere similem per diuersarum rationum prolationem. non posset autem contrariis fieri similis, si talis fieret patiendo. Rursum si anima una sui parte tangeret calorem, altera frigus, non posset hæc duo inuicem comparare, quomodo conueniunt, quomodo differant. oportet enim iudicem eundem prorsus oppositа comparatorum ambo comprehendere. Anima igitur indiuiduo quodam sui plura simul, contrariáq; contingit, est igitur indiuidua. Nā hoc ipsum indiuiduū ad cognitionem sufficit. igitur & ad uitā.

PRISCIANI.

q Vo igitur modo anima fit similis sentiendis? non quidem ex eo, quod quicquam ab illis accipiat, sed quia secundum rationem illorum agat, uidelicet per impressionem, apparitionem ue quandam specierum exteriorum. quo rursum pacto anima pluribus simulatq; contrariis fit aliquando similis? profecto cõtraria simul pati nõ potest. agere uero ualet. sensus autem secundum actionem est, atq; iudicium. Non autem secũdum aliquam passionem. nam secundum rationem sensus efficitur. passio uero in instrumento locatur. Cum autem instrumentum sit corpus, atq; partibile, nihil prohibet ipsum quoq; p differentes eius partes plura simul, cõtraria q; habere. Iam uero ratio in quodam indiuiduo differentia simulatq; contraria, quotcunq; sint comprehendens similiter agit. Quapropter & eorum diuersitatem recte diiudicat. quippe cum indiuiduo quodam plura contingat.

¶ Caput septimum. species sensualis, quæ fit in prima animalis uita, fit a` ratione innata animæ tanquam a` causa principali, fit & a` uita, in qua est tanquam ab instrumento, ad huius uero effectum occasionem præbet passio quædam a` sensibili instrumentum sensus illatus.

MARSILII.

i Psa uis sentiendi non est in potentia formabili ad externa. sed ad suos actus circa externa edendos. Anima fit similis sentiendis, quatenus rationes eoꝝ ex se promit in actum. Instrumentũ uero sensus fit illis simile, quatenus & ut corpus ab eis afficitur, & ut uiuum agit aliquid eis congruum.

PRISCIANI.

q Vando igitur etiam Theophrastus ait, sensum fieri similem sentiẽdis. secundum species, atq; rationes absq; materia, sic admittemus, ut non simpliciter ab externis species inferantur, sed a` rationibus intimis in uita secundum actum sensualem cõstituantur. Iam uero sensus, quoniam ad externa porrigit, illis q; fit similis, merito potentia quędam cognominatur tanquam actus, actionesue ferens. in anima quidem secũdum rationis actum assimilatio fit. sed in instrumento, tum secundum passionẽ illatam a` re sensibili, tum simul secundum uitalem actum, siue uiuificam actionem.

¶ Caput octauum. instrumentum sensus, quoniam est extensum, potest alia quidẽ parte pati contrarium istud. Alia uero illud, sed hæc inter se conferre nequit, anima uero tanquam indiuidua si simul a` contrariis patiatur, patietur omnino per idem, quod est impossibile. Quando igitur contraria simul percipit, non patitur ab eis, sed agit potius circa illa.

MARSILII.

n Am ex generali ratione saporum promit rationem dulcis, similiter & amari, quãdo amarum & dulce linguam simul attingit, & lingua tũc per diuersas partes patitur ab utroq;, sensus interim per rationes differentes communi ratione contẽtas circa utrunq; pariter agit.

PRISCIANI.

q Vonam igitur pacto instrumentum sensus ab amaro simulatq; dulci patitur. Non enim parte alia linguæ, hoc forsan percipit. alia uero illud. Sed eadem & in auditu similiter accidit. si ergo distinguere licet auditum, atq; etiam instrumentum gustus, siue lingua id sit, siue quidam in lingua spiritus, certe cũ eiusmodi instrumentum diuisibile sit, quia corpus est, fieri potest, ut altera quidem parte hoc, altera uero illud simiter patiatur. quod perspicue patet in tactu, qui alia parte calefieri, alia frigefieri simul potest. Similiter & spiritus sensualis auditus, quandoquidem est diuiduus. Ratio uero, ut iam dictum est, tanquam indiuidua contraria simul agere minime prohibetur. Pati enim secundum idem contraria est impossibile.

¶ Caput nonum. omnia sensibilia agunt aliquid in instrumentum sensus, sed calor, & frigus, & similes qualitates. Item sapores, & similes, quæ ualde materiales sunt, passionẽ inferunt acriorem, forma uero, & figura, & numerus, atq; motus, tãquam res magis formales passionẽ afferunt leniorem.

MARSILII.

p Ræterea propria uniuscuiusq; sensus sensibilia manifestiora sensibus offerũtur, ut color uisui. uox auditui. calor tactui, atq; similia. cõmunia uero occultius subrepũt, atq; consequẽter, ut figura, motus q; &c. Sunt qui putent numerum, atq; motum esse

tum esse tam formales, & a` materia procul, ut sensibus minime congruant, ideoq; sola rationali cogitatione deprehendi. quando congrue ad hæc excitatur per sensum, sicut & essentiam sensibilium cogitatione deprehendi, non sensu, sed communis opinio est numerum, atque motum non solum ad cogitationem, sed ad sensum etiam quodammodo pertinere.

PRISCIANI.

c Alor quidem tanquam potentia naturalis agere potest aliquid in sensuũ instrumentum, sed forma, figura, motus, numerus, quomodo possunt actione quadam sensum sibi similem reddere? dicemus profecto hæc quoq; habere in se aliquid efficax. Agere uero formali?, sed calorem, cognatas q; huic qualitates agere (ut ita dixerim) corporalius, ideoq; acrius, & passione quadam uehementiore. Dicere quoq; licet sensibilia uniuscuiusq; sensus propria actionem inferre uehementiorem. communia uero remissiorẽ, hæc quidem, ut proxima tanquam familiaria. Illa uero remotiora. Ac forsan communia tanquã præstantiora, non eodem modo commensurata sunt sensui, sed enim simul sensibilia sunt etiã ipsa communia, neq; solum rationali cogitatione nascuntur. Atqui cogitatio hæc ad quædã ex sensibilibus reuocata in ipsa secundũ se cogitat, non dum ullo sensu comprehensa. ceu quando sensibilium essentiam, substantiam ue excogitat. Sin autem tempus quoq; & numerum sensus minime percipit, hæc quoq; cogitatio rationalis agnoscet a` sensibilibus rebus admonita.

¶ Caput decimum, res externæ non reddũt sibi similem sensum, ac multo minus rationalem cogitationem, sed potentia sentiendi se facit similem per rationum suarum productionem. multoq; magis id ita cogitatio facit.

MARSILII.

f Icut ratio innata sensui excitatur ad præsentiam sensualium specierum, sic ipsa tunc excitat potentiam cogitandi ad producendam rationem essentiæ sensibilium propter cogitationem qualitatum ad eã. quando qualitates eiusmodi pcipiunt a` sensu.

PRISCIANI.

c Æterum si secundum assimilationem quandam fit cognitio, quonam modo cogitatio a` rebus non patiẽs sentiendis similis illis euadit? Sin autem patitur, qualis huius est passio? sed profecto non secundum passionem (ut diximus) uel sensuale fit iudicium, nedum rationalis excogitatio, immo secundum actionem, rationemq; partum. Ratio quidem sensibilium promitur quando instrumenti passio in speciem iam perficitur, siue desinit sensibili similem. Atq; ita ratio talis sensibili coaptatur. Quod si ad conueniens aliquid proportione aliqua excitatur, nimirum ratio iudex sensibilium qualitatũ uim animæ suscitat sensibilium essentiæ cognitricem familiariter sane` propter familiaritatem quandã eiusmodi qualitatum ad essentiam ipsam, à qua procedunt.

¶ Caput undecimum, sensibilia communia non solum cogitatione, sed sensu etiam apprehenduntur, & id quidem consequenter. prima enim, magisq; propria cognoscũtur, quia propter maiorem cognationem efficacius mouent.

MARSILII.

a D eundem sensum pertinet de oppositis iudicare, ut auditum de uoce, atq; silentio, si purum silentium sit, non sensus exterior percipit, sed interior per memoriam uocis, aduertens se in uocis oppositum incidisse, ut plurimum uero silentium non est purum, & tum quidem conatur auditus circa obiectum debilissimum, & uix perciens quicquam silentium dicitur deprehendere, quasi deprehendens, quod ibi de uoce reliquum deest. Sensus rem congruam, & amicam, atq; suauem iudicat, quando non innata cũ aliquo congruit. Alienam uero, cum dissidet, dum interea instrumentum peruerse mouetur.

PRISCIANI.

p Roinde` quoniam a` propriis quidem sensibilibus primo, magisq; instrumentum pulsari solet, a` communibus uero consequentem, atque remissius, merito eadẽ conditione sensus quilibet sua percipere solet. Aspectus sane` primo colorem percipit. consequentem uero magnitudinem, atq; motum. Quamobrem uideri possunt communia spectare magis ad animam, & quasi secũdum accidens à sensu cognosci, sed certe, sicut dictum est, commune hoc sensibile consequenter fit sensui notum, neq; sola cogitatione cõprehendit. Queri præterea solet quomodo & oculus tenebrosa, & auditus silentiũ depre

hẽdat. Respondendũ est, non tam sentire, quàm consentire, neque inniti, figi'q; talibus aliquando sensum. sed ex eo, quod in his actio inhibetur in ipso conatu sensum iudicare, quod deficit ipsis. Atque quod distans, alienum'q; est, deprehẽdere ex eo, quod ratio sibi innata huic mi nime congruat. Interea uero instrumentum sensus quodammodo peruerse mouetur ꝓpter passionem a` sensibili quodam illatam.

¶ Caput duodecimum, cum anima sit domina corporis, ideo'q; substantia longe præstantior, merito corpus huius gratia factum, atq; dispositum.

i N ordine igitur prouidentiæ anima & prior est, & prius distincta, quàm corpus, nã corpus tot accipit instrumenta, quot seruiãt animæ iam tot uires habẽti. quàm uires formales sunt, & formaliter secundum speciem distinguntur, qualis distinctio a` materia non procedit. Vnus ergo sensus intimus unitatis suæ fœcunditatem in sensus quinq; deriuat. Quibus posterius quinq; in corpore accõmodata sunt instrumẽta.

PRISCIANI.

h Actenus de sensu cõmuniter sit tractatum, de singulis uero sensibus, ut de uisu, & auditu, cæteris'q;, illud in primis nobis est distinguendum. Non unũ uidelicet (ut quidam putant) solum esse sensum, qui à participantibus instrumentis in differentes quodammodo species distinguatur. Non enim ipsa diuersitas instrumentorum præcedit uirium animæ differentias, nec ad uires diuidendas authoritatem habet, sed ipse sensus, & unus quidem est in seipso, & ex se in quinq; discernitur ad sensibilia singula discernẽda. Iam uero & ipsam sensuum discretionem instrumentorum quoq; subsecuta differentia est congrue accommodata singulis. nam materialem, instrumentalem'q; partitionẽ antecedit formalis ipsa, specialis'ue partitio, diuersitas'q; in utentibus tanquam authoritate freta maiore.

¶ Caput decimumtertium. actus sentiendi non ita efficitur quasi uel sensus naturaliter tangat sensibile, uel sensibile naturaliter formet sensum, sed ratione quadam admodum spiritali.

MARSILII

n Eq; uisus emittit ex se naturale aliquid, & quasi corporeum, quo uelut proboscide colorem tangat, neq; ex colore effluit aliquid naturale, quod imprimatur in uisu, neq; rursum colore ipsa colorat aerem, aer'q; uisum. Species a` materia separatæ, quia a` loco penitus absolutæ sunt, & a` materię limitibus sunt exclusæ, ideo aliquid in omnia possunt agere, & ad quantũlibet spatium æqualiter agere. species autem in materia, & loco determinatæ pro modo naturæ suæ, & ad aliquid tamen agunt, & usque ad certum spatium, similiter'q; patiendo suscipiunt. Sunt autem actiones naturalium plurimæ ipsius compositi, ut calefacere, similes'q;, & odore, sapore'q; naturaliter non nihil afficere. Sunt tamen prẽter has actiones quædam eiusmodi specierum, non tam compositis attributæ, quã speciebus, speciei uidelicet ipsius præstantiam, proprietatem'q; peculiariter consequentes, quę quidem actiones quasi spiritales sunt, & longius protenduntur, quàm actiones, quæ propriæ sunt compositi, & fiunt quandoq; subito, usque tamen ad certum spatium, quia species in materia sunt, locoq; continentur. Actiones eiusmodi non solum in anima sunt circa res agente, sed in speciebus quoq; rerum ad animam quodãmodo se porrigentibus, in tali utiq; actione, & passione fit sensus. Anima quidem, cum sit forma uiuens, & sensualis, agit circa illa, quæ sibi offeruntur, uitaliter, atq; sensualiter, & quia est in corpore, usq; ad certum spatium operatur. Species quoq; rerum qua ratione sunt formæ formarum imagines diuinarum formaliter, & quasi spiritaliter agunt in rem uidelicet formalem potissimum, atque spiritalem, scilicet in instrumẽtum sensus. idest in ipsum uiuentem. Atq; actio talis proprie, & proxime cõducit ad sensum, sed addita huic actione animæ, quàm pauloante dicebam. Actio uero compositi propria, & materialis, atq; naturalis uel impedit, uel non conducit, uel non sufficit ad sensus effectum. Anima cœli, quoniam in corpore suo omnia sensibilia p causas habet, ideo sensu quodam intimo, per hoc quasi per instrumentum simul, & causam cũcta introspicit sensibilia. Cõtra uero, quoniam in corpore nostro non sunt principia sensibilium, sensus cogitur extra prospicere. Per hæc apparet Priscianum hũc esse platonicum, nam quod de sensu cœlestis animæ tangit, Plotini est Iamblichi'q;, & Proculi. Immo & per superiora, & per sequentia ubiq; constat hunc eẽ platonicum, & sedulum Iamblichi sectatorem.

Prisciani.

PRISCIANI.

u Erum quidnam est uidere, uel audire, uel olfalcere? Et nunquid per medium quodam sensus omnes efficiuntur? Sicut uisus per diaphanum. idest perspicuum, ocu lis'q; peruium. an potius sensus quidam tangunt absq; medio sentienda? Item qd nam est diaphanum. Arbitror equidem uisionem perfici, nec per susceptionem aliquam ab externis, quasi formetur a` sentiendis, per quendam ab eis effluxum, nec secundum emissionem ab oculis aliquam ita factam quasi corpus aliquod emittatur, tangat'q; sentienda, neque colores quidem mouere diaphanum, quasi formẽt ipsum, diaphanum uero uisum mouere similiter. Sed species ipsas efficacem habere potentiam, per quam unaquæque agat in illud potissimũ, quod passioni eiusmodi est expositum, non tãgendo duntaxat, sed in illa quoq; quæ distant, quatenus commensurata quædam distantia sit. his quidem ad faciẽdũ, illis uicissim ad patiendũ. Cum enim species naturalis corporea sit, & contineatur in aliquo, & loco quodam circunscribatur, non in quodlibet positum ubilibet agit. Sed in illud tantum, quod distat, inde ratione quadam commensurata tum efficaci agentium potestati, tum aptæ, & expositæ ad hoc potentię patientium. atq; rursum ad passionis ipsius mensuram. Agit quidem uisibile in instrumẽtum uisus ab interuallo quodam, quod & cõmensuratum sit, tum uidenti, tum uisibili, illi quidem ad agendum, huic autem ad patiendum. Quoniam uero non simpliciter ipsa uisualis naturæ ab obiecto uisibili passio facit sensum, passio enim uehementior impedit, quia incommensurabilis est ad passionis mẽsuram, secũdum quam fit sensus. nimirũ opus etiam est interuallo. quo fit, ut ualde lucẽtia, si propinquiora fiant, quàm exigat ipsa mẽsura, impediant uisionem, & deniq; omnino prohibeant. Quoniam uero non solum in passione instrumenti, sed etiam in actione quadam, sicut iam est dictum, sensus efficit, aget quoq; id, quod uidet circa illud, quod uidetur ab eo, non quidem illud alterans, aut aliquam inferẽs passionẽ. sed iudiciarie circa illud agẽs. Non enim tanquam corpus, sed tanquam uitale aliquid, atq; uisiuum agit. At quoniam uitalis & hæc ipsa cognitiua potentia est in corpore, neq; in eo secũdum causam sensibilia comprehendit, sicut uita illa, potentia'q; cognoscendi cœlestis, sed secũdum quandam ad sensibilia distantiam, protensionem'q; perficitur, merito hæc quoq; commẽsuratio quodam hæc coaptante indiget interuallo.

¶ Caput XIIII. Quomodo inter alios sensus maxime cœlestis solus utatur lumine re ualde cœlesti, & necessario hoc utatur.

MARSILII.

s Vb lumine sunt luminosa, atq; luminalia. Primum luminosum est cœleste, Secundum est igneum. Tertium inter composita, quod quasi fulget, ut ignis. Primum luminale est oculus p̃cipue radiosus in animalibus, quę nocte uident. Sed alii quoq; oculi, quamuis minus sunt, attamẽ luminales. Secũdum luminale est color factus uidelicet ex dominatu quodam luminis in corporibus natura cõpositis. Tertium luminale est diaphanum, quod transpicuum possumus appellare. uidetur enim perspicuitas hæc aduenienti lumini tam facile peruia esse quædam luminis inchoatio, & aptitudo summa ad capiendam insuper reliqui luminis plenitudinem. Quoniam igitur & uisus, & color, & diaphanum naturaliter in se habent luminis aliquid, & quidem exiguum, merito uidentur ad plenius lumen adniti. Quo ex luminalibus euadant iam luminosa, & perfectum in eo genere gradum adepta inuicem copulentur, scilicet color cum oculo per diaphanum. Medium uero necessarium inter oculum, & colorem non est aer, qua ratione aer alioquin per aquam, & similia non uideret, sed est qua ratione diaphanum, idest transpicuum, & radiis undiq; peruium, & amicum quasi facilis hospes & aliquid naturaliter luminale, quod sane` exigitur. plurimum quidem, ut ipsum lumine iam imbutum illuminet oculum, atq; colores, semper autem, ut debitum sit inter hos interuallum, nam ubi uel oculus, uel obiectum apud nos ualde luminosum est, non est necessariũ alio quodam tertio præter hæc lumine ad perficiendum medium, quo hæc deinde perficiãtur.

Dicitur uero color extremitas diaphani in corpore terminato duobus præcipue modis. primo ratione diaphani. secundo ratione obiecti. Albam aspicis niuem, hũc colorẽ ergo candidũ esse terminum diaphani scito, tum uidelicet aeris medii, nam in eius extremitate tangente niuẽ est candor, tum diaphani cuiusdam, quod niui insitum intelligimus. Apparet autẽ hic actu candor non in qualibet parte diaphani huius, sed extremitate tantum, idest semper in superficie niuis, quotiescunq; niuem incideris. Per hæc confirmatur colorem esse aliquid luminale.

PRISCIANI.

h Æc quidem communia ſunt auditui ſimul, atq; uiſui, & alicui aliorum inſuper, ſi quis alius ſenſus ſenſibile proprium non cogatur attingere. ſed in uiſu præcipuus eſt, & proprius luminis uſus utrinq; perficientis, tum uiſurum ad uidendum, tum uiſibile ut uideatur. neq; enim uel ipſum uiſibile aget aliquid in uiſurum abſq; lumine, uel uiſurus aget aliquid circa uiſibile. Quod enim in nobis eſt uiſuale, eſt quodammodo naturaliter luminale. quod quidem euidenter declarant animalia quædam, quæ res ſibi uidendas prius illuminant. Quapropter poſſunt etiã nocte uidere. Colores ſimiliter ſunt quodã modo luminales, utpote qui circa terminos diaphani corporum terminatorum cõſyderantur.

His ergo de cauſis merito perficiuntur utraq; lumine. quippe cum ſuapte natura exiguum habeant luminale, quantum ſpectat ad perfectam inuicem actionem. quapropter externo inſuper lumine indigent, tum uiſiuum ipſum tanquam aliquid luminale, tum colores, ceu lumina quędam. quod ſanè eorum indicat ſuſceptaculum. colores enim termini ſunt diaphani. diaphanum uero eſt quædam (ut ita dixerim) aptitudo ad lumen accipiendum, uel forſan eſt ueſtigiũ quoddam luminis exile adeo, ut uon dum medium interuallum perficere poſſit ad uiſionem.

Atqui & hoc ipſum interuallum ad uiſionem accommodatum eſt, non tanquam aer, aut aqua, aut aliquid aliud, ſed tanquam diaphanum aptu iam perfectum ab illuſtrante, atq; utrũq; perfiens, tum quod uidet, tum etiam quod uidetur. At ſi uiſibile ipſum ſit adeo luminoſum, ut ipſum poſſit perficere uiſum, quemadmodum ignis, & ſimilia, etiam nocte lucentia, non ulterius medium exigitur, ut perficiat, ſed ad tantum, ut commenſuratum prębeat interuallum. Res nanq; perfulgida oculis noſtris impoſita nõ uidet, quoniam hinc nequaquã illuminãtur.

¶ Caput decimumquintum. utrum uiſio fiat per emiſſionem radii ab oculo, an per acceptionem ſpeciei cuiuſdam ab obiecto. Item de tribus regulis ad ſenſum communiter pertinentib⁹.

MARSILII.

u Iſio eſt actio ſic in uidente manens, ſicut lucere, atq; calere manet in igne. ſi ergo uiſio quodammodo ſit in obiecto externo, erit & ibi quemadmodum uiſus ipſe uidens, ſcilicet radii cuiuſdam uiſualis emiſſi præſentia. uidetur etiam uiſio fieri circa uiſibile extra poſitum, tum quia alioquin de interuallo nõ facile iudicaretur, tum quia non aliquid naturale de re uidenda uenit ad oculum, ſicut ab aliis obiectis ad alios ſenſus peruenire uidetur. ſunt et qui uiciſſim putent uenire ad oculũ aliquid ab obiecto. nam aliquid inde patitur, ſicutiq; uiſus congregatur nigro, diſgregatur albo. nunc ſplendore caligat. qualis quidem paſſio oculo quoq; percipitur, ſed de his aliás. Tres ſunt pręcipue regulæ ab Iamblicho traditæ firmiter in omni ſenſu tenendæ. Prima, aliquid fieri a` ſenſibili in inſtrumentũ ſenſus. quod neceſſe eſt quodammodo illinc affici, quæ affectio, tum paſſio eſt ab externis illata. quia inſtrumentum hoc eſt corpus, tum actio in inſtrumento reſultat, quia uiuum eiuſmodi q/dem effectio quodammodo rei ſentiendæ fit ſimilis. Secunda regula poſt hanc affectionem inſtrumenti quoquomodo uiuentis, fit ſpecies quędã admodũ ſpiritalior in ipſa aíalis uita, accõmodatior iam ad ſenſum ẽt ſenſibili ſimilis. Tertia, ad ſpeciei huius præſentiã expergiſcit ratio quędam rei ſentiendæ prius in anima latens, quæ experrecta congruit ſpeciei, & per hanc affectioni, & per affectionem ſenſibili foris poſito. Hæc quidem expergefactio, atq; congruitas communiter eſt ſentire.

PRISCIANI.

m Vlta igitur in uiſu uarietas accidit, uidetur enim extra prodire. propterea quod circa ſenſibile agit extra locatum. quin etiam aliquid a` re uidenda ſuſcipere, quia uidelicet illinc aliquid patiatur. Iam uero diaphanum, atq; medium trahicere uidetur utrinq; tanq̃ & perficiens lumine, & cõmenſurationẽ exhibens interuallo. Cõferamus ad hęc etiam quotcunq; communiter de omni ſenſu ꝓtemplati ſumus, ipſam uidelicet rei ſenſibilis apparitionem, ſiue notam inſtrumento ſenſus impreſſam. ſecundum paſſionem ſimul, & actionem iam conſtitutam in ipſa ad rem ſentiendam ſimilitudine quadam. Præterea apparitionem, uel impreſſionem eiuſmodi accipiamus perfectam iam, deſinentem q; in ſpeciẽ in ipſa uidelicet communi compoſiti uita. Conſyderemus etiam inſitam animæ rationem a` ſenſuali anima pullulantem, atq; ſpeciebus eiuſmodi congruentem, per quam fit iudiciũ quodlibet, atq; cogitatio. Talis utiq; modus eſt circa ſingulos ſenſus contemplationis, quem potiſſimum accipere debemus ab Iamblicho, ubi de anima philoſophat. ex quibus in præſentia nos hæc compendio ſe conſcripſimus deſyderãtes uidelicet formulam quandam præſcribere circa ſingulos

ſingulos ſenſus comtemplationis exactæ. Nempe non id quidem nunc nobis propoſitum eſt, diſcuſſionem eorum diſtinctiſſime perſequi, ſed Theophraſti ſenſa rimari, & ſiquid inſuper ad Ariſtotelicam traditionem adiunxit, ſummatim inter ſe connectere, ſiquid rurſum dubitando proponit pro uiribus pertractare.

¶ Caput decimumſextum. quomodo inter ſenſibile atque ſenſum opus eſt medio, & de colore diaphani.

MARSILII.

r Es ipſa ſenſibilis nimium materialis eſt, ſenſus autem admodum ſpiritalis. Itaque per ſe non coeunt ad ſentiendi actum perficiendum, ſed opus eſt medio quodammodo ſpiritali, quod inuicem ipſa cõciliet, hoc quidem circa omnem ſenſum ſpecies quædam eſt, qualem pauloante diximus. Circa uiſum uero tanquam excellentiſſimum ultra ſpeciem opus eſt diaphano inſuper, atq; lumine. quibus materiale ſpiritali prorſus accommodetur. Vbi Ariſtoteles ait diaphanum non per ſe, ſed per alienum colorem aſpici. ambigit Theophraſtus, utrum recte dicatur aliquid per alienum colorem uiſibile fieri, & per alienum ſaporem guſtabile. Reſpondetur, Ariſtotelem appellauiſſe lumen colorem corporis per ſe luminoſi, quo lumine ſibi communicato, diaphanum uideatur. Sunt qui exiſtiment diaphanum ſuum quendam habere colorem, ſed exiguum. alioquin non foret alienis tã facile peruium, atq; formabile. hunc ergo imperfectum colorem aiunt perfici a` lumine corporis luminoſi colore perfecto, qui uero diaphanum negant proprium colorem habere dicent a` lumine quodammodo colorari.

PRISCIANI.

s Ed iam redeamus ad Theophraſtum. uidetur & ipſe putare nullũ ſenſum ſeipſo ſenſibile tangere a` ratione. inquit, alienum eſt, cum ſenſus omnis inter ſe generis ſint, eiuſdem conditionem inuicem communem, & ſimilẽ non habere. Addu/cit inſuper hoc de diaphano, quod uidelicet nonnullos propter nouitatem turbare poſſit. quonam pacto dicatur hoc uiſibile, non per ſe eſſe, ſed propter alienum colorem fiat oculis manifeſtum. Perinde ac ſi diceretur, & guſtabile aliquid per ſaporem fieri alienum.

Facile uero ſic dubitatio ſoluitur. nempe alienus ille color lumen dicitur tanquam aliunde, ideſt ab illuminante procedens. Adeo nanq; familiare lumen rebus eſt uidendis, ut perficiat eas, & educat in actum, quapropter diaphanum ipſum ſiue colorem habeat proprium, perficitur tamen a` lumine, ſicut & aliorum colores ſolent. Lumen enim non aufert alicui propria, ſed cõtra perducit ad actum, ſiue, quod dixi, diaphanum per ſe eſt luminis expers. certe a` lumine quaſi coloratum ita perficitur, euadit q; uidendum.

¶ Caput decimum ſeptimum de diaphano, atq; lumine.

MARSILII.

d Iaphanitas, ſiue perſpicuitas non eſt corpus. alioquin non eſſet ſine diſſipatione infuſa corporibus, nec eſt diſpoſitio aliqua per quendam paſſionis modum, a` quodam corpore cæteris illata corporibus, ſed eſt ſpecies quædam, & forma per ſe, ſicut lux, & color, atq; calor. ſpecies uero formarum non fiunt principaliter a` materia corporali, corporibus ue tanquam per ſuam materiam inefficacibus, ſed fiunt, & formaliter diſtinguntur a` prima forma uniformi ſimul, & omniformi, ideſt a` mente diuina. Ponit autem Priſcianus ex mente Iamblichi, ſicut & Iulianus in libro de ſole ex eiuſdem mente aſſerit, diaphanum non ſolum in æthere, igne, aere, aqua, uitris, ſed in ipſa terra, compoſitis q; corporibus omnibus. Profecto intellectualis quædam anima his omnib⁹ eſt infuſa. Ab hac igitur quatenus eſt uita quædam per omnia procedit calor, licet occultus quatenus intellectualis eſt, per omnia diffunditur lumen, quamuis alicubi ſit occultum, atq; cum lumine diaphanum exhibetur tãquam proprium luminis ſuſceptaculum. Ait autem Iulianus ex mente Iamblichi, atq; Phœnicum, lumen eſſe purum actum ab actu diuinæ intelligẽtię per cũcta porrectum.

Diaphanum uero actus eiuſmodi eſſe uehiculum, & id quidem incorporeum, neq; permiſtum corporum qualitatibus, quamuis per hæc omnia ſit diffuſum. Eadem quoq; ſignificat extenſum per omnia lumen a` Platone in decimo de Rep. poſitum. idem ꝓfirmat & in Timæo. ſed de his latius loquimur in commento Plotini. Cum ubiq; in compoſitis, atq; ſub terra ſit color, atque color ſit quædam portio, uel participatio luminis, eſt & lumen ubique. Igitur & diaphanum neceſſarium luminis ſuſceptaculum. Siquis aſtrologorũ regula fretus conſyderet

quantã uim habeãt innumerabiles radii, immenſæ cœlorũ machinæ ad penetrandũ terrã mũ-
di punctum, cognoſcet per hãc, perq; compoſita paſſim diffundi cœleſte lumẽ, atq; diaphanũ.
quamuis nobis hęc in terra non pateant, pateant autem forte quibuſdam illic degentibus ani-
malibus Aiunt etiam ſicut ſe habet frigus ad calorem, & nigredo ad albedinem, ſic tenebras
ad lumen, ut tenebra non ſit priuatio pura, ſed lux minima, uel opaca, tam enim potẽti cœleſti
um lumine fieri, ut puris tenebris locus nuſquam pateat.

PRISCIANI.

q Vænam igitur eſt natura diaphani, ideſt perſpicui, oculisq; peruii. Non enim ſuffi
cit dicere ineſſe hoc aeri, & aquæ, ætheriq;, ſolidisq; nonnullis. neceſſe autem eſt
inquit, uel paſſionem quandam, uel diſpoſitionem eſſe diaphanum. hoc enim pe-
nitus eſt in corpore. corpus autem ſic in corpore eſſe non poteſt. Sin autem paſ
ſio eſt, uel diſpoſitio quædam, a` quo nam fiat inueſtigabimus. aut enim ab uno, aut a` pluribus
ſimplicium corporum forſan prouenire uidetur. tamen ſi hoc fieri nequit, hęc enim ſimplicia
ſcilicet aer, & aqua ſunt diaphana. Terra quoq; diaphana eſt per ignem, ímo uero & cõpoſita
corpora oía q̃tenus oía colorata ſunt. color autẽ eſt diaphani terminus. Aſſero igit̃ diapha-
num non eſſe paſſionem, diſpoſitionem'ue ab aliquo corporibus illatam, ſed eſſe ſpeciem quan
dam conciliatricem eorum, quæ in generatiõe ſunt corporum ad luminis perfectionem accipi-
endam. Itemq; præbentem eis aptitudinem quandam ad ſuſcipiendum lumen, & ad tenebras
ſubeundas, ſiue hæc alterutrum participans per eſſentiam, ſiue per uices utrunq;, ſiue ſimul am
bo per aliquam miſtionem. Diaphanum quidem, quod eſt in igne, lumen habet eſſentia-
le. Diaphanum uero, quod eſt in terra, tenebras habet eſſentiales. Quamobrem ſicut ignis
eſt lumificus, ſic eſt tenebrifica terra, ipſa enim (ut ita dixerimus) tenebra non eſt priuatio lumi
nis, ſed ipſa quoq; eſt actus. Sed nunquid errauimus modo, in terra quoq; ponentes diapha-
num. ſi modo luminis ſuſceptaculum eſt ipſum diaphanum. ſed non errauimus, hoc enim (ut di
ximus) non ſolum luminis, ſed tenebrarum etiam ſuſceptaculum eſt. Prætereа terra quoque
colorata eſt, Color autem eſt ipſius in corporibus terminatis diaphani terminus. Quapropter
& in terra diaphanum eſt, ibiq; non ſolum tenebrarum ſecundum eſſentiam ſuſceptaculum,
ſed & quodammodo luminis. nam tenebras quidẽ ſuſcipit in pfundo. in terminis uero lumen,
ſi modo colores ſunt lumina quædam. atque ſi ipſa quoque terra ſuperficie ſuſcipit lumen.

Diaphanum autem aeris, atq; aquæ uiciſſim amittit utrunq;. quod ſane ratione magis pro
pria diaphanum appellare ſolemus. Diaphanum uero, quod corporib⁹ ineſt compoſitis, ambo
capit commiſtione. Non debemus igitur perconctari a` quonam ſimplicium corporum dia-
phanum oriatur. Species enim nec ab elementis, nec omnino a` corporibus ullis efficiuntur. Sed
ipſa corpora participant ſpecies, atq; ſecundum eas characteres proprios ſortiũtur. Quapro
pter quæ non ſecundum eſſentiam ſpeciem ſibi uendicant luminoſam, hæc lumine indigent,
quo uideantur. Ignis autem, lucentia'q; ſimiliter nequaquam indigent. quippe cum per eſſenti-
am ſpeciei luminoſę ad hoc ipſum ſufficientis participia ſint.

MARSILII

¶ Caput. XVIII. lumen cuius ſit actus,

l Vmen ubicunq; ſit, eſt actus diaphani, ſed in corpore naturaliter luminoſo eſt act⁹,
tanquam forma, & qualitas quędam eius propria. in diaphano autem non natu-
raliter luminoſo lumen intromittitur, non tanquam huius forma, uel qualitas, uel
paſſio uera, ſed quaſi paſſio.

PRISCIANI.

Nter hæc interrogat Theophraſtus quomodo diaphani actus ſit lumẽ ipſum, qđ
i per corpus illuminans protenditur. huius enim potius actus uideri poteſt. Poſt
quam uero dubitauit, quæſtionem ſoluit hunc in modum, id dicens ſimiliter ſe
habere, ſicut & in aliis accidit patientibus, his forte uerbis oſtendens quemadmo-
dum calor ignis quidem tanquam agentis eſt actus, calefacti uero, ut patientis, ſic & lumen ſu
ſcipientis quidem actum dici tanquam paſſionem quandam. Nec principaliter actum cogno-
minari. quo circa ſubiungit non eſſe nomina perquirenda, ſed ſatis nobis factum fore, ſi naturã
eius intellexerimus. Primum quidem illud arbitror diſtinguẽdum. Alterum eſſe lumen, qđ
aliunde eſt effectum. Alterum uero, quod efficit illud, quemadmodum lumen in ſole, & igne ſe
habet. Iam uero non habetur ſermo de cauſa, ubi proprie queritur quid ſit lumen. ſed de eo po
tius, quod procedit a` cauſa. quod ſane` actus dicitur eſſe diaphani in aere, atq; aqua cęteris ue,
quę tenebras uiciſſim, lumenq; ſuſcipiunt.

Caput

¶ Caput decimumnonum. Quomõ lumen non inſit diaphano ceu qualitas eius, ſed adſit po
tius tanquam ipſius illuminantis actus.

MARSILII.

Picurei putant lumen eſſe corpus. plerique uero peripateticorum non quidem
e corpus eſſe, alioquin non tam facile penetraturum corpora, ſed eſſe uolũt lumen
in diaphanis ipſum quandoq; ſuſcipientibus tanquam paſſionem eorum, atq; qua
litatem. id reprobat Priſcianus tanquam a` Platonicis alienũ. quos ipſe præ cæte-
ris ueneratur. adducit igitur ad hæc Iamblichi rationes, quas & ille acceperat a` Plotino. Qua
litas, quę in aliquod corpus aduenies, ab eo proprie capitur. formaq; fit ipſius. ſex cõditiones
habet. Primam, quod accedit per partes corporis paulatim. Secundam, quod paſſionem infert
ſubiecto, mutatq; in eo diſpoſitionem eius naturalem. & primo quidem accidentalem, ac po-
ſtremo ſubſtantialem. Tertiam, quia uſq; ad certum ſpatium propagatur. Quartam, quoniam
abeunte formatore, aliquãdiu remanet in ſubiecto, ut calor in aqua igne ſemoto. Quintam,
quod & ipſa mouetur, quando corpus loco mouetur. Sextam, quod infici poteſt in eo ipſius in
quinamento, atq; ibi confundi, & cum cæteris qualitatibus commiſceri in unum, atq; compo-
ni. Lumen autem contra ſubito uenit, non mutat in ſubiecto naturam, occurrit propagabile
per immenſum, quatenus ſubſit, quod accipere ualeat, recedente eo, quod illuminat, nihil ſui re
linquit in eo, quod uidebatur habere. Non mouetur aere moto, uel aqua, non inficitur infecto
diaphano. ſed uel permanet in ſe ſyncerum, uel protinus abit, ſemper illuminanti continuum.
Quin etiam plurima lumina non componuntur in unum. quod inde apparet, quod ſi ad lucer-
nas duas deãbulaueris, umbręq; geminæ reſultabunt. ſi ad plures, ſimiliter plures & umbræ. Itẽ
ſi tribus lucernis opponatur ingens tabula, in cui⁹ medio ſit foramen, tranſmittent per hoc tria
lumina in oppoſitum. Deniq; lumen ita ſeparabiliter adeſt diaphano, ſicut intellectualis ani-
ma corpori.

PRISCIANI.

Roinde Iamblichum ſequens, neq; corpus eſſe lumẽ exiſtimo, neq; ſicut Peripate
p tici putant, corporis alicuius paſſionem, uel qualitatem. lumen enim eſſe ſuum nõ
habet in aere. Nam aere moto, lumen permanet, ex aere multifariã permutato, lu-
men ſuo in ſe impetu inde diſcedit, ſeruatq; interea indiſſolubilem cum cauſa ſua
connexionem. Ipſa quin etiam huius ſimul tota præſentia per omnia accipere id ualentia ſubi-
to facta, præſente uidelicet eo, quod illuminat. & iterum abeunte, repentina defectio luminis
nullum ibi ſui ueſtigium relinquentis argumento nobis eſſe poteſt, lumen non eſſe aeris paſſio
nem. Paſſiones enim, uelut calor, nec accedunt ſubito, & igne ſubmoto, calor eius exiguam ſal
tem ſui ſpeciem in patiente relinquit. Conſtat præterea ipſum luminis actum eſſe a` corpo-
ribus ſeparatum, quia neq; ſucceſſione gradatim progrediente, neq; permutatione ſubiecti uſ-
quam accedit, neq; ad certum uſq; terminum cohibetur. Sed diffundit ſe ipſum, quouſq; offen
dit aliquid, quod poſſit accipere. neq; unquam lumina inuicem confunduntur, atq; componũ-
tur. Quo igitur modo lumen actus diaphani nominatur? Profecto non ut paſſio quædam,
nec ut perfectio eius in eo uelut ſubiecto facta, ſed tanquam ſeparabiliter ipſum perficiens, neq;
luminoſus hic actus aliquando fit diaphani, ſed efficit potius, ut diaphanum ſit ipſius perma-
nens, ipſe interim illuminanti continuus. atq; cum illo undiq; circunductus. Hoc igitur ita
ſummatim commemoratum ſit, ne forſan, ſicut in aliis patientibus aliquid effici ſolet, ſimiliter
lumen in aliquo fieri, uel ſuſcipi ſuſpicemur.

¶ Caput. XX. De lumine iterum, & diaphano.

MARSILII.

Voniam per ſuperiora conſtat, lumen eſſe aliquid incorporeum corporeis non p
q miſtum, tria hinc poſſumus coniectare. Primum quidem cœleſte corpus primum
luminis ſuſceptaculum incorporea uita, & intelligentia regi, a` qua & lumen ha-
beat, cæteris'q; tradat. Quod tanquam incorporeum nequit a` corpore procreari.
Secũdum, cœleſte corpus non habere materiam talem, qua cum cęteris miſceatur. Tertium, lu
men eſſe cauſam potentiſſimam in agendo. Si enim patientibus non miſcetur, tanquam nõ im
peditum expeditius agit, & ſuapte natura potiſſimum. Ideo mirabiles inde proueniunt actio-
nes. Non effluit autem lumen a` luminoſo per reſolutionem quandam, ſicut odor a` pomo, nec
ſicut calor ab igne, qui proprius ſuſcipientis euadit, neq; ſemper eſt continuus largienti. Sed ſi
cut radius uiſualis ab oculo, ſi modo per emiſſionem uiſio fiat. Qui forſan non eſt aliud quam
uiſus quaſi ad exteriora porrectus, ſiue uiſus ipſius actus eminus agens non relinquens agẽtem,
ſed ſemper agenti continuus, & exterioribus non permiſtus, Potens & malefacere, quod appa

ret in regulo, Potens & bene facere, quod constat instructio. Si lumen esse dicamus radios uisuales cœlestium oculorum in se uiuentium, per que eiusmodi radios cuncta uidentium, agẽtium q; uidendo siue prosperi, siue aduersi intuitus inde fiant, a` Platonicis non errabimus. Est ergo tam excellens in luminoso forma, & actus, ut longissime se se porrigat, non disiunctus ab agente, non permistus in patiente. eiusmodi porrectio est hoc ipsum de luce lumen.

PRISCIANI

p Ost hæc Theophrastus ita quærit, si lumen est incorporeum, cur nã ignis, uel omnino alterius corporis presentia fit? Sic enim uideri poterit defluxus quidam esse corporeus, atq; corpus. Id subinde soluens, non hunc inquit in modum, hoc accipiendum est, sed ea ratione duntaxat, qua se naturaliter habet. ubi certe declarat, ipsum luminis actum specialẽ, formalem ue existere. quandoquidem & calor est a` specie, Iõ q; non est corpus. Non enim per diuisionẽ, siue decisionem, nec per defluxum constat lumen, sed tanquã hoc ipsum actus lucidę speciei, siue quo alio nomine appellare libet speciem ipsam luminis causam. Cæterum, si tenebræ uidentur absq; lumine, non erit lumen causa omnibus, ut uideantur, sed profecto, sicut Theophrastus ait, tenebræ non sunt uisibiles. Non enim sentimus eas quopiam intuitus firmamento, sed priuatione cernendi, atq; eo, quod minime uideamus.

Tum uero ignis, & siquod simile uidetur in tenebris, tanquam ipsum perfecti quoq; diaphani causa. Et propterea illo non penitus indigens, ut uideatur. Ignis igitur ad hoc, ut cernat, non eget quodam iam actu diaphano, idest iam illuminato. Quoniam uero necesse est aliquid esse medium (uisio enim non fit contactu) ideo medium hoc oportet esse diaphanum, ne si forte solidum sit, atq; resistens, impediat opaca proprietate, atq; tenebrifica mutuam inter se rerũ luminalium actionem, ignis inquam, ac sensuum instrumenti.

¶ Caput XXI. Alii sensus non egent medio perfecto, sicut uisus.

MARSILII.

u Isum esse sensuum præstantissimum apparet, quoniam citius, longius, amplius, distinctius q̃ cæteri sentit. Item motus apprehensionis, atq; progressionis est perfectior, quam delcensus. Sicut ergo ad exercendum motum hũc perfectiorẽ opus est anima, & pluribus instrumẽtis, ad imperfectiorem uero nequaquã. sic ad actũ sentiendi perfectiorem opus est medio quodã longe perfectiore. Quãobrem ad actum audiendi, reliquorum q; satis est inter materiale, sensibile, atq; sensum interuallum, medium q; ꝑgrum interesse. Ad uidendum uero requiritur non solum eiusmodi medium perfectum, perfectũ inquam lumine quasi quadam uirtute cœlesti. quod sane` lumen dici potest color quidam corporis luminosi, atq; ita per primum colorem, colores cæteri sentiuntur.

PRISCIANI.

c On tingit autem (ut Theophrastus ait) ipsam uidendorum colorum causam esse colorem, atq; simpliciter, ut quælibet uisibilia sint, causam esse uisibile. siquidem lumen color existens causa est diaphani, atq; uisibilis. Subiungit rursum non esse hoc absurdum, sed in aliis quoq; compertum, nam & gustum fieri per saporem.

Forsan uero dicet aliquis saporẽ, quod propriũ esse sensibile gustus, ac sonũ auditus eẽ sensibile ꝑpriũ, atq; duo hæc nullo prorsus exteriore, quo instrumentũ moueatur, egere, nisi forsan sonante quis dixerit indigere, sicut diaphano color. sed profecto sonus quidem est repente sensibilis, cum primum commẽsuratus est medius aer, colorem scimus illuminatorem externũ desyderare, si modo uisibilis sit futurus. Hoc forsan proprium est aspectus, lumine uidelicet indigere, non quia minus sit perfectus q̃ cæteri sensus, qui nullo alio externo indigent perfecto re, sed quia præstantiorem, sublimiorem q; actionem habet, cui potentia nõ suppetit sensualis, sed diuiniorem insuper quãdam desyderat speciem. sicut enim corpus nostrum ad hoc quidẽ, ut graue sit, atq; descendat, non indiget anima, sed ad ipsum ꝑgressionis, apprehensionis q; motum, propter excellentiam motionis naturalem corporis motũ exuperãtis, nec iccirco deterior est motus hic imaginationis impetu factus, q̃ naturalis, sed melior. sic & uisus cæteris excellentior, propterea quod excellentius operet, alio quodam utitur perfectore.

Caput XXII. Visus tãquam sensuum perfectissimus, & uisibile tanq̃ perfectissimũ sensibiliũ hñt ordinẽ a` multitudine ad unũ, quẽ cęteri sensus, & reliq̃ sentiẽda non habent.

MARSILII.

n Eq; gustus omnes rediguntur ad unũ gustum, per quẽ gustent, neq; gustabilia ad unum gustabile, per quod gustẽtur. Similiter q; de similibus. uisibilia uero per primum uisibile

mum uisibile idest lumen uisibilia fiunt, ideo q; & uisus omnes per primum uisum. Quoniam uero quę apud inferiora sunt disiũcta, apud superiora sunt unita. Ideo coniectare possumus idẽ esse primum uisibile, primum q; uisum. idest pręcipue solis lumen. hinc Orpheus oculum mundi solem uocat. similiter intellectus oẽs ad intellectum primum. Et intelligibilia omnia ad primum intelligibile referuntur. Idem uero est intellectus primus, & intelligibile primum. Proinde sicut ab ipso cœlestium medio, ut plerique confirmant. idest sole uniuersalis uita per cuncta diffunditur, absq; ulla ipsius uitæ resolutione, uel rarefactione, uel mistione. similiter per cuncta diffunditur inde lumen, quod quidẽ ex ipsa omnium uita, omniũ fit uiuificũ, atq; hic est mirabilis ordo in ipso uisualium, uisibilium q; genere, & a` multitudine redigantur in unũ, a` quo & ante processerant. Est & mirabilis copia ipsius primi uisibilis, ut eius uirtute omnia uideantur. Est deniq; singularis efficacia uisus, ut per unum innumerabilia sentiat. quoniam uero cęteri sensus, & reliqua sentienda ordine quopiam omnino carere non debẽt, uerisimile est & sensus reliquos, & cætera sensibilia in ipsa uirtute primi uisus, & primi uisibilis contineri, ut si per se, minus saltem per illius ordinem ordinentur.

PRISCIANI

d Ixerit forte quispiam, consyderatione dignũ esse, nunqd quod est lucidũ, ipsum q; lumẽ sit uisibile principale, quod per seipsum moueat oculum, & circa quod agat uisus nullo extrinsecus alio egens perficiente. Colores autem tanquã exigua quædam lumina per se uideri nequeant, sed uisibile ipsum exigant principale eos euestigio perfecturum. Sed dicet insuper aliqs, si ita sit, non oportebat lumen ad hoc cõferre coloribus, ut cernantur, sed contra confunderet illos. Quẽadmodum maius lumen minus obruere solet, atq; in ipsis rebus, quod magis fulget, occupat quod fulget minus, Sic sub sole lychni lumen minime cernitur. Non est autem eadem comparatio maioris ad minus, atq; præcedentis adsequens. non enim tanquam simpliciter uisibile confertur cum lumine coloris, neq; enim conspicuus omnino est absq; lumine. quapropter cõparatur ad lumen quasi uisibile consequenter quatenus ab ipso perficitur, uisibile q; fit ꝑ ipsum. Ipsum uero lumẽ suapte natura ad hoc sufficiens, ut cernatur. Quod si in cæteris sensibus non inuenitur proportio similis, per quam aliud quidem præcedenter, aliud uero consequenter sit audibile, uel gustabile, hęc certe opulentia quædam est, tum uisibilis omnium primi, quod lumen esse dicimus. Cætera uidelicet uidenda perficere, tum ipsius uidendi potentiæ, sentientis scilicet non solum lumen, sed etiam alia quædam ipsius luminis beneficio.

¶ Caput XXIII. Quomodo medium conferat in uidendo.

MARSILII

q Voniam nõ quælibet actio, passio q; inter sensum, atq; sensibile confert ad sentiendum, sed certa quædam, & moderata, ideo inter uisum, atq; colorẽ quodam opus est medio, quod & spatio moderetur actionem, atq; passionem, & ꝑprietate quadam agens accommodet patienti, Medium eiusmodi nõ põt esse uacuum. In uacuo enim neq; spatium est, neq; proprietas ulla. hæc enim sunt corporis passiones. Præterea, ut oculus, quod est corpus, accommodetur uisibili, quod & corpus est, uel in corpore exigitur cõtinuitas quędam facta per corpus, quæ non fit per priuationem corporis, quod est uacuum.

Esto igitur medium eiusmodi corpus, non quidẽ opacũ. Visus enim, & color luminales sunt quodãmodo, ac plenius insuper lumen desyderant, quod ergo tenebriferum est, non medium, sed impedimentum est ad uidendum. Medium igitur sit diaphanum, quod inter oculum, & colorem non luminosum confert, tum spatio ad actionis, & passionis modum, tum perspicuitate ad uberius lumen accipiendum, atq; insuper exhibendum, ubi uero uel oculus, uel color est admodum luminosus, interuallo saltem conducit ad actionem, passionem q; temperãdam, cõfert quinetiam ad duo hæc inter se deuincienda proprietate quadam. Nam perspicuitate, & luce congruit cum colore luminoso, & oculo perspicuo simul, atq; lucente. Meméto interim diaphanum per se esse aliquid luminale.

PRISCIANI

q Voniam uero uidetur moueri diaphanum a` coloribus, nos aũt optamus quæstionem hanc, scilicet quomodo moueatur, utrum defluxu quodam, uel ex eo, quod hi quidem agant, hoc autem patiatur extendere insuper & ad illos, qui uisionem sine diaphano fieri putant, a` coloribus duntaxat perductis ad oculum, atq; etiam ad illos, qui ex ipso sensuum instrumento emitti aliquid arbitrantur, ideo operæpretium est pquirere (quãdoquidem re uera mouetur diaphanum) quomodo moueatur. Videntur utiq; colores per mediũ diaphanum uideri quidem, appositi uero oculis non uideri. Ad hoc autem diximus diaphanũ reqrere medium, ut uidendæ res illustrent. Sed quãdo spectaculũ ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

per se lucet, nunquid diaphano quodam opus est medio? Immo & tũc est opus, ut diximus, ut sit congruum interuallum. Oportere quin etiam medium non esse solidum, & opacum, ne tenebrifica proprietate impediat actionem. Sed nunquid diaphanum ad id tantum confert, ut nihil impediat? perinde ac si foret uacuum interuallum. Non est autem consentaneum rationi, sed conferre aliquid & hoc oportet, non enim uel temere medium corpus est. Iam uero & in coloribus manifeste conducit, quos, nisi illuminatum esset, medium cernere non possemus, cõsequens est igitur in rebus quoque fulgentibus ad aliquid id conducere.

¶ Caput XXIIII. Quod medium diaphanum inter colorem, & uisum quodãmodo moueatur, atque patiatur.

MARSILII.

c Irca omnem sensum compertum est inter externum sensibile, atque sensum, esse medium aliquod aerium, aut aqueum, & id quidem a` principali sensibili moueri, patiq; non nihil prius quàm sensibile ad sensum usque peruenerit. Ergo similiter & circa uisum color ipse uidendus lumine iam conspicuus, & ipse lumẽ, quod color est cœlestis, mouent quodammodo diaphanum medium, & in ipsum non nihil agunt, atq; ita moderatius, congruentius'q; ad oculum usque procedũt. Quod enim luminosum est, agit euidentius in diaphanum, color igitur, etsi non per se luminosus, quia tamẽ luminalis est, ex se aliquid agit, etsi non illuminet. illuminatos uero colores agere in diaphanum non negabis. Ac dum tanquã illuminati agunt plurimum interim tanquã colores agere quoq; nõ nihil.

PRISCIANI.

p Ræterea si in audiendo, & in odorando quodãmodo mouetur aer, atq; etiam in tangendo, quando sit medius inter calefaciẽtem, atq; calefactum, & in gustando similiter, siquis liquor medius interuenerit, tametsi in his medium fit eiusmodi permistione quadam potius quàm actiõe, si inquam in his sensibus res ita se habeat, consequens est, ut in uidendo medium etiam moueatur. Rursum omne illuminans euidenter in diaphanum agit. Tale autem est, quod ualde fulgens. Quapropter quod etiam minus fulget, aliquid agit, quamuis non adeo, ut illustret, colores igitur ab illuminante perfecti, illustrati'q; ipsi quoque diaphanum commouent.

¶ Caput XXV. Quomodo color moueat, agatq; in diaphanum, atq; oculum.

MARSILII.

i Gnis thermarum agit in aerem, aer in hominem. hic duo sunt agentia, & geminæ actiones. Nam ignis calorem largitur aeri factum iam in eo aeris qualitatem. Aer ita feruens etiam igne subtracto, hominem calefacit. Tactus feruentem aerem, uel saltem tepentem sentire potest, quáuis non persentiat ignem. Non ita color illuminatus, uel luminosus, qualis est cœlestis, & igneus, non ita format diaphanum lumine quodam sic per diaphanum misto, facto'q; iam diaphani qualitate, adeo, ut diaphanum iam formatum sit proprium agens formans oculum actione propria, præter ipsum coloris actum. Alioqn diaphanum coloratum sentiremus, non colorem. Nunc autem colorem perspicue cernimus quoniam lucidus eius actus ad nos usque peruenit, & quidem momento, & totus in qualibet aeris portione. Totum enim repente, & ubiq; uidemus, ex quo patet non esse hunc aeri mistũ nec factum aeris qualitatem, sed aeri potius (ut ita dicam) insidere, sicut eques equo, non sicut in equo figura. Atq; sic separatim adesse diaphano, sicut intellectualis anima corpori.

PRISCIANI.

n Vnquid igitur colores quidem diaphanum mouent? hoc autem mouet aspectum, quasi ipsum a` caloribus sit formatum nequicquam. Alioquin diaphanum quidẽ ita passum persentiremus, colorem uero minime. sin autem colorem ipsum sentimus, is certe mouet aspectum. Verũtamen diaphanũ quoq; sentimus, hoc autẽ etiam per seipsum mouet intuitum, quando uidelicet iam est illustratum, nec iam p aliud, atq; tanquam a` coloribus motum. Quis nam igitur hic motus est, ut etiam cognoscamus quomodo res ipsæ uidendę uisum per medium moueant? Assero igitur, quemadmodum res illuminans perficit diaphanum, dum uidelicet rei illuminãtis actus diaphano separabiliter adest. atq; oculo per diaphanum, non quia diaphanum aliquid inde proprie passum fuerit, sed quoniam ipsum quoque per actum luminis separatim sit perfectum, ita colorem illustratum agere in diaphanum, actionem uidelicet separatim diaphano insidente, siue potius superuectam, quæ quidem propterea non succedente quadam per partes distributione, sed semel tota simulque toti ubiq; fit

ubiq; fit indiuidue præsens, & quasi formet diaphanum separatim, atque cum hoc ita formato nostrum quoq; simul mouet aspectum. Adeo ut ipse color etiam agat ĩ uisum, sed ita, ut interim utatur diaphano tanquam propriæ actioni subiecto, non quidem ut patiente, sed ut formato p actionem eiusmodi separatim. Quamobrem ipse coloris actus non mistus fit oculo præsens. q̃quam non aliter prẽsens quàm diaphano utens uelut curru, quandoquidẽ aduehit se ímistum.

¶ Caput. XXVI. Diaphanum non est subiectum luminis, tanquam qualitatis suę, sed est uehiculum luminis tanquam separabilis ab eo, & continui semper corpori luminoso.

MARSILII.

s Icut cœleste lumen hucusq; porrectum est uehiculum. mirabilium quarundam uirtutum ab eo separabilium, sic diaphanum est uehiculum luminis ab eo interim segregati nec a` diaphano, sed ab illuminante continue dependentis. Similiter actus illuminati coloris per diaphanum sese porrigit diaphano, non permistus, & tamen a` diaphano uelut curru traiectus ad oculũ, & quia non permistus, ideo totus ubiq;, & id circo ubiq; totus apparet. Quod in uoce materiale est, idest aer fractus, non est ubiq; totum, sed quod spiritale est in ea, idest significatiuum, uel saltem speciale quiddam, impressum uoci, tũ extra nos a` uita mundi, tũ intra nos in instrumento sensus ab instrumenti uita, hoc autem dicitur nec per se cum aere pati, nec aeri permisceri, & totum simul audientibus cunctis adesse.

PRISCIANI.

q Vid ergo diaphanum ad uidendum confert? si coloris actus in ipsum incidit non permistus, hoc ipso prodest, quod traiicit, atq; pducit. Peruenit enim coloris actus ad uisum uectus diaphano separabiliter (ut diximus) atq; indiuidue toti præsens.

Itaq; qcunq; in theatro spectant, quotcũq; sint, spectaculum idem ubiq;, totũ'q; cõspiciunt, sicut & uocẽ ibidem omnes totã pariter audiunt. Vocis etenim actus est impartibilis, ubiq; totus se partibiliter, idem'q; prẽsens, utpote, qui nec perfertur una` cum aere, nec similiter alteratur. Argumentũ enim est absolute præsentiæ, cunctis, & unicuiq; audientium inesse totũ, atq; sub unius formæ rõne similiter omnes implere.

¶ Caput XXVII. Quod ad sentiendum proxime confert, non materiale aliquid est, sed quiddam potius spiritale.

MARSILII.

m Emento, quod immateriale est, atq; indiuiduum, & solutum a` subiecto, & ideo ubiq; totum circa sentientes non posse a` materiali procedere. Ideo'q; constat non solum in sensibus nostris, sed in uniuerso spiritale aliquid, & uitale uigore. Cuius uirtute spiritales actus, & species, & imagines procreantur, quoties materialis passio fit in aere, uel a` sonante, uel a` colorante, uel ab aliis obiectis sensuum, & tamen interea resultat immateriale quiddam in instrumento sentiendi, uel etiam in ipso aere. Quod necessario ad actũ sentiendi requiẽ, qui sane` actus non proprie fit ex passione materiali aeris, uel instrumẽti, sed ex quadã specie spiritali, quæ interim quadam uitæ uirtute resultat in eis, neq; tamen species eiusmodi sufficit ad sensum, atq; iudicium, nisi ad eius incitamentum anima statim rerum sensibilium rationes sibi innatas educat in actum.

PRISCIANI.

d Ic ergo, non ne pulsatur, passiue'q; mutatur a` sonante aer, instrumentum'q; auditus? Profecto passio quidẽ, & motus præcedit circa corpora, Sed hæc nõ sunt uox ipsa, nec auditio, hæc aũt est secundum actum pfectio quædã, quæ secundũ speciẽ consistit circa motũ. Verum hic qdẽ passio aeris antecedit. Siqdem pulsatione quadã fit aliquid audiendũ. Quod uero spectãdum est, non per diaphani passionẽ fit conspicuum, sed iam in seipso spectabile est, color ipse uidelicet illustratus. Siquis autem hic quoq; dixerit, fieri quandam passiuã sub coloribus in aere affectionẽ, non tamẽ per hãc color spectãdus euadit, immo per actum aliquẽ speciei, perfectũ, simulq; totũ, ubiq; præsentẽ, & expedite diaphano absistentẽ, qui passiua quadam conditione afficit instrumentum. Nõ tñ uisus in passione consistit, sed in speciali, siue specifica uitæ perfectione, atq; in partu quodã rationis innatæ.

¶ Caput XXVIII. Circa uisum passio materialis minime apparet. Plurimũ uero species spiritalis, circa auditũ uero quasi pariter apparet utrũq;. Circa tres aũt reliquos passio qdem maxime patet, species uero minime.

MARSILII.

o Mne sensibile genus afficit medium, & instrumentum per suam naturam naturali quadam, & materiali quodammodo passione. Nam lumen hæc subtiliat, atq; fouet eo ipso, quod lumen est. Albedo disgregat, nigredo congregat, uiredo contemperat, sonans frangit, & rarefacit, atque condensat, odoriferum similem sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

imprimit qualitatem naturaliter hæc afficientem, ſimilem guſtabile, ſimilem quoq; tactile.

Quoniam uero paſſio hæc tanquam materialis longe diſtat ab animo penitus ſpiritali, iō q; ſi creuerit, ſenſum minuit, & denicq; perdit, neceſſe eſt præter eam intereſſe ſpeciem quandam quodammodo ſpiritalem, & quaſi iam indiuiduam, ſiue hæc in inſtrumento tantum reſultet, ut in tactu, atq; guſtu, ſiue etiam extra ceperit, ut uiſu in auditu, olfactu. alioquin non poſſent hi tres adeo diſtantia perſentire. Naturalis utiq; ſpecies inſtrumenti uiſualis minime materialis eſt, ſimilis ferme eſt naturalis ſpecies auditus, atq; ſoni, Ideo in minima paſſione materiali facil lime reſultat ſpecies ſpiritalis, quę neceſſaria é ad ſenſum. In tribus autem reliquis, ſpecies tum inſtrumenti, tum obiecti materialiter iudicatur, Idcirco materiali, magis paſſione reſultat ſpecies illa, quę confert ad ſenſum, ut pote quæ & ipſa ſit quaſi materialis. Poſſunt tamen hęc obiecta ſine effluxu materiæ ſuæ mouere ſenſum, multo itaq; magis & colores poſſunt.

PRISCIANI.

N odore autem, atq; odoratione manifeſtior eſt paſſio, quæ contingit in medio.
i Ideo q; abſente re odoranda, permanet odor, non ſolum propter effluxas inde particulas, ſed quoniam aer aliqd eſt perpexus. quemadmodum & calefactus euadit, quoties inter calefacientem, calefactum q; medius incidit aer, quin etiam medius inter mella, atq; linguam dulcedinis qualitate perfunditur. Iam uero & hic tum ſenſus, tū ſenſibile, ſecundum ſpeciem ſeſe habet. Sed quoniam in his ſpecies tam inſtrumenti ſenſus, q̄ ſenſibilis magis ad materiale declinat, ideo in his uehementior, & iccirco manifeſtior tum inſtrumentis, tum aeri occurit paſſio, ut ſenſibilem participent ſpeciem. Neque tantum hæc ſecundum effluxus ſentire ſolemus, multo q; minus aliquid a coloribus effluit, quod efficiat uiſionem. ſed uidentur ex eo, quod agant.

¶ Caput. XXIX. Senſibile confert ad ſenſum non effluxu, ſed actione.

MARSILII.

Ffluxus trahens ſecum aliquid de materia, natura q; rei, ſimiliter afficit mediū, atq;
e inſtrumentum. Et ideo huc tendit, ut naturam mutet. Qua mutatione creſcente adducitur ſenſualis natura deſinere. Itaq; non effluxus a re naturalis proprie conducit ad ſenſum, ſed ipſa ſimpliciter actio, non tam materiā rei ſentiendæ ſequens, quam ſpeciem, ſpeciem inquam non tam quia ſit in materia quam quia ſit ſpecies ab idea, q̄re actio eiuſmodi ad inſtrumentum profecta definit in eo ſaltem, ſi non prius in ſpeciem quodammodo ſpiritalem ſenſibus neceſſariam. Lumen hoc ipſum, quod ſimpliciter ſit uiſibile, non habet ex uirtute diaphani, immo hoc ex illo id euidenter habet, ſed diaphano tanquam uehiculo ad nos uſq; traducitur. Eſt ergo nobis uiſibile in diaphano potius quam per diaphanū.

Dici uero poteſt nihil nobis eſſe uiſibile præter colorem. Item nihil præter lumen, nam & lumen color quidam eſt, tum naturalis ſyderibus, atq; igni, tum diaphanus peregrinus, & color eſt lumen, tum inſtrumentū in compoſitis, & opacis, tum ſyncerū in cœleſtib⁹, atq; diaphanis.

PRISCIANI.

Ed eſt ne adeo fortis ipſa coloris poteſtas, ut abſq; effluxu moueat, atq; continue?
s Conſtat enim continue actum ſuum edere, niſi forte quemadmodum ignis materia indiget ad agendum, ſic & luminoſum, ſed certe non color tantum, ſed (ut dictum eſt) eſſe ſenſibile, ſenſus mouet eo ipſo, quod agit. Color autem nec ſemper, ſed quando iam eſt illuſtratus, & quando (ſicut Theophraſtus ait) diaphanum ei tanquam materia ſubeſt, quod quidem ſimul & lumine colores perficit, & quodāmodo formatur ab illis, ſe parato uidelicet actu huc inde manante. Lumen autem non per diaphanum, ſed in diaphano potius, & ſecundum ſeipſum nobis fit conſpicuum, ipſum quoq; diaphanum fit lumine manifeſtum. Forte uero nō eſt diuidendū (ut Theophraſtus ait, & recte ait) neq; enim lumen abſq; diaphano, neq; hoc abſq; lumine ſenſu percipitur, atqui ſi lumen eſt diaphani color, certe hoc ipſum, quod uiſibile dicitur, nihil præter colores erit.

¶ Caput XXX. Aer medius confert ad uiſum, auditum, olfactum, non ex eo proprie, qđ a re ſentienda formam accipiat, ſed actum ab illius forma manantem traducat ad ſenſum.

MARSILII

Es uidenda nō imprimit aeri formam aliquam, uel figuram, ſed ab ea iam illumi-
r nata procedit ab eius ſpecie lucidus quidam actus, & ſpecialis, atq; ſpecificus non miſtus aeri, & ideo aerem nō figurans, ſed cū primū attingit lucidum in nobis ſpiritū, rurſus euadit in ſpeciē ſpeciei, unde uenerat, congruentem. Ab obiecto ſonante, atq;

te, atq; olente tanq̄ magis materiali, q̄ ſit obiectū uiſus euidentius patiē aer, atq; ſpiritus, q̄ a colore, Verumtñ non in eiuſmodi paſſione ſenſus efficit, ſed in actu quodā ſpeciali, atq; ſpecifico qui a ſpecie rei procedens ſub paſſione latet, & in ſpiritu redit in ſpeciem uirtute uidelicet uitæ noſtrę, q̄ eſt admodum ſpecialis. Ac ſi forte & prius, q̄ nos attigerit, in ſpeciē euaſerit ſpiritalē. fit utiq; talis mundanę uitæ uirtute. Vna. n. mundi animalis unius uita, nāq; ſingulis inſita in uicē connectit ſingula, præcipue quæ aliter ſunt conformia, efficit q̄, ut ēt quę procul diſtare uidentur, agant in ſe inuicem facile, atq; compatiant, quod magi teſtantur.

PRISCIANI.

Vid ergo diaphanum patiens efficit uiſionem? Quidā enim figurari, formari ue
q proprie putant, uex non ita putandum, ſed, quēadmodum diximus, efficere uidelicet uiſionem tanquā ipſum accipiens abſolute actum a uiſibilibus emanantem, eūq; copulans inſtrumento. uiſibiles uero non ſolum colores ſunt, ſed etiam magnitudines, atq; figurę, quāuis ſecundo quodam gradu, ſicut iam diſtinximus. Olfactus autē (ut ait) fit per aerem tanquā commiſtum, ut apparet, atq; patiētem. auditio uero per aerem figuratum. Dictum eſt autem ſenſum non ſecundum paſſionem fieri, & uocem nō eſſe figurā in aere factam, ſed perfectam quādam ſpeciē actionis, ſiue actus. Tū uero odorabile nō paſſio quædam eſt, ſed ſpecies. patitur autem magis aer ab iſtis tanquā a ſpeciebus magis ad corpus, materiam q̄ declinantibus.

¶ Caput. XXXI. Quod minus materiale eſt potentius uenit in ſenſum immaterialem, atq; ſenſus remotior a materia obiectum immateriale potentius excipit. MARSILII.

Vatuor ſunt cauſæ, quibus ſenſibile ad ſenſum magis peruenit, magisq; ſentitur.
q Prima, quando obiectum ad hoc eſt efficacius. Secunda, quādo ſenſus eſt purior. Tertia, quādo medii qualitas eſt utriq; conformior, adeo, ut aptius ab obiecto in ſenſum traiiciat actum. Quarta, ſi acceſſerit diſtantia minor. Viſus, atq; uiſibile propter naturam ſpiritalem longius inter ſe agunt. Cæteri ſenſus gradatim deſcendentes in actum, quia paulatim natura materialis in inſtrumento creſcit, atq; obiecto, paulatim ſeptius inter ſe, pigrius q̄ agunt ſenſus, atq; ſenſibilia, neq; tam procul, q̄ uiſus in ſentiendo procedunt.

PRISCIANI.

Oſt hęc interrogat Theophraſtus utrum quodlibet ſentiendum ad ſenſum ęque
p perueniat, an potius hoc magis, illud minus. Arbitror equidem proculdubio nō ſimiliter peruenire, ſed quatenus quod eſt ſentiendum uim habet ad agendum maiorem, ſiue minorem. Rurſum quatenus inſtrumentū ſenſus puritatem habet magis, minus ue ſyncerā. Prēterea quantum ipſum quoq;, quod mediū eſt, magis, minus ue eſt aptum ad actum inter obiectum, ſenſum q̄ traiiciendum. Deniq; ſecundū iteruallum longius, aut breuius, quo ſenſibile ſit eminus, aut cōminus perueniendi differentia quædam accidit.

¶ Caput. XXXII. Inter ſenſibile, quia materiale nimium, atq; ſenſum imaterialem, ſemper eſt opus medio quodam quodāmodo ſpiritali. MARSILII.

Vando ad longiſſimum ſpatiū ſcintillam uides, exiguum locuſtæ ſonum audis,
q & animalia quædam minima quæq;. Item apes, & formicæ mellica olfaciunt remotiſſima, conchæ quin etiā diſtantia guſtant, & torpedo per longam ſæpe uirgam ſtupefacit te quaſi tangens, putas ne p̄ſertim in ſupioribus a minimo quoq; obiecto longiſſimum ſpatium frangi, & materialiter afficiē nequaquā. ſed intercidit neſcio qd quodammodo ſpiritale, quod per tam longum ſpatium agat in ſenſum. ideſt actus quidam ſpecialis, atq; ſpecificus a ſpecie rei ſentiendæ proueniēs, ſiue hic intra nos fiat, ut in tactu, atq; guſtu, ſiue ēt extra nos, ut in uiſu, auditu, olfactu, qui & uirtute fit uitę cōis, cuius beneficio cuncta ligāte tā facile a rebus diſtātibus, & mouet ſenſus & corpus cōforme patiē a cōformi, qđ p magicē eſt cōpertum. Quāuis aūt ab obiecto magis materiali mediū & iſtrumentū uehemētius patiant, ut in tactu, guſtu, olfactu, & ſæpe auditu, tñ ab eo, qđ minus materiale uenit, ſenſus tutior, expeditior q̄ reſultat. Circa uiſū ſtatim ab obiecto actus prouenit ſpiritalis ipſius, ut arbitror, luminis beneficio. itaq; momento eodē uidemus quo proceſſit, ſed ſonus prope ſonātē materialis q̄dā paſſio eſt aeris, atq; fractio tpe facta, eiq; mox ſuccedit ſpālis, & quodāmō ſpiritalis actus ſimul totus attingēs auditū, q in aere ita fracto reſultat uirtutis occultioris offō. Itaq; nō eodē momēto pulſantē audis, quo & uides. Procedit aūt ſpālis actus in uoces, q̄tenus & paſſio aeris non paſſio inq̄ frangens, ſed afficiens, nam ultra frangentem longe procedit.

PRISCIANI.

c Æterum, quod in omnibus quoq; ſenſibus, inter ſenſibile, ſenſum'q; mediũ aliqd incidat, quãuis exteriorum obiectorum mediũ appareat euidentius, eoꝝ uero, quæ quodãmodo ſunt in nobis, minime, ſatis & ab Ariſtotele definitũ eſt, & a` Theophraſto nihil eſt dubitatum, etſi inſtandum hic ſtudioſius iudicauit. At illud in primis quiſpiam indagauerit, ſi præſentia uocis (ut diximus) repẽte aduenit ſimul tota, quo nãpacto, qui ſono propinquiores ſunt, magis audiant, atq; uelocius, aut quomodo, quando quis quercum incidit, prius cædentẽ cernimus, quàm ſonitum audiamus. Conſtat enim non ſimul percuſſionis aſpectum fieri, ſonitus'q; auditum. Dicendum eſt autem hoc ita cõtingere, quoniã neceſſe eſt aerem pati prius aliquid, atq; moueri. Quo quidem ita moto, ipſa uocis ſpecies mox tota fit ſimul. Paſſio quidem, motus'q; in tempore fiũt. Species autem poſterius ſane`, ſed ei, quod iam factum eſt, tota ſimul accedit. circa uocem igitur poſterius, in paſſione actus ipſius ſpecies accidit, eatenus'q; peruenit, quatenus per continuitatem aeris procedit & paſſio. Quãobrem qui ſunt propinquiores obiecto, citius, magisq; audiunt. quippe cum uelocius, magisq; patiantur, qui ſonanti primo propinquiores exiſtunt. Quod uero uidendũ eſt, non per paſſionem in diaphanum agit, quando nec ipſum quidem, quod illuminat. Itaq; ſine tẽpore agit, ſimulq; occurrit omnibus, quibus cernitur. Tametſi non ſimiliter omnibus, ſed propinquioribus ſe expreſſius patefacit. quoniam in ea, quæ paratiora ſunt, uehementius agit. hæc autem ſunt, quę ſecundum locum ſunt uicina, propterea quod & quæ uidentur, & quæ quodãmodo uident, corpora ſunt.

¶ Caput XXXIII. De reuerberatione luminis, & imaginibus.

MARSILII.

1 Vmen incidens in corpus quodammodo dẽſum, lene'q;, & nitidum ſiſtit ſeipſum, colligit'q;, & protinus conualeſcit in corpore uidelicet tum firmiore, tũ ei præteris congruo. Congregatum ideo'q; & ualidum agit hinc iterum in oppoſitum, quando ſcilicet eſt corporibus quoquo modo ſpecularibus reſultat in oppoſitum parietem, ibiq; ſplendorem procreat. Reſultat item in alia, & in oculos. Nunq̃ itaq; frangitur. ſed explicat primo ſeipſum, deinde replicat, atq; applicat. Et utrobiq; unus, continuus'q; uidet luminis actus. Radius ſimiliter uiſualis corpus attingens quomodo libet ſpeculare firmatur, cõgregatur, corroboratur, & replicatur. Relapſus'q; in oppoſitum ex ſpeculo, res ſpeculo uidet obtectas. Sunt & qui uelint formas rerum illuminatas ad ſpeculũ producere radios, qui inde reflectantur in uiſum res ita uidentem. Addit Theophraſtus, & Plato a` figuris rerum illuminatis imagines quaſdam progredi, quæ nominantur Idola. εἴδωλ enim ſpecies eſt, ab hac p diminutionem idolum appellatur, quaſi ſpecimẽ, ſiue exilis quędam ſpecies a` ſpecie perfectiore proueniens. hæc igitur idola quaſi ualde debilia, uiſum non plus mouent q̃ in ſpeculare corpus inciderint, quo ſtabilita, redintegrata, corroborata ſe oculis offerãt. ſiue ipſa ad uiſum inde procedant, ſiue radius uiſualis ad eas ipſe proſiliat. Quo autem modo idola non ſolum ſpiritalia, ſed etiam materialia e` rebus effluant tum per lumen, tum ſine lumine, tum ad uiſum, tũ ad alios quandoq; ſenſus, & præcipue in ſpiritu noſtro imaginali tanquam in ſpeculo quodã conualeſcant, ſe'q; nobis oſtendant, & in nos mirabiliter agant, in Plotini commentariis pertractamus.

PRISCIANI.

t Heophraſtus inquit deinceps de refractionibus, ſiue reuerberationibus eſſe tractãdum, dici nãq; ſolitum eſſe expreſſionẽ quandã obiectæ formæ quaſi repercuſſæ in aere fieri. Forte & ipſe Plato idem ſentit, ubi ait apparitionẽ quãdam corporalium ſpecierum idolarem, ſiue imaginalem fieri in lumine. leni cuidam corpori circũſuſo. Nos igitur fractiones, ſeu uerberationes non debemus corporeas hic admittere. Nam tale quiddam paſſio eſt ab ea, quæ naturaliter eſt actio diſſidẽs. Præſertim ubi de ſolis lumine agitur, ſed uerberationes quoq; actiuas, & efficaces debemus accipere, dum uidelicet & ipſum, quod illuminat, & ille, qui uidet circa corpus dẽſum, terſum, lene, lucidũ, efficacius agit, adeo, ut & ipſum illuminans per hoc inſuper illuminet alia, & ipſe uidens, per idẽ reſpiciat aliud. huius enim ſecundus eſt actus. quippe cum ſubiectum eiuſmodi lene, atq; ſubrutilãs, ſimul in actione conducat. Qua ratione cum lumine cognationem habet. Tum uero & quia quod illuminat utrobiq; agit, merito ſecũdus actus fit primo continuus, & quia corpus lene, terſum'q; in actu ſecundo, ſiue actione ſecũda, ſimul ad agendum confert, ideo diuiſio quędam utrorũq; ꝓtingit, ſiue concurrit. Quod quidem uerberatio, ſiue fractio nominatur. Quando uero per ſpecula

ſpecula ſpectantur uultus fit ibi uiſionis ipſius reuerberatio quædam in formam primam nõ ſecundum paſſionem, ſed ſecundum actionem, ſicut diximus. Plato autem effici uult etiam apparitionem quandam corporalium ſpecierum imaginalem in ipſo uiſionis prodeuntis actu, circa lene quoddam, nitidum'q; corpus, nõ quidem per effluxum quendam corporeum a` corporibus, ſed per ſpecierum umbratilem quandam figurationem in apparendo, atque uidendo.

Quod forſan & Theophraſtus indicat, ubi ait p reuerberationes formę expreſſionem quandam, ſiue figurationem in aere fieri.

¶ Caput XXXIIII. Inter agens, & patiens oportet eſſe communionem.

MARSILII.

u Bi futura eſt actio peremptoria, cõmunio inter agẽs, et patiens ſufficit in materia, ut inter ignem, atque aquam. Quod ſi acceſſerit communio in qualitate nonnulla facilior proueniet actio, qualis inter ignem, aerem'q; contingit. Vbi uero imminet actio perfectiori neceſſaria eſt cõmunio in quadam proprietate naturæ, ſic rationale docet rationale, ſic luminoſum illuminat luminale, hoc enim perficit prę cęteris illud, quoniam ad huius formam in illo eſt quædam proprietas inchoata. Proportio itaq; in proprietate quadam eſt ſenſus huius ad hoc ipſum ſenſibile, illius ad illud, oculus diaphanum quiddã eſt, & luminale, atq; in eo, quod naturaliter cœpit habere, ad ſummũ perficitur a` lumine p diaphanum. Similiter ſpiritus auditui ſeruiens habet aeream proprietatem iam quodammodo in ſe ſonantem, uel facile reſonabilem accedente uidelicet aere fracto perfectius ſonante. in ſpiritu ſimiliter olfatur uapor, ineſt expeditiſſimus ad uapores odorum, & quaſi iam odorus. In guſtu naturalis quædam ſaliua expoſitiſſima eſt quaſi ſimilibus in ſapore liquoribus in tactu natura ſolidior, & primis elementorum qualitatibus accõmodatior ineſt. Et ubique patitur hoc ab illo, non quia hoc illi in ſimilitudine ſit æquale, ſed quia quodammodo ſimile, & per hoc ad reliquam ſimilitudinem facillime properans, & obediens tãquam formabile formatori. inſtrumenta ſenſuum conueniunt cum ſenſibilibus in proprietate, quam diximus. Senſus autẽ in rationibus inſitis ſenſibilium. Intellectus cum intelligibili multo magis. Penetrat enim intelligibile reſoluendo, quod ſenſus efficere nequeunt.

PRISCIANI.

s Vbdit uero poſt hæc, in quibuſdam uideri ſenſus inſtrumentum rebus ſentiendis eſſe cognatum, lingua enim per humorem quendam guſtat ſaporis humorem. Auditus quoq; aeream audit uocem per motum aeris intus incluſi. Quærit igitur quam ob cauſam non in aliis quoque ſenſibus ſimiliter res ſe habeat. Itẽ quomodo ſimile a` ſimili patiatur, ſcilicet ab externo aere intimus aer. Et humor infimus ab humore.

Immo & in cæteris ratio eſt conſimilis. Nempe in quolibet ſenſu tale inſtrumẽtum eſt, quale eſt eius obiectum. Quippe cum inſtrumentum obiectorum actionibus ſit ſubiectum. ſic ergo diaphanum quidem eſt in uiſu, reſonabile uero aliqd in auditu. Non enim qua ratione eſt aer, ſed qua reſonabile quiddam ſonum haurit. olfabile ſimiliter in olfactu quiddã latet. Quapropter hic quoq; eſt aliquid aqueum, uel aerium, uel potius medium. Nã humor aqueus eſt in guſtu. In tactu deniq; facultas quædam eſt potens congrue tangibiles excipere qualitates. Nec ita ſimile a` ſimili patitur, ſed quod eſt in potentia ab eo, quod exiſtit in actu, neq; rurſum, tanq̃ aer ab aere patit'. Sed tanquã aliquid in potentia reſonabile ab eo, quod actu reſonat.

¶ Caput XXXV. Dubia de uiſu, auditu, olfactu.

MARSILII

m Edium neceſſariũ ad uidendũ non eſt aer, aut aqua, ſed ipſum ſimpliciter, ubicũq; ſit, diaphanum. uerũtamen diaphanum aqueum ad hoc poſitum eſt in oculo, ut aqueus humor tenuem ipſius uiſus coerceat ſpiritum, alioquin prorſus euolaturũ, obiectum auditus eſt ipſe ſimpliciter ſonus, ſiue in aere fiat puro, ſiue aqua. uerũtamen aer potiſſimum incluſus naturaliter eſt in auditu, quoniam facilius quàm aqua mouetur, Neceſſarium eſt autem ad audiendum inſtrumentum auditus moueri. Quoniã igitur ſpiritus aereus eſt inſtrumẽtum auditus, Ideo nullo modo poteſt audiri quicquã, niſi eiuſmodi aer moueatur incluſus, & forſan aliquis propterea opinabitur non audiri externum aliquid, niſi ei ſit aer infuſus, aut etiã circunfuſus. Poteſt tamen aliquid odorari abſq; aere reſpirato, ſcilicet ab animalibus olfactum habentibus expeditum, ab hominibus'q; ſimilibus. Animãtes uero, & homines habentes meatus ad olfactũ oppletos reſpiratione duo præcipue ꝓſequũtur, nam & uberiorem odorem attrahunt, & tracto uiolenter aere, meatus protinus patefaciunt.

PRISCIANI

c Vr nam igitur humor quodammodo aqueus positus est in oculo, ac non potius humor quidam aquæ, aeriq; cõmunis? quandoquidem & diaphanum est utriq; cõmune. Rursum, cur non & in auditu cõmune quiddam ponitur aeri, atq; aquę? Siquidem & in aqua fit sonus. Similis de olfactu accidit dubitatio. sed profecto suf ficit alterum, nam & in externis nõ est opus cõmissione, sed siue aqua, siue aer sit, quod est me/ dium, simili ratione uidemus. Cur ergo in aqua pupilla locatur? quoniam uidelicet aqua ma gis quàm aer cohibet, atq; conseruat. Quam rursus ob causam auditus est in aere positus, nẽ pe quoniam aer est mobilior. Confert uero motus ad sonum percipiendum. Verum si absque respiratione olfactus fieri potest, quid prohibet (Theophrastus ait) quo minus sine aere aliquid audiatur? hoc certe quia non potest intus fieri sonus absque pulsatione aeris auribus intimi. In/ strumentum nanque auditus est aer, olfactus autem ipsius instrumentum non est spiritus ille re spiratione tractus, sed ille quidem utilis est ad meatus aperiendos, qui ad olfactum ducunt, in il lis uidelicet, quæ obstruſos meatus habent. In quibus uero patent hæc, etiam non respirantia prorsus olfaciunt.

¶ Caput XXXVI. De sono, & motu, qui fit in auditu perpetuus.

MARSILII.

p Vtant peripatetici sonum ipsum audibilem, idest qui ab externis uenit ad aures fie ri uiolenta quadam collisione, atq; fractione, ubi corpus minus crassum in crassius quoddam incidens uiolenter retunditur, atque confringitur. Inesse insuper au ditui cognatum sibi aerem, qui perpetuo moueatur, & sonet, sed motum eius ab omni uiolentia naturaliter esse remotum, atque esse actum quendam uitæ uegetalis in aere illo se perpetuo exercentis, atq; inde motum procreãtis quoquo modo localem actum uidelicet cir/ culo quodam, qui sane` motus aer crassiores capitis partes circum attingens cõtinuum sonum efficit mira facilitate tam exiguum, ut non suscitet in nobis sensum, præcipue quoniã huic sem/ per est assuetus. Quoties autem obstruimus aures, sonus ille prius diffusus, atq; exhalabilis co/ gitur, conualescit, reuerberatur, auditur. Ante uero quando non audietur, cæteros sonos mini/ me confundebat, neq; motus ille motiones extrinsecus uenientes. nam & lenis est, et in alia spe cie quàm motus externi.

PRISCIANI.

i Nter hæc interrogat Theophrastus, nunquid sonus solido quopiam prorsus indi/ geat, an etiam sine solido fieri possit, qualis uentorum sonitus esse uidet, sed re ue ra hi quoq; terram percutientes resonant. immo & ipsi tonitrus tum demum fiũt, quando spiritus circa nubem quasi solidum aliquid frangitur. Cæterum si aer cõ/ genitus est auditui, auditur autem aliquid, quando aer externus hunc pulsatione cõtingit, atq; hic quoq; semper est in motu, sonatq; semper, sequitur, ut motus motũ sentiat, non sonus ipse sonum, tametsi quod ineſt siue agitatum, siue resonans sensum prohibet, quemadmodũ in cæ teris accidere solet. uerum non simpliciter sensibilis est intimus ille sonus. Vnde fit, ut neq; so/ nantem percipiamus, nisi aures obstruamus. Tum uero & motus eius uitalis est, nec qualis pul/ sati aeris, atq; percussi. Quando uero aer, qui nobis est intimus, patitur a` percusso, ipsam'q; soni speciem iam acceperit, tunc sane` fit auditus in actu. Prioritaq; sonus, quoniam non est sensibi/ lis non confundit auditum. Quin etiam motus ipse uitalis non solum nõ impedit quidem, sed etiam confert ad pulsatum, fractum'q; aerem sentiendum.

¶ Caput XXXVII. Quomodo in uidendo, audiendo, odorando sit medium inter sensi/ bile, atq; sensum.

MARSILII.

s Atis quidem cõpertum est inter rem coloratam, uel admodum luminosam, atq; ui sum medium aliqd esse, ideſt diaphanum, & actum quendam, uel speciem spirita/ lem, sine quo medio offendatur uisus, & obruatur. quinetiam quando remotissi/ ma quædam audimus, uel olfacimus, patet per medium temperatum illa sentiri. At quando a` sonante propinquiore in nos fractus aer irrũpit, uel a` thure propinquo proueni/ ens influit uapore? non'ne natura ipsa sensibilis, denique sine medio tangit sensum? Respondę, quantum de materiali natura sensibilis, si instrumentum sensus illabitur, uel impedire sensum, si acrius illabatur, uel omnino non esse sensui necessarium, etiam si lenius influat. Quod autem & tutum, & necessarium est, ad sensum non esse materiale quicquam, sed specialẽ potius actũ quẽdam, siue specię actionis admodũ spiritalem ex re sentienda ad instrumẽtũ sensus puenien tem. Sensum uero ita sentire, sicut & mouet, moueri aũt nõ à medio hoc eiusmodi actu, sed per

eiusmodi

eiusmodi, medium a` sensibili. Sentire igitur non hoc qdem mediũ, non hunc uidelicet actũ, nõ hanc scilicet speciem, sed per hæc ipsum sentire sensibiliter. Quod proprie sensum moueat, quã uis per medium eiusmodi moueat.

PRISCIANI.

a T si sonus perueniens ab externis ad auditũ usq; penetrat, quomodo cõpertum est, nobis nullum fieri sensum, quãdo sensibile tãgit sensum? Nã & in olfacto odorem attrahimus respirando, quoad scilicet ipsum principale in nobis attingit, sed profe cto ipsum sensibile illic est, ubi percussio, & ubi aromata suauiter redolentia, sicut & ubi est ipse color. quæ sensibus admoueri non possunt, si mõ sunt sensibus cognoscẽda. quę autem ab illis in medio fit species actionis, adesse oportet etiã sensuum instrumentũ. Nã sicut & ille subiungit, nisi ab ipso sensibili in nos perueniat aliquid, nunquã sensus in nobis mouebi tur ullus. Iam uero color per diaphanum mouet uisum, dum uidelicet mediũ quoq; hoc efficit aliquid, atque confert, & ipsum etiam motũ est quodãmodo ab eo, quod nobis est uidendum. Quo autẽ modo ita sit affectum, in superioribus pro uiribus est distinctum. Atqui nõ medium quidem, sed ipsum, quod facit, re uera sentimus. non enĩ est idem effectio, atq; efficiens, neque actio, atq; agens. efficit autem ipsum efficiens secundum effectionẽ, atq; patiens ab efficiente q/ dem patitur. Verum secundũ ipsam ab illo procedentẽ effectionem, neque ab affectione ꝓprie patitur. Sentimus igitur non ipsam quidem actionem a` sensibili uenientem, sed ipsum sensibi le, secundum tamen actionem ab eo profectã. quãobrem non mediũ persentimus, sed per quã/ dam speciem actionis in medio editam, ipsum, quod hanc edit, obiectum.

¶ Caput XXXVIII. Natura luminis est excellentior natura soni.

MARSILII.

s Onus ipse tanquã genus non proprie dicitur distare ab acumine, & grauitate, quę differentiæ eius sunt, uel a` graui, & acuto sono, quæ sunt species eius, nam una` cũ eiusmodi differentiis ipsum in speciebus includitur, neq; re ipsa, etsi ratione qua/ dam talia supereminent. Lumen aũt distare proprie dicitur a` coloribus, qui neq; differentiæ, neq; species sunt illius, sed participationes quædã, & imagines, & effectus, atque ipsum re ipsa talia supereminet. Atqui propter excellẽtiam causalem non minus necessariũ est lumen ipsum coloribus in natura ꝓstituendis, atq; declarandis, q̃ sonus, & quodlibet genus dif/ ferentiis, speciebus'q; suis.

PRISCIANI.

i Nquit autẽ Aristoteles differentias sonoꝝ, sicut graue, & acutum est, declarari in ipso secundũ actum sono. Adducit præterea, sicut colores absq; lumine non uidẽ/ tur, ita nec absq; sono graue, acutum'q; designari, quasi dicat similiter se habere lu men quidẽ ad colores. Sonum autẽ ad acutum, atq; graue. Vbi forsan Aristote li aliquis contradixerit. nõ enim lumen, sed color similiter se habet ad album, atq; nigrum, sicut sonus ad acutũ, atq; graue. Respõderi põt pro Aristotele. Si hæc duo, quantum spectat ad ge/ nus, consyderentur, certe color ipse tanq̃ genus in præsenti comparatione, cum sono cõferri po test tanquam genere, non autem lumen. Verũtamẽ quoniam colores absq; lumine non cernũ/ tur, quemadmodum neq; acutum, atq; graue absq; sono discerni possunt, hac merito ratiõe cõ paratio ab Aristotele introducta solum est quantũ ad hoc ipsum pertinet, quod est.

¶ Caput trigesimumnonum. Qualis sentiri sit natura gustus.

MARSILII.

a Limentum aridum liquefieri oportet in ore, ut nec offendat, & facilius illabatur, ideo instrumentum gustus oportuit non esse aridum, & humectationi prorsus in eptum, sed facillime humectabile, línguam'q; habere spongiosam, quæ stomachi pulmonum cerebri stillicidiis irrigetur, & alimentorum combibat liquores, neq; tamen oportuit humorem in se uiscosum habere, uel multum . alioquin & hebetaret sensum, & liquorem ueniẽtem esse humidum non perciperet. siquidem humidum nõ alterat humidũ, necesse tamen est, & hic humidum persentiri. humidum enim ad tactũ pertinet, gustus autẽ est quasi quidã tactus, uel tactui proximus. Proinde certum huic saporẽ, manifestum'q; natura nõ dedit, ne hoc uno discrimen, iudicium'q; saporum confunderetur, dedit tamen humorẽ quen/ dam sic affectum, & temperatum, ut propemodum sit omnis sapor, facillime'q; saporibus influ entibus conformetur.

PRISCIANI.

s Ed cur nam existimat Aristoteles instrumentum gustus, nec humidum esse debere, nec tale, ut humescere nequeat? quippe cum (ut ait) humidum sit futurũ, quod est gustandum. Respondebit forsitan aliquis, hoc ipsum, quod est gustabile, nõ eẽ humorem simpliciter, sed humorem proprie sapidum. Oportuit igitur instrumentum gustus humorem in se duntaxat sapidum non habere. Vel potius quoniam gustus sensibile proprium quodam tactu degustat, nec esse ipsum pati uelut a quodam non gustabili solũ, sed tangibili. quapropter & uelut ab humido, quamobrem oportet instrumentum eius propria humiditate prius non esse submersum.

¶ Caput quadragesimum. De instrumento gustus, & tactus.

MARSILII.

a Nima fons uitæ, atq; sensus hæc duo prius, uberius q; spiritui tradit tanquam propinquiori, per spiritum uero neruis, carni q; cõmunicat, est itaq; spiritus præcipuũ instrumentum animæ, tum ad uitam, sensum q; membris impertiendum, tum ad sentienda, quæ ueniunt ab externis. Oportet autem instrumẽtum hoc, si patiatur, a sentiendis leniss ime pati. Vehemẽtior enim passio & dissoluit spiritum, & occupat animam, iudicium q; disturbat, temperatur uero passio spiritus circa uisum, auditum, olfactum, per interuallum, aerem q; medium. Circa uero gustum, atq; tactum, ubi non est eiusmodi medium, quo nam temperatur lingua scilicet, carne q; neruosa, quæ duo quasi media quędam hic existunt inter sensibile, atq; spiritum, quod præcipuum est instrumentũ ad sentiendũ. Possunt tamen duo hæc etiam instrumenta dici quatenus uitæ, sensus q; participia sunt. quatenus autem temperãt passionem a sensibili uenientem media nominantur, memẽto in his quoq; duobus sensibus nõ ex materiali naturę sensibilis influente, sed ex speciali quodam actu eius, atq; insuper ex specie sensuali per uitam intrinsecus resultante actum peragi sentiendi.

PRISCIANI.

s Roinde Aristoteles, sicut & postea Theophrastus existimat, neq; linguam esse uerum instrumentum gustus, neq; carnem uerum instrumentũ tactus, sed duo hæc portionem, siue cõparationem quandã habere cũ iis, quę in uidendo, uel audiẽdo nobis media fiunt. Etenim in tactu, atq; gustu oportet quidem aliquid & mediũ, siquidẽ sensibile sensui prorsus impositũ sensum nunquã mouet, mediũ aũt in his nõ est externum. Nam & quando mediũ aliquod foris interuenit, nõ per hoc tamen, sed una cum hoc gustus aut tactus efficitur, uelut si clypeus ibi medius opponatur, nõ ita per clypeum lapis percutit, sicut color per aerem mouet uisum, sed una cum clypeo manum uerberat, adeo, ut ambo simul percutiantur. Quoniam igitur medium tactui, gustui q; seruiens non est externũ, cõsequẽs est, ut sit internum. hoc aũt quodãmodo caro est, atq; lingua. Carnem quidẽ pati patet. Patet insuper eam non similiter pati, atq; ea, quæ anima carẽt, patitur ergo uitaliter, & quoniam uita carnis est sensualis, patitur etiam sensualiter. quo igitur modo ita patitur, nisi & in ea aliqd sit, quod iudicet? nam etsi aliud quiddã est instrumentum tactus principalius, atq; pfectius, quàm caro, est ipse spiritus, caro tamen ipsa quoq; est sensualis, quæ sane similiter quidẽ hic se habeat, atq; aer circa uisum, quatenus medium est penes principalius instrumentum. Ex eo autem, q̃ caro non extrinsecus accidit, sed nobis adnata merito particeps est, & sensus. Cur nam igit̃, si caro sensitiua est, aliud insuper oportet instrumentũ tactus prius inducere, quoniam uidelicet caro uehementius patiẽs sub sensibili e proximo huic incidẽte passionis acerbitate actum sentiendi disperdit. quãobrem Aristoteles etiã iudicat aliquod esse medium in tactu etiam, atq; gustu, quod quidem cum ponat ingenitum animalibus, merito mediũ in his eiusmodi uitale ponit, atque sensuale.

¶ Caput XLI. Instrumentum sensus debet esse medium inter sensibilia sua contraria, ita ut nec alterutrum habeat, nec sit ex utroq; commistum.

MARSILII.

s Ispiritus gustui seruiturus naturaliter dulcis fuerit, nõ alterabitur a dulci. Ideo q; neq; deprehendet, iudicium q; confundet amari. Sin amarus fuerit similiter, neq; discernet amarum, & dulce confundet. sin ex utroq; cõmistus, neq; similiter cõmista discernet, & extrema cõfundet utrinq;. Spiritus nõ est instrumentũ sensus proprie, quia sit corpus, sed tum quia tali quadã proprietate est affectus ad tale quiddã sensibile spectante potissimũ, tum etiã, quia particeps est, & uitæ habentis in se sensibilium rõnes, per quas

sensibilium

sensibilium fit iudicium, in corpore sunt accidentia, eius qualitates uidelicet, atque quantitates, quibus & substantia subest. sensus quidem exterior accidentia tantum percipit. substantiam uero opinio, idest ratio utens imaginatione, uel imaginatio ratione freta.

PRISCIANI.

e Xistimat id quoq; recte, oportere uidelicet instrumẽtum sensus in medio quodam consistere inter contrarietatem illam, quæ rebus inest sentiendis, in medio inquam non ex extremis commisto, alioquin iam fuisset passum. uerum oportet non esse passum, sed iudex potius passionum, quod enim ex extremis est admistum, non est mediorum iudex, nam simile a simili pati non solet. Addit præterea quod instrumẽtum sensus corpus quidem est, atq; magnitudo. Non tamen qua ratione magnitudo est, sensuale putandũ est, sed per rationem quãdam, atq; potentiam. hoc etenim instrumentum in ratione quadã ad sensibilia spectãte consistit, atq; specie quadam uitæ iudicatiua corporum designatur. Proinde quoniam omnia sensibilia sunt passiones, uel differentiæ corporum, qualitates enim sunt, atq; quantitates, per quæ autem unũquodq; totum cognobile est, in eisdem quoq; consistit. uideri quidem potest alicui in passionibus, differentiis q; corpus uniuersum consistere. Sed reuera non solo sensu, immo ratione quoq; opinatrice corpus cognosci solet. Opinione nãq; una cum sensu cognoscitur apud Platonem corpus, essentiam itaq; corporalem opinio percipit.

Caput XLII. De numero, & qualitate sensuum.

MARSILII.

c Vm animal sensu definiatur, cõsequens est apud Aristotelem hominem tanquam animal perfectissimum tot sensus habere, quot in genere animaliũ reperiri possunt. Non sunt ergo in toto animalium genere plures, quàm quinq; sensus, quos possidet homo. forsan etiam probabile est esse quinq; genera sensibiliũ, siquidem ad corpus proprie spectat esse sensibile. sunt autem naturæ corporum quinq;, elementa. i. quatuor, atq; cœlum. Existimat insuper Aristoteles parum quidem ignis, minimum uero terræ inesse sensuum instrumentis. Aeris autem, & aquę quamplurimum, ut dici possint instrumenta hæc aeria esse, simul & aquea. Item si per linguam gustetur, atq; tãgatur, quæcũq; animalia linguam habẽt, ultra tactum habere præterea gustum. Rursus si motus per uisum cognoscitur, & auditum, atq; tactum, quodcunq; animal aliquod horum habuerit, cognoscere quodammodo motum Theophrastus addit, ubi dicitur aeream naturam ad plures sensus conferre, non esse accipiendam ibi naturam simpliciter aeream, immo eam cum tali quadam proprietate formali conferre ad auditum. Cum alia uero potius ad olfactum.

PRISCIANI.

p Ersuasisse sibi uidetur Aristoteles nõ esse plures quã quinq; sensus, inde potissimũ, quod omnia nobis sensibilia sunt. Tãgibilia quidem tactu, quæ uero per media sentiunt̃, ex eo deprehẽdi, quod habeamus illa, per quæ mediũ cognoscit̃. Cognoscit̃ qdem hoc per sola simplicium corporum duo, per aerem. s. atq; aquam. ex duobus autem his solis simplicibus instrumenta sensuum nobis insunt. Nã ignis quidem aut nullus est, aut communis omnium, neq; uero terra, sed siquid tactu deprehenditur, quoquomodo miscet̃.

Vult insuper, si per unum instrumentum sensus plura patuerint sensibilia, eum, qui hoc habet, ad plura sentienda sufficere. Sin autem per instrumenta plura percipiatur idem, censet & qui alterutrum habeat, idem sentire posse. Cum igitur hæc ita dixerit Aristoteles, hinc consequenter Theophrastus inquirit. Primo quidem, unde id confirmetur, ut per sola hæc duo aerẽ, scilicet, atque aquam sensus perficiatur, nunquid nobis conueniat per hęc sola, propterea quod instrumẽta nobis ex his componantur. Visus quidem attribuatur aquæ, auditus autem aeri, sed olfactus pertineat ad alterutrum. Deinde quærit, si per idem plura noscantur, an forte non omnino qui hoc habet, propterea plura cognoscat, uelut si per aerem odoranda, & audienda percipiantur, non tamen necessario per hunc cognoscuntur ambo, non enim quæcunq; animalia olfaciunt, statim & audiunt. Neque enim tanquam simpliciter aer mox olfaciendi, & audiendi fit compos. nam aer in gutture eius, ut fistula neutrum habet, sed per rationem potius, quàm per materiam sentiendi fit compos, atq; oportet ad utrunq; sentiendum rationem quandam in se possidere, qui ergo ad utrunq; non possidet, non sentiet ambo.

Caput XLIII. Qualia sint sensuum instrumenta.

MARSILII.

c Tſi cæteris præter tactũ ſenſibus oportet non ineſſe qualitatẽ oblectis formaliter ſimilem, neq; n. in guſtu ſapor, nec odor eſt in olfactu, tamẽ in tactu neceſſe eſt eſſe tactiles qualitates, ineſſe ex his. n. corpus neceſſario conſtituit. Sat uero erit, ſi in ner uo tactus nõ fuerit qualitas elemẽtalis excellens adeo, ut diſcernere prohibeat quali tatem ſenſibilis occurrẽtem. Erit igitur compoſitum inſtrumentũ ex quatuor elementis, ſed aqua excedet terram, aer excedet ignem, deniq; ſuperabit & aquam, ut hoc dici poſſit quodã modo aqueum, & prorſus aereum. Nemo uero dixerit ſimplicem aerem eſſe inſtrumentũ ſenſus ob hoc ipſum, quoniam ſit ſimplex aer. alioquin portio quælibet aeris extimi, quia intimo nobis aere ſimplicior eſt, compos erit maxime ſentiendi. Item inſtrumẽtum ex eo potiſſimũ conducit ad ſenſum, quod ſit ratione quadam harmonica temperatum, qua proportione diſſoluta, ſenſus quoq; diſperditur. hæc autem in compoſitione cõſiſtit. Deniq; ſenſus uitã exigit, uita calorem igneum. Inſtrumentum igitur præter aerem, atque aquam habet, & ignem.

PRISCIANI.

i Nſtat præterea Theophraſtus dubitans, ne forte minus uerũ ſit Ariſtotelicũ illud, inſtrumenta uidelicet ſenſuũ, ita ſimpliciter eſſe media, ut ex externis commiſta nõ ſint, ſed potius ita ſe habeant, ut ſecundum qualitatem in eis prævalentem ſint nobis determinanda. Iam uero calorem omnibus dicimus eſſe cõmunem, humorem quoq; nonnullis. Præterea ſi inſtrumentum omnino deſyderamus immiſtum, ſequetur protinus, ut quod maxime immiſtum eſt, ſit & maxime ſenſitiuum, itaq; quod ſeparatũ eſt ab animali ſenſitiuũ erit. Accedit ad hæc, quod ſi ratio quædam eſt cauſa ſenſus, ſenſus enim perditur, ubi ratio ſoluitur. Ratio uero in ipſa plurium commiſtiõe conſiſtit, nimirum ex pluribus erit compoſitum quodlibet inſtrumentum. Denique cur nam ex duobus ſolis ſenſus exiſtũt. Viuere nanque magis in calore conſiſtit, ſenſus autem ad uitam pertinet.

Caput XLIIII. De ſpiritu, uita, ſenſu.

MARSILII.

ſ Piritus ſi eſt uapor quidam ſanguinis, ſicut ſanguis, ſic ipſe ex quatuor componitur elementis, quãquam longe ſubtilioribus. Spiritus in corde uitalis euidenter eſt, igneus ex perpetuo cordis motu, efficaciaq;, & ira talis apparens. ſpiritus naturalis in iecore plurimum eſt aereus, ita concoctioni, generationiq; prorſus accommodatus. ſpiritus animalis in cerebro, igne, & aqua eſt, quaſi pariter tempatus ſenſibus, ſic expoſitus. Inſtrumentum nãq; ſenſus oportet facillime moueri, atq; formari. Terra quidem renititur formatori. ignis autem format ipſe potius, quam formetur, ex aere igitur, & aqua temperamentũ prę cęteris ad inſtrumentum pertinet ſentiendi. Et ſi Pythagorici uiſum appellant igneum, & ſolarem, non tamen prævalet calor in oculo, ſed natura potius luminalis, quod apparet ex eius diaphano, & nitore, & radio. Lumen autem ſpecies quædam eſt inter omnes ſpecies ſenſibiles præ cæteris intellectualem ſpeciem repræſentans, & in intellectu quidem eſt per cauſam, in cœlo per formæ plenitudinẽ, in igne per plenitudinem participationis, hinc deriuatur in portiones. Temperies illa quidem ex aere, atq; aqua, ad omnes, ſcilicet ſenſus accommodatiſſima eſt. Non tamen ubicũq; eſt, ibidem ſenſus omnes exiſtunt, niſi & in hac temperie ſint formales omnes proprietates ad omnia ſentienda, & in corpore ſint omnia ſenſuum inſtrumenta. Probabile uero eſt, & omnes proprietates eiuſmodi, & omnia inſtrumenta ineſſe animali omniũ perfectiſſimo, hoc autem eſt, quod præter ſenſum habet & intellectum, cuius generis eſt & homo. Vita quidem ipſa, cum ſit generationis corporeæ, motionisq; domina, eminensq; forma, non ex miſtione corporea pullulat, ſed ex incorporea ſubſtantia pẽdet. mũdanę igitur ſphęræ omnes. tum cœleſtes, tum elementales, tanquam inter corpora ſimpliciſſimæ, & prima mũdi membra, ideoq; uiuificæ ſubſtãtię ꝓxima, primo uiuũt, inde & exuberãtia uitæ ſortiunt, & ſenſum. Portiones uero elementoꝝ ab uniuerſitatibus ſuis ſegregatæ miſcent iam alienis, neq; proprie uiuũt, niſi in corpore quodã animato ꝓtemperentur. Eſt igitur ſenſus in corpore ſimplici, non qa corpus, ſed qa uitæ uicinũ eſt, & in miſto, nõ qa miſtum, ſed quoniã ad harmoniã uitæ uicinã eſt redactũ. Nõ eſt ſenſus in portionibus ſegregatis ab elemẽtis, qa nec ſimplicitatẽ habet, nec harmoniã. Quãdiu uero ꝓmanent in uniuerſitatibus ſuis, ſimplicitatẽ ſortiunt, & uitam, atq; ſenſum.

PRISCIANI.

r Eſpondeamus igitur ab initio ad quæſtiones eiuſmodi. Rationi profecto conſentaneum eſt media ad ſenſum neceſſaria in duobus dũtaxat conſtitui, non quãtum ſpectat ad id,

ctat ad id, quod apparet, ſed quemadmodum natura requirit. nã inter illa, quæ ſimplicia ſunt, terra quidem propter ſolidam proprietatem, atq; reſiſtentem, neq; facile patitur, neq; terminos ſuſcipit alienos. Ignis autem alia ratione ob efficaciam ſcilicet ſuam, poteſtatemq; formandi ſimiliter, ut terra paſſionis facilitatem refugit, ac terminos exterminat alienos. Aer contra & aqua, quoniam aliunde facile terminantur, merito facile quodlibet intromittunt, leuiq; de cauſa patiuntur, facileq; formantur, quo efficitur, ut inſtrumenta ſenſuum ex his duobus nobis inſint. Quomodo igitur inſtrumentum uiſus apud Pythagoreos & igneum, & ſolare cenſet? quoniam uidelicet eſt luminis ſuſceptaculũ, tum propter pelliculas eius tenues, & nitidiſſimas, atq; puriſſimas, tum propter humores ad ſummum perſpicuos, qui eiuſmodi panniculis includuntur. Lumen enim eſt ſpẽs ignea, non tanquam corpus igneum, ſed tanquam ſpecies quædam ab igne participata. in duobus igitur tantum medium collocatur ad ſenſum, propter eorũ naturam formatu, terminatuque facillimam. proinde ſi per idem plura noſcantur, animal id ipſum poſſidens cognoſcet & plura. animal inquam, quod nec mutilatum fuerit, nec imperfectum. recte igitur Theophraſtus exiſtimat, per aliquid idem effici plura ſecundum rationes, atq; ſecundum differẽtes rationes ad plura, quod autem re uera perfectum eſt, neceſſe eſt omnes in ſe rationes habere, ſi modo debet eſſe perfectum. perfectum eſt autem animal, quod præter ſenſum particeps quoq; eſt uirium ſenſu ſuperiorũ quemadmodũ ſe habet homo intellectus quoq; particeps. At animalia, quæ olfaciunt quidem, neq; tamen audiunt, imperfecta cẽſentur. at ſi calor omnibus eſt communis, & nonnullis humor, non propterea inſtrumenta ſenſuum iudicãda ſunt miſta, nam neq; externus aer, aut aqua ob hoc miſta dicenda ſunt, quod participia ſunt caloris. Nam donec non mutant eſſentiam, ſimplicia permanent. Sin autem cõuincantur eſſe permiſta, dominatus ipſe tamen per illa duo, quæ dicta ſunt, habetur. Atqui etiam ſi ſint ſimplicia, non tamen ob hoc, quod ſeparatum eſt, ſenſitiuum eſt dicendum. quandoquidem non tanquam ſimplicia, ſed tanquam tali quadam uita ſunt inſignita, ſenſitiua ſunt, qua quidem uita ſi orbata ſint, capta quoq; ſunt ſenſu, niſi forte magis platonice ſentire uelimus, ſcilicet quæ re uera ſimplicia ſunt, ſenſum habere potiſſimum. uere autem ſimplicia eſſe, quæ in ipſis, propriiſq; totis permanẽt. ſiue (ut ita dixerim) uniuerſitatibus ſuis ne totalitatibus dicere cogar.

Caput quadrageſimumquintum. De ratione, uita, ſenſu.

MARSILII.

r Atio nunc ſignificat proportionem quãdam, uel habitudinem, uel reſpectum alicuius ad aliquid. Eſt autem in præſentia triplex una in commiſtione elementorum inter ſe, ex quibus componitur inſtrumentum. Alia in ipſa tãdem inſtrumenti forma ſuũ ſpectante ſenſibile. alia his eminentior eſt in anima ſpectante naturaliter, ita ſenſibile hoc, & ita illud, a qua quidem ratione duæ illæ in inſtrumento rationes fiunt. omnes quidem hæ tres neceſſe ſunt ad ſentiẽdum. prima ſicut & anima permanet inſolubilis, reliquæ diſſoluuntur duobus uidelicet modis, aut. ſ. morbo quodã, aut acerbiore rei ſenſibilis impetu. Ratio deniq; ſenſibilium iudex ſemper in anima uiget, nec diſperditur unquam, ſed aliquãdo propter inſtrumentorum ineptitudinem uacat ab actu, quod in mundo intelligibili eſt intellectus, in mundo corporeo reſultat lumẽ, quod ibi uita, hic calor, quod ibi motus, hic humor. Præſentia igitur, motuq; intellectualis uitæ fit calor, atq; humor, & lumẽ in ſpiritu, quod ſenſus eſt inſtrumentum. pertinet uero ad uitam in corpore calor, non tam igneus, quam aereus, ſimiliter & ad ſenſum uitæ comitem.

PRISCIANI.

q Vo igitur modo ratio eſt cauſa ſenſus. ratio enim in quadam plurium commiſtiõe, & in mutua eorum habitudine, ſiue proportione uidetur ꝓſiſtere, ſed & ipſe Theophraſtus id ſoluit. ubi rationem ipſam determinat, non in habitudine elemẽtorum mutua, ſed in proportione ſenſualium inſtrumentorum ad ſentienda cõſiſtere. ego uero probabilius arbitror, Theophraſtum non in habitudine, uel proportione quapiam rationem ſenſualem principaliter collocare, ſed in eſſentia uitali, & iudice ſenſibilium. Solutionẽq; rationis ita ponere, quatenus inſtrumentum rationem ſuſcepturum euadit ineptum. Ineptitudinem uero cenſere, etiam quando res ſentienda incongrue incidens hac ipſa incongruitate diſſoluit aptitudinem, quam ad rationem ſuſcipiendam exigit inſtrumentum. Proinde ſi ſenſus quidem ad uitam pertinet, uiuere autem potius in calore uerſatur, erit & calor in rebus, quæ nobis inſunt, ſimplicibus ſecundum uitæ ipſius participationem, aduenientia quadam conditione. ſin autem miſta eſſe inſtrumenta ſenſuum deprehendantur, dominatus tamen, ut diximus,

per duo duntaxat habetur.

Caput XLVI. Sensibile proprium, commune per accidens.

MARSILII.

f Ensibile proprium est, quod unico sensu cognoscitur. Color uisu, uox auditu, odor olfactu, sapor gustu, calor tactu. Sẽsibile commune, quod pluribus, magnitudo qui-dem uisu, atq; tactu. Motus autem, uisu, auditu, tactu. Proprium propter maiorem, saltem cum sensu congruitatem primo mouet, atq; sentitur, cõmune secundo. Itaq; mel prius flauum uides, mox magnum. Vnde longinquitate minus fallit color, quàm magnitudo, dulce uero non uides, nisi forte dulce dicaris uidere per accidens. Non enim oculus mouetur a` dulci. mouetur autem a` qualitate coloris, & quantitate rei, sed a` quantitate per qualitatem uelut efficaciorem. In uia generationis non fit accessus a` motu ad formam, sed a` forma agentis per motum ad formam in patientem. Ideo in uia cognitionis nõ per notitiam motus formam, sed econuerso sentimus. Qualitas rei naturalis maiorem sentienti passionem, quàm quantitas infert, quoniam est efficacior, & utraq; scilicet qualitas, & quantitas passione aliqua sentientis maiore noscuntur, quàm forma, ideſt species specimen indoles, ideſt aliquid in proportione colorum lineamentorum resultãs, quod neq; corpus compositum est, nec compositio ipsa, sed compositionis harmoniæ donatum tanquam speciale munus aliquod & cœleste, & quia postremum aduenit, longe putatur a` materiæ ruditate distare, respõdet'q; sublimioribus formis in mundo superiore comprehensis. nam postremum materiæ dat', quod est in formatore primum. Cum uero uiolentia ad materiales res pertineat, atq; eiusmodi forma longissime inter has a` materia distet, sensus, & instrumentum huius præsentia efficacius se exercet potius, quàm uehementius patiatur, tanquam simile a` simili roboratum.

PRISCIANI.

r Vrsus Aristoteles ostendit circa communia sensibilia sensum nobis proprium non inesse, sed communia sensibilia nos motu sentire, atq; ob hoc ipsum pluribus sensibus hęc agnoscere ceu magnitudine uisu pariter, atq; tactu. Theophrastus autem uideri dicit absurdum, si motu in notiõem formæ perueniatur, id, ut arbitror, dicẽs non, quomodo id accipiendum sit, distinguatur. Oportet igitur non ita nos motu dicere cõmunia nosse, ut principaliter quidem motum, reliqua uero contingenter, consequentes'ue sentiamus, sed communia quidem omnia similiter nos sentire dicẽdum, omnino uero hæc omnia motu quodam, ideſt in eo, quod aliquo modo permutemur, inde sentire. Quod si uisus mouetur a` magnitudine non per accidens eam sentit, ut dulce, non enim patitur, uel aliquo modo alteratur aspectus a` dulci. Sin autem & magnitudo ad sensum quendam proprium pertineret, per accidens ab aliis sentiretur, ut dulce, nunc autem non ita se habet, sed mouendo sensum se exhibet sentiendam. Non est igitur sensus ullus percipiẽdæ magnitudinis proprius similiter alĩ is quæcunq; sensibilia sunt, communia figura quoq;, forma'ue mouet, sed minus apparet passio hinc illata, Immo magis emicat actio quædam ipsius sensus propter naturam formæ, siue figuræ præ cæteris specialem. Ideo'q; sensum in nobis specialius magis'ue secundum actum, stabili us'q; mouentem.

Caput XLVII. De sensu communi, eius'q; actione, & excellentia.

MARSILII.

o Portere quinq; sensus ad unum communem redigi sensum, atq; hunc indiuisibilem esse satis in theologia nostra una` cum Plotino probamus. communis sensus obiecta quinq; sensuum sentit, & actiones eorum, atq; uacationes, & ad hunc proprie spectat animaduersio. ſ. quando animaduertimus nos uidere aliquid, uel audire, unde fit, ut sæpe & uideamus, & audiamus aliqua, nõ tantum percipiamus nos ea sentire, quoniam sensus communis, imaginatióq; interea uertitur aliorsum. In hoc sensu est uisus, & auditus, & cæteri. Sed hic una forma sunt, atq; potestas. hinc uero uelut a` centro ad circunferẽtiam lineæ ſ. deriuantur ad quinq; instrumẽta. ſ. formæ propriorum sensuum, atq; potestates, quæ tanquã lineæ. ſ. in circunferentia inter se differunt, in centro sunt unum. Communis itaq; sensus formaliter aliud est, quàm quinq; inde profecti. Sed potestate hos in unum colligẽte est idem, & quatenus hic animaduertit, & uisum uidere, & auditum audire dici quodammodo potest, & uisus tunc id & auditus animaduertere, quia communis ipse sensus in se uisus est, & auditus. quatenus autem uisus, & auditus inde segregati sunt, & hic quidem in oculo, ille uero uiget in aure, neq; hic uidet se uidere, neq; ille audit se audire. nam sic in se conuerti, actiones'q; geminare, nõ

ad uires pertinet adeo a` fonte longinquas, atq; ideo debiles, præterea si auditus suam percipe-ret actionem, uacationem quoq; deprehenderet. Idcirco in silentio positus se non sentire senti-ret. Ageret ergo simul, atq; non ageret. hæc uero diuersitas in eodem tempore circa idem non pertinet ad sensum iam ad postremum diuisum, atq; prorsus extenuatum, sed ad communẽ formam positus, atq; facultatem, quæ, quoniam in se conuertitur, & agit instrumento etiam non patiente, esse iure a` corpore separabilis.

PRISCIANI.

i N quibus autem quodammodo sentimus nos sentire eadem, qua & Aristoteles incedit, uia, communem uidelicet sensum existimans ibi esse, qui ita diiudicat, qui uniuscuiusq; sensus negotium, otium'q; persentit. Eadem nanq; potentia opposita percipit. communis uero sensus neq; singuli sensus, neq; rursum omnino diuersus. nam cunctorum secundum sensuum collectionem, omnium'q; in unum impartibile sublimitatem uelut omnium apex esse uidetur. qua quidem de causa unusquisq; etiam sensus quodammodo se sentire persentiet, non qua ratione iam est diuisus, sed qua uni sensui coaptatur. Iam uero separatę a` corporibus potestatis est in se conuerti, se'q; ipsam agnoscere. Vnusquisq; uero sensus magis est corporeus quatenus est diuisus. Progreditur autem in eam potius facultatem, qua aliquid seipsum segregat secundum quandam ad alios sensus indiuiduam uisionem. Hæc etenim indiuisibilis unio speciebus competit a` corpore separatis. Sin autem, ut ipse recte putat, eiusdem potestatis est contraria iudicare, atq; idcirco præter negotium deprehendere. insuper otium erit utiq; & unusquisq; sensus ab instrumento eius quodammodo segregatus, alioqn uisus tenebras non deprehenderet, quandoquidem ibi non patitur instrumentum, id'q; uidet' agere instrumento etiam minime patiente. Multo uero magis sensus ipse cõmunis, qui & ipsorum sensuum otia percipit.

Caput XLVIII. Confirmatio superiorum.

MARSILII.

n Vmenius, Plotinus, Porphyrius, Iamblichus animam sensualem existimãt a` corpore separabilem, quod & hic attigit Priscianus propter hanc ad præsens coniecturã, quod unam & indiuiduam habeat facultatem diuersissima simul agẽtem mitto uegetationis officium, dico imaginationem unam tam diuersa simul imaginantem, Per quam anima etiam in se conuertitur, ubi per eam actiões. ſ. sensuum animaduertit, per quã agit quodammodo absq; corporis instrumento quoniam percipit tenebras, & silentium, uacationem'q; sentiendi. Tunc enim non mouetur instrumento sensus, itaq; tunc neq; mouet imaginationem, itaq; imaginatio tunc agit tanquã ab instrumento quodãmodo separata. Hinc ergo communis sensus secũdum formam, potestatem'q; suam uiget in anima sempiternus, & quando adhibentur illi. ſ. corporis instrumenta uires, in ea. ſ. producit, quæ & ante in se uigebant formali etiam inter se ratione distinctæ, sed non situ, uel propriis actionibus segregatæ. Desinente itaq; corpore non omnino desinunt, scilicet sensus esse, sed desinunt explicari, hæc a` nobis secundum Platonicos narrata memento.

PRISCIANI.

n On igitur unusquisq; sensus re uera, sed ipse communis se ipsum, actionem'q; suam animaduertet. si enim sensus quilibet actionem agnouerit, etiam actionis uacuitatẽ animaduerteret. Si uacationem recolet, simul uacabit, & aget, quasi se sentiens. Nõne igitur uacat quidem tanquam diuisus, atq; singularis, & quantum in se est? Agit autem interea quatenus a` propria actione, uacatione'q; permanet absolutus. Quapropter secũdum communem tunc agit sensum, secũdum quem sic agit & unusquisq;, non qua ratione singuli sunt, atq; diuisi, sed qua per unã omnium unitatem sunt uniti. Cuius quidem officium in omnium sensuum sensibilia comprehendere in eodem sine diuisione, dum per rationes agit inter se differentes. quamobrem ipse iudex numero quidem unus, indiuiduus'q; consistit, censetur autem & diuisibilis esse quatenus rationes differentes exercet.

Caput XLIX. Proportio inter sensum, atque sensibile.

MARSILII.

x Na quædam uox simplex, quantum in se est, non dicitur consonantia. dicitur tamẽ auditui consonare, si congruit. Consyderamus in instrumento sensus efficaciam eius, & qualitatem. quando igitur res sentienda efficaciæ se adęquat, ut neq; supet, neq; deficiat, syncere, & expedite sentimus. quando iterum cõgruit qualitati sensus

propria qualitate, tunc ſentiendo uoluptate perfundimur. Nam in re ſic, ut diximus, utrinq; cõ
formi, libentiſſime ꝙquieſcimus eam auidiſſime complectentem. Id autem eſt affici uoluptate.
Eſt autem inſtrumento proportio duplex, Tum in actu ſentiẽdi facta per congruentiam adue
niẽtis obiecti, tum antiquior aliqua, ideſt affectio quędam huic inſtrumẽto naturaliter inſita ad
hoc ſenſibile potius quam ad illud conformis, ut ita dixerim, atq; propenſa.

PRISCIANI.

p Oſt hæc, ubi Ariſtoteles ait uocẽ eſſe cõſonantiam, intelligendum eſt, ubi actu iam
eſt ſenſibilis, uel in actu ſenſibili poſita, dum. ſ. iam auditur. Auditur aũt quando &
uox, & auditus inter ſe cõcordes unũ ꝙficiuntur, dum inter ſe prorſus ꝙtemperant.
Nimius. n. rei ſentiẽdæ exceſſus ſoluit, aut ꝑdit ſenſuũ actionem. in quadã uero cõ
menſuratiõe ſenſus ipſe conſiſtit, eaq; obiecta dicimus eſſe blãda, quæ contemperata ſunt ſen
ſibus. Dic ergo, quãdo ſenſus nihil agit, nunqd in cõmenſuratione ſecũdum ſe ipſum, nulla
ſit poſitus. Profecto, quãdoquidẽ ſenſus nõ ſecũdum ſe ipſum agere ſolet, ſed in extẽſione qua
dam ad externa, & inhabitudine quadã ad ſentienda conſtat, quãdo uacat non habiturũ ſecun
dum ſe ipſum cõmenſurationẽ actiuã, uel efficacem, cõmenſurationem tãtum ſecũdũ potentiã
habiturũ. Præextitit. n. ipſa potẽtia, atq; ſecũdum ſeipſam cõſyderat. ſed pergamus ad ea dein
ceps, quæ ſequuntur, ab alio iam principio, reliqua ad librum pertinentia tractaturi.

PRISCIANI PHILOSOPHI LYDI INTERPRETATIO

libri Theophraſti de phantaſia, & intellectu tranſlata a Marſilio Ficino
Platonico, & ab eodem capitulatim expoſita.

Caput Primum.

N ſenſu, & imaginatione ſunt innatæ rationes ſenſibilium aſſimilatiuę,
hæ in ſenſu prouocantur ad actum ex paſſionibus inſtrumenti. In imagi
natione uero ex actionibus ſenſuum phãtaſia inter ſenſum, rationem q;
i media in ſenſu eſt actio quędam. Iamblichus de phãtaſia. phantaſia eſt
adnata omnibus animæ uiribus. omnia conformat in ſe, ac formas a ui
ribus aliis traducit in alias, & omnium uirium actus æmulatur, phanta
ſia non accipit formas ab externis, ſed ex ſeipſa promit.

PRISCIANI.

p Hantaſiam, de qua Theophraſtus deinceps Ariſtotelem ſecutus agit, eſſe uim alte
ram præter ſenſum ex eius libris eſt confitendum. rurſum ab opinione, omni q; ra
tionali perceptione differre. Pręterea quẽadmodum ſenſus a ſenſibilibus ſpeciebus
mouetur uitaliter excitatus, atq; ſecũdum propriarum rationum productionem cir
ca illas agit, ſic & phantaſiam a ſpeciebus ſenſualibus agitari, his uidelicet uelut ſubiectis uten
tem proxime, & circa eas agentem, quapropter hæc quoq; corporea uita eſt, nec abſq; corpore
is inſtrumentis agit, quandoquidem & ſpecies ſenſuales, quibus mouetur, ex impreſſionibus il
lis perficiuntur, quæ in ſenſuũ inſtrumẽtis apparent. Addẽda uero ſunt his dogmata Iambli
chi talia. Phantaſia omnibus animæ uiribus eſt adnata, omnes q; figurat, atq; effingit ſimilitu
dines ſpecierum, & apparitiones, uiſa q; ſeu impreſſiones uirium alia; tranſmittit in alias, quæ
quidem a ſenſu micãt, in opinionem excitat. quæ uero ab intellectu, ſecũdo loco offert opiniõi,
ſed in ſe ipſa ab omnibus imagines ſuſcipit, atq; per ſuã proprietatem ſecũdum aſſimilationem
proprie deſignatur, tum in agẽdo, tum in ſuſcipiendo, quæ aſſimilantur, atq; apparent in intel
lectualibus, uel geneficis operationibus, aut mediis utrarũq;. Hæc utiq; omnes actiones animæ
fingit, & exprimit, atq; externas accommodat intimis, & uitis per corpus extenſis, deſcendẽtes
ab intellectu impreſſionis imponit. Cum igitur phantaſia ſecundum ſeipſam ſit potentia aſſimi
landi cætera ad ſeipſam, hinc merito cæteris potentiis coaptat ipſa præcedẽs, & actionibus ea
rum initia præbens. Neq; paſſio eſt, uel motus, ſed actio impartibilis, atq; definita, neq; ſuſci
piendo forinſecus figuratur, ut cera, ſed ab intimis, atq; ſecundum aſſimilatiuarum rationum
productionem ad phantaſmatum indicium ſuſcitatur. hęc Iamblichus.

Caput ſecundum. MARSILII.

Maginatio actiones rationis effingit ſub rerum ſenſibilium conditione, ac poteſt ul
i tra ſenſuum actus latius phantaſmata promere. Imaginatio conuenit cum ſenſu, qa
particularia percipit. Superat ſenſum, quia etiam nullo mouente, imagines edit.
Imaginatio eſt tanquam Proteus, uel Cameleon.

Priſciani

PRISCIANI.

Erum ſi alias uitas exprimit, ut eſt apud Iamblichum, ipſas q; intellectuales, rationa
u les q; actiões effingit, quonam pacto ulterius uerum erit illud Ariſtotelicum, Phan
taſiam uidelicet a ſpeciebus ſenſualibus agitari? Forte uero, etſi præſtãtiores omnes
actiones effingit, ſimul tñ ſecũdum ſpecies ſenſuales imaginatur, aſſimilat q; forma
tiua quadã conditiõe, atq; partibili, ac ſecũdum relationem quãdam ad ſenſibilia frãgitur, atq;
fingit. quãobrem præſtãtiores actiones effingit, qua ratione a ſpeciebus ſenſualibus agitatur.
Quo igitur pacto etiam non præſentibus ſenſibilibus phãtaſia mouetur? Etenim etſi a ſen
ſualibus ipſa mouetur, uerũtamen hæc quoq; preſentibus ſenſibilibus producunt in actum, ab
ſentibus ue deficiunt. forte nõ quemadmodum ſenſus præſentibus dũtaxat ſenſibilibus moueri
ſolet, ita ſemper & phãtaſia. Sed poſtquã ſemel mota fuerit ex ſe ipſa expergiſci iam poteſt, &
phãtaſmata promere ſecũdum relationem quãdam ad ſpecies, quæ mouerũt. Interdũ uero nõ
ſemel tãtũ, aut bis, ſed ſæpius inſuper moueri hãc oportet ad hoc ipſum, ut ea, quæ in ſeipſa ſũt,
ſimilia mouẽtibus offerat. Iam uero hæc, uel formatiua formabili, diuidua q; forte cum ſen
ſu cõmunicat. facultate uero, qua etiam a ſeipſa phãtaſmata promit, quãuis ſi mouẽtia nulla ul
terius adſint, ſupereminet ſenſum. Rurſum qua cõditione ſua ſemper in alia refert, atq; ad diffe
rentes animæ actiones aſſimilatur, ita nimirum ad omnes animæ potentias eſt adnata, & ſecũ
dum aſſimilatiua, uel aſſimilabilem animæ proprietatem definitiua cenſetur.

Caput tertium. MARSILII.

Icut in eadem animæ ſubſtãtia ſenſus, & imaginatio ſunt formaliter differentes, ſic
ſ eadem ſubſtãtia ſpũs ſecundum diuerſas qualitates eſt inſtrumẽtum imaginatiõis,
atq; ſenſus. Item ex actionibus ſenſus, imaginationis q; imprimuntur in ſpiritu notę
quædã eas repræſentãtes. imaginatio ſenſuales ſpẽs pro obiectis habet, ad quas in
natas referat rõnes, ſi motus rõnis, & imaginationis faciunt manifeſta ſigna in humoribus, atq;
corpore ſolido, multo magis in ſpiritu. per hæc nota quomodo dęmones cogitationes hominũ
deprehendunt. poteſt circa idem ſenſus eſſe ueridicus, & imaginatio mendax, atque uiciſſim
imaginatio ſemel experrecta longius progredi poteſt quieſcente ſenſu.

PRISCIANI.

Værit interea Theophraſtus in quo potiſſimum collocãda ſit phantaſia. Nõ enim
q in ipſa potentia ſenſitiua ponẽda eſt, quoniã quãdo etiam ueridicus ſenſus eſt phã
taſia interdum ipſa mentitur, neq; rurſum in ipſo ſenſuum inſtrumẽto. Paſſio enim
in inſtrumento facta ſenſibili re dũtaxat præſente contingit. phãtaſmata uero ſiue imaginamẽ
ta (nã & phãtaſiam licet imaginationem interpretari) phãtaſmata inquã etiam abſente ſenſibi
li fiunt. Aſſero igitur phãtaſiam eſſe uim aliã præter ſenſum, ſed ſenſui proximã, atq; propterea
quodãmodo a ſenſu moueri, & quoquomodo ſenſualibus ſpeciebus uelut ſubiectis uti. Ex qui
bus expergiſcitur, & ad quas phãtaſmata refert. Atq; phãtaſmata multifariã uariat ex eo, qd
ſupat ſenſum, atq; ex ſeipſa poſtq; ſemel mota fuerit ad formationẽ, ut cũq; cepit, expergiſcitur.
Arbitror præterea indicia, ſiue impreſſiones ſpẽę, & phãtaſiæ finibus emergentium ab inſtru
mẽto etiam ſentiẽdi ſuſcipi poſſe. quẽadmodum formales, partibiles q; figuræ teſtantur ſepara
tum a corporibus nõ indicãtes. Sępe profecto, dũ corpus cõmouet ad phãtaſias, atq; ſecũdũ
eas afficit, apparere arbitror in ipſo quoq; inſtrumẽto phãtaſmata, ſed non tanq; ſenſitiuo, quo
niã nõ ab externis incidũt, neq; rurſum tanq; ſi nos a corporibus qbuſdã agentibus mutaremur.
immo tanq; in quodã ſpẽs ſuſcipiente phãtaſticas, neq; id quidem mię uideri debet, quoniã ra
tionalis quoq; actionis noſtræ quædã in corpus indicia, notæ q; deſcendunt. quod planè perſpi
citur, quãdo & oculi ſupcilia in acrioribus indagationibus contrahuntur. iam uero ſi ſolida hęc
mẽbra corporis ſecũdum animæ motus afficiuntur, multo prius ſenſuũ inſtrumẽtum tanq; uita
lius neceſſum eſt ueſtigia quædã uitæ ſuſcipe. In qbus ſane uita tãtum eſt ſenſitiua, inſtrumẽ
tum quoq; tãtum eſt ſenſitiuũ. in qbus aũt uita inſup phãtaſtica, & appetitiua, uel etiã ratiõalis
exiſtit inſtrumẽtum ſimiliter ineſt ad uitã eiuſmodi ſuſcipiendã accõmodatum. accipiet igitur
notas quoq; phãtaſticas tanq; phãtaſticum, atq; falſas, ſi modo falſæ ſunt phãtaſiæ. Et quẽad
modũ ſimul uera ſentimus aliquãdo, poſſumus tamẽ interea falſas de his imaginationes edere.
ita ꝙſequenter ſpũs ipſe, ut ſentimus, eſt, ueras a ſenſitiuis accipit notas, ut aũt phãtaſticus eſt a
ſenſitiuis qdem falſas, ueras aũt a phãtaſia. Ceu quãdo ſolem uidentes pedalem interim terra
multo maiorem imaginamur geometrica demonſtratiõe cõpulſi. Neq; tamen phãtaſmatis
ipſius ullus in nobis eſt ſenſus, quãuis & phãtaſma in inſtrumẽto ſenſus exiſtat, ſed ad ſenſibi

lia proprie ſenſus pertinet ab eisq; dependet. phãtaſmata uero emergunt ex phãtaſia. Proin/
de nec eſt impoſſibile ſubiectum ſpũm, ueras ſimul, atq; falſas de eiſdem apparitiones accipe,
ſicut apparet nobis, ut diximus, circa ſolẽ. quãdoqdem a uiribus differẽtibus accipit, atq; ſecun/
dum uitæ ſpẽs differẽtes, neq; quicq̃ prohibet in eodẽ phãtaſma, ſimul & opus ſentiẽdi concur
rere, tam etſi oppoſita ſint, utpote quæ nõ eiuſdẽ ordinis cõiugationis, ut ſunt, neq; eiuſdẽ po/
tentiæ opa, ſiquidem & opinio in eodem, ſenſus q; de magnitudine ſolis inter ſe opponuntur.
Ad hoc itaq; ita ſit rõne reſponſum, dictum eſt inſuper non ſemper opus eſſe præſentia ſen/
ſibilium ad hæc, ut phãtaſia, ideſt imaginatio moueat, ſed poſtquã ſemel experrecta eſt, atq; in
talis formæ partu iam enititur ſibiipſi ſufficere. Pergamus ad reliqua.

Caput quartum. MARSILII.

i Ntellectus noſter eſt aliqd animæ propriũ, & ſpẽs quædã, & actu intellectus, ac per
eſſentiã ſuã cõtinet in ſe oẽs intelligibilium ſpẽs, ſed qm̃ degenerauit a primo, ideo
ipſe indiget primi ſomẽto ad tria. Primo ut ipſe ſit pſpicaciſſimus. Secundo, ut ſpẽs
eius ſint lucidiſſimæ. Tertio, ut hic illis ſit unitiſſimus. ſenſus quoq; eſt ſpẽs quædã,
& ſecũdum eſſentiam continet ſenſibilium rõnes, quas edit. quãdo ſenſibilia mouẽt inſtrumẽ
tum eius. intellectus aĩalis propter naturã animæ declinãtem ad diuiſibilia, mobilia q; longe di
ſtat ab unitate, ſtatu q; intellectus primi, primorũ q; intelligibiliũ. nota hic ubiq; intellectum agẽ
tem in noſtrũ eſſe intellectũ primũ. Hæc ſimilia ſunt illis, quę ſunt in Rep. Platonis, qũo ipſius
boni lumen copulat ſpecies intelligibiles cum intellectibus. Sunt q chartæ inſcribant literas ſuc
co cepę, ſed hæ non uidentur, niſi calefiat charta. Tales habet rerum formas, qui dicitur poſſibi
lis intellectus, quæ in conſpectum ueniunt ignis diuini præſentia, ſicut & colores lumine ſolis,
intellectus noſter non eſt in potentia ad hoc, ut fiat intellectus, atque intelligibilia, ſed ad ulti/
mam intelligentiæ, intelligibilium q; perfectionem.

THEOPHRASTVS ubi poſt hæc agitur de intellectu ait, nõ ita ꝓrſus nobis accipiendũ
eſt, neq; eodẽ pacto. ꝓtentioſum nãq; foret, ſimpliciter hæc accipe, adeo. ſ. ut intellectus ſit potẽ
tia quædã omnino ita ſubiecta, ſicut materiales potẽtiæ ſolẽt, & paulũ progreſſus adiũgit. For/
ſitan hoc apparebit abſurdum, ſi intellectus ſic materiæ naturã habeat, ut ſit nihil, ſed potentia
omnia. Non igitur ſic eſt exponẽdum, neq; etiam de omni intellectu ſimiliter hoc accipiendũ,
ſed utendum diſtinctione, qualis igitur eſt, & quæ nam diſtinctio? Materia qdem nõ eſt hoc ali
quid, at ſi intellectus non ſit hoc aliquid, quidnam ulterius hoc aliquid erit?

Hactenus uerba Theophraſti.

Vando igitur intellectus cũ natura cõparat, ſecũdum cõparationẽ ꝓportionis quan
q dã id eſt aſſumẽdum. & quatenus in potẽtia quadã eſt intellectus alter ad alterꝝ. ſic
enim ĩtellectus aĩalis ad ipſum, q actu ſemp eſt intellectus, atq; ſeparatus merito oĩa
eſſe in potẽtia dicit. Senſus qnetiã non proprie, ſed trãſlatione quadã materia eſ
ſe, uel ſicut materia dicitur. Materia. n. cogitat, ut ultima rerꝝ non tm̃ ſenſus, ſicut materia oĩum
eſt poſtremus. Eſt. n. ſenſus ſpẽs quædã, atq; dicitur, & ſecũdum eẽntiã ſenſibiliũ ꝓtinet rõnes.
alia præterea rõne ſenſus ſenſibilia in potẽtia eſſe dicitur, quatenus ab illis incitat ad partum,
indiget q; illis, tum præſentibus, tũ agẽtibus in inſtrumẽtũ eius ad ꝓpriã actionẽ. intellectus aũt
aĩalis nec eſt ut materia, nec ut ſenſus, eſt. n. ſpẽs oĩum q; ſpẽrꝝ ſecũdũ ipſius eẽntiã cõprehẽſor.
Agit qnetiã a ſeipſo, et in ſeipſo qdẽ intelligibilia continet, q̃uis pp cognationẽ ipſi⁹ cũ aĩa, atq;
ob eſſentialẽ ad aĩam habitudinẽ, & deniq; ꝓpter inclinationẽ quãdam eius ad diuiſibile. tum
ipſe ab intellectuali eſſentia ſimul & actiõe oĩno impartibili, prorſus q; unita quodãmodo ceci
dit, tum intelligibilia, quæ ſunt in eo ab ipſa ſupfulgida, & ſeipſa lucente primoꝝ intelligibiliũ
ſubſtãtia degenerauiſſe uidet, ſimiliter & ipſa inter intellectũ aĩalẽ, & intelligibilia eius ꝓtinua
tio quodãmodo relaxata eſt. nec integra prorſus, ut unitas illa, quæ ĩ ſeparato intellectu aſſidue
uiget, atq; ob hãc cãm, tum ipſe ad cognitionẽ penitus impartibilẽ, intellectu q ſemp actu eſt in
diget pfectore, tum intelligibilia, quæ ſunt in eo illuſtratione indigẽt ea, quæ ab intelligibilibus
ſeparatis effulget, ad hoc, ut hæc quoq; ꝓfecta intelligibilia fiãt. hinc Ariſtoteles ĩtelligibilia hęc
coloribus inqt eſſe ſimilia ſplẽdori ſolis egẽtibus. Ipſe qnetiã intellectus huius, intellectibiliũ q;
ſuoꝝ inter ſe ꝓtactus ad indiuiſibile copulat ab exactiſſima ſupioris intellectus, & intelligibiliũ
unitate. Hac igitur rõne aĩalis intellectus eſſe dicitur in potẽtia, quatenus uidelicet ad intelle
ctum ptinet ſeparatũ. qm̃ ille ꝓrſus eſt impartibilis, ſyncere q; unitus ad intelligibilia præclariſſi
ma, & prima, ꝓfecta q; lumina. Dicit etiã in potẽtia quatenus ab eiuſmodi pficitur intellectu.
Proinde ubi intellectus dicitur, quaſi tabella literaꝝ exps, ſecũdum quãdam proportionis cõ/

parationem

parationem accipi debet. Non. n. hoc ita dicitur quaſi intellectus nullo modo ſpẽs habeat, ſed
quẽadmodum ipſe intellectus eſt in potẽtia, non ita qdem, ut oĩno non ſit intellectus, ſed ut ĩtel
lectus ſane, talis aũt intellectus, q ab intellectu primo pfici debeat, ſic & quę in eo intelligibilia
collocant, intelligibilia quidẽ ſunt, ſed talia, qualia ſint a ſeparatis intelligibilibus illuſtranda,
ut ſyncere ꝓrſus intelligibilia ſint, quapropter coloribus comparant, & hæc ipſa tabella, quãtũ
ſpectat ad pfectas eiuſmodi ſpẽs capiendas, literaꝝ uacua dicitur. Recte igitur Theophraſtus
abſurdũ eſſe clamat materialẽ intellectui naturã dare, atq; putare materiæ modo nihil eſſe actu,
ſed potẽtia oĩa. phibet in primis ſic exponere dicta. Iubet inſup indagare, quonã pacto intelle/
ctus alia quadã rõne in potentia eſſe dicatur, ſed profecto quo pacto dicat in potentia eſſe iam
quãtum ad præſentia pertinet, ſufficiẽter eſt dictum, atq; etiam non omnem intellectum in po
tentia eſſe, ſed qualis ita ſe habeat eſt diſtinctum.

Caput quintum. MARSILII.

i Ntellectus noſter, q poſſibilis dicitur, ideſt ab intellectu primo formabilis, habet in
natũ actum ꝓprium, atq; libeꝝ, per quẽ ex ſe conuertit primo ad ſe, ſpẽs q; innatas,
deinde quatenus ad ſe, ſpẽs q; ſuas ꝓuertit, eatenus ad intellectũ primũ, ſpẽs q; illi⁹.
Quo & qbus format ipſe, ſpẽs q; ſuæ. ĩ. ipſe fit pſpicacior, & illæ lucidiores, & hic
eis quã unitiſſimus intellectus noſter eſt conſubſtãtiale aliqd aĩæ. ſimile dicunt de actu libero,
quo angeli ꝓuertunt ad ſe, & p ſe ad deum, ſignũ, qd ſpẽs ſunt innatę, & qd intellectus hic no
ſtri eſt naturaliter diuino coniũctus, qm̃ ꝓuerſus ad ſe inuenit oĩa, & pficitur a diuino. Nota hic
& infra intellectũ noſtrũ ſemp copulatũ eſſe diuino. Res externæ nõ formãt ſenſum, ſed ſpũm.
Senſus aũt ad formationes eiuſmodi educit in actum ex ſe ſpẽs, uel actiones conformes illis. qm̃
dicimus intellectum poſſibilẽ ab agẽte formari, nõ intelligimus accipe formas, ſed illo pũte for
mis ſuis efficaci⁹, & copulatius uti intellectu poſſibili nullus eſt motus, nulla paſſio ꝓprie dicta.

PRISCIANI.

p Oſt hæc autẽ Theophraſtus ambigit quomodo uel intellectus noſter intelligibilia
fiat, uel ipſa ĩtelligibilia fiãt, qd ue ſit ibi pati. Oportet. n. ipſum quodãmodo, & in/
telligibilia fieri, & quãdam ibi cadere paſſionẽ. ſi modo quẽadmodũ ſenſus ſic ĩtel
lectus ꝓcedat in actum. Verũtamen ambiguũ eſt, quæ nã paſſio a corporea natura
in rem incorporeã inferatur, uel quæ inter hæc accidat pmutatio, atq; utrum ab illo principium
detur, an potius a ſeipſo. Pati quidem hoc uidetur ab illo. Eorum enim, quæ patiũtur, nullũ
patitur a ſeipſo. Iã uero & huic principium omniũ eſſe cõpetit, & a ſeipſo cõuenit intelligere.
neq; ſicut ſenſibus huic attribuitur a ſeipſo cognoſcere, ſed modo quodam præſtantiore.

Hactenus uerba Theophraſti.

It tamẽ hic interim intelligibilia, neq; eſt res ipſe, ſicut intellectus penitus ſeparatus,
f propterea qd unitas eius quodãmodo relaxata eſt, ut diximus. Atq; intelligibilibus
plenius coaptatur. Hac utiq; rõne quodãmodo patitur, quãdo degeneratus a pu
ra, & prorſus indiuiſibili ſeparatoꝝ intelligibiliũ unione, & tanq̃ inde digreſſus pro
pterea qd cum aĩa cõgenitus eſt nimiꝝ tanq̃ alter ab alteris. tam ab ipſo ſecũdũ actum intelle/
ctu, quam ab intelligibilibus, quæ ſunt in illo pficitur. Verũtamẽ ipſe quoq; pficit ſemetipſũ,
quãtum expgiſcit a ſeipſo, ſe q; ad illũ actum intellectũ accõmodat, pfectionem q; ab illo actio/
ne ꝓpria ſuſcipit. præſertim qa non oĩno ab illo ſecundum actum intellectu ſeceſſit, ſed quãuis
illi ſuccũbens ſimul, tm̃ eſt ei ꝓiunctus, utpote q ipſe quoq; eſt intellectus. Atq; idcirco nõ ad
exteriora diſtractus, ſed ſeipſum ingreſſus, & ꝓuerſus ad ſemetipſum, ſibiq; maxime pro uiribus
copulatus. Itaq; demũ ab ipſo ſecũdum actum intellectu pficit. Quãobrẽ alio quodã pacto
præter ſenſus patit. neq; id qdem ꝓprie, ſed æquoce, ac potius agit quã patiatur, qppe cum per
actionẽ ſuã a ſupioribus pfectiões accipiat, nec extrinſecus ſuſcipiat, quæ intelligit. Eſt. n. & hic
res ipſe ſecũdo gradu, quatenus ipſe pficit, dum & ſuis intelligibilibus copulat & ſimul ſupio/
ribus coaptat. propterea qd ſua a ſupioribus nõ ſunt diuulſa. Proinde intelligibilia ſic agũt
in intellectũ, quẽadmodũ ſenſibilia in ſenſum agũt, hoc tm̃ excepto, qd intelligibilia nõ extrin/
ſecus ueniũt ad agẽdũ. qm̃ qdẽ ſeparata ab intellectu nõ ſunt, q̃propter una quædã ambobus eſt
actio. intellectui qdẽ circa intelligibilia, intelligibilibus itẽ ad intellectũ. quaten⁹ hæc ĩter ſe ſeiũ
cta nõ ſunt, ſed ĩtellectus eſt illa ipſa, quæ offerunt intelligẽda. Quin etiã & circa ſenſum paſ
ſio inſtrumẽto ꝓtingit, qm̃ qdẽ ſenſitiuũ primũ ſcdm ꝓpriã pficit actionẽ, atq; motũ a ſenſibilib⁹
nõ paſſiue ſuſcipit, ſed actiue. multo igit magis ĩtellectus ex ſeipſo agit, atq; a reb⁹ ĩtelligẽdis pſe
ctionẽ nõ paſſiõe accipit, ſed actiõe, ſi mõ dicẽdus eſt accipe, ac nõ poti⁹ ex ſe ꝓducere. a ſeipſo

enim exordiēs ꝓficitur.iā uero passio illis accidit ꝓprie, quæ mouent ab alio, utpote, quæ extrin
secus incitant, in rebus autē, quæ oīa intrinsecus operant, totaq; ꝑ totum sunt actiuæ, passionē
aliquā suspicari nō possumus, nisi forte æquiuoce passionē accipiamus. Intellectus.n. etiam q
potentia dicit intellectus, secūdum essentiam actus qdam est, quāuis secundo quodam gradu.
hic igitur actus opponitur passioni, nec unquam affici passiue pōt. Omnino uero rebus incor
poreis a corpore separatis, uel separabilibus Theophrastus ait, nec passiōem, nec mutationem
accidere posse. Et passiones quidē solere ab externis incidere, Intellectum autē esse principiū,
atq; insuper a seipso, quo circa ad similitudinem patiētis habere se posse, quāuis re uera minime
patiat. si enim oēm excluserit passionē, ait, nihil intellecturum. Vbi sane perfectionem a rebus
intelligendis collatam nominat passionem, quoniā intellectū oīno puꝝ cōseruare necessarium
arbitratur, interea uero quoniā ab intelligendis secūdum propriā perficitur actionē, idcirco nō
propria, sed cōmuniori quadā appellatione hic passionē dictā accipiemus. Intellectus enim (ut
Theophrastus ait) passionis est expers, nisi forte aliter, quā dici soleat, dicatur esse passiuus. Nō
quidē ut mobilis, motus nanq; est imperfectus, sed potius uelut actio, hæc aūt inter se differunt,
tametsi necessum est interdum eisdem nominibus uti, hæc Theophrastus. Vides igit nō ſm
defectū, uel trāsmutationē aliquā, aut motū quēdā, uel ēt ab externis, immo secundum actionē
quandam penes intellectum accipi passionē. Ignoscendum rursus existimat, siquando nomini
bus abutamur. quippe cum ex rebus ad sensum spectantibus ad res ipsas pertinentes ad intelle
ctum sæpe nomina transferamus. Iubet autem Theophrastus definiri quid in mente sit pas
sio. Atq; ex eius sententia dictum est hic, pati esse ꝓfectionē quandā a superiore suscipere, dum
uidelicet quod inferius est, sua quadā illinc actione ꝓficitur. Atq; ita intelligibile ab intelligibili
quodāmodo patitur, siquidē tanquā intelligibile secundum, & efficax loco secūdo, atq; ut inci
piens, & aliquem obtinens principatum, suaq; actione ab eo, quod præstantius definitū. Atqui
quodammodo intellectus hic perficit semetipsum, quoniam, sicut est dictum, superioris mune
ra per suam quandam suscipit actionem.

MARSILII.

¶ Caput sextum.

d Vplex in anima est intellectus, & uterq; possibilis appellatur. Primus essentia indi
uidua participata ab anima. Secundus potentia ratione discurrēs, quę proprie no
minatur anima. Ille actu semper intelligit diuina mente formatus. hic intelligit qñ
conuertitur ad illum. Cessat aūt quādo diuertitur illinc ad sensum, & in utroq; est
proprius actus, & liber. Phantasia nominatur aliquando intellectus, hæc enim est ultimum ue
stigium intelligentiæ. Anima rationalis, quia particularis uita est, per uices agit diuersa. & aliās
ad diuina, aliās ad caduca conuertitur. Liberum arbitrium est in intellectu, tum intellectuali, tū
rationali. Intellectus siue intellectualis, siue rationalis, qui & uterq; est in nobis, exorditur actū
suū ex seipso, nec quicquam habet se prius. s. secūdum tempus, siquid nuper mouerit intellectū
nostrū alioquin per se torpētem, duo sequerentur absurda. primmm, aliquid fieret prius hoc se
cundum tempus. deinde non haberet propriam actionem.

PRISCIANI.

q Væritur post hęc quare intellectus noster ab intellectu superiore nō semp accipiat,
nec semp intelligere uideatur, sed ꝓfecto semper intellectus agit. Anima uero non
semper utitur intellectu semp ei prēsente, quoniam uidelicet ad corpora uertitur.
Vidētur sane Aristoteles, & Theophrastus (quod & iam dictū est) intellectū aliqñ
totam uitam rōnalem cognominare, ubi etiā usq; ad phantasiam intellectus nomen extēdunt.
Atq; ita non absq; ratione circa animam quærat, cur nam non semper intelligat. Nēpe nō inter
mittitur unquā intelligētia, quia potentiam intelligendi nō habeat, sed quoniam ad sequētia,
corporea q, & omnino extra seipsam anima distrahatur, propter conditionem particularis uitę
ad utrunq; uices agentem. In perspicua.n. ad seipsam reuersione, & ad intellectū conuersiōe
animæ perfectio tota consistit. Contra uero in inclinatione ad corpora casus ab intellectu con
tingit. Non solum uero intellectus, ut diximus, sed insuper anima perficit a seipsa, quatenus
a se actum aliquem exorditur, se q; ipsam adhibet intellectui, atq; sua quadā actione perfectio
nem apprehendit ab intellectu. Quoniam Theophrastus ait, dicere actionē intellectus ipsi
us mouente alio incitari. Alioquin absurdum est, & nihil aliud est, quam aliquid aliud introdu
cere intellectu prius. Item non erit sic in ipso actus, uel facultas intelligēdi, nisi sit aliquis alius,
qui moueat, intellectus, atq; hęc quidem uera sunt, siue intellectum appellet essentiā indiuiduā,
quæ participatur ab anima, siue animam ipsam rationalem.

Caput septimum.

Caput septimum. MARSILII.

i N nostro intellectu sunt intelligibilia, in ratiōe scibilia, nobis innata, sed ille agit cir
ca illa actu quodā æterno. hęc circa sua agit actione temporali per eandē intellectus
actionem. s. per intelligētiam. tum ipse maxime est intellectus, tum intelligibilia ma
xime sunt intelligibilia, atq; uicissim. ergo intellectus est ipsæ res intellectæ. Intelle
ctus etiam noster secūdum essentiam est actus. Ideo in eo idem est esse quod agere. iccirco sem
per intelligit, sed in anima, idest in potentia rationali, aliud est essentia, aliud actio. ideo nō sem
per intelligit, non scit semper. sicut intellectus noster est intelligibilia, sic rationalis potentia est
scibilia, quāuis non habeat hæc semper in actu, sicut ille. Ratio educit in actum scibilia per actio
nem propriam, quādo in se reuertitur essentia animæ. ubi maxime indiuidua est, est intellectus,
& esse ibi est intelligere, ubi non minus indiuidua habet annexam actionē ratiocinandi distin
ctam ab essentia simul, atq; potentia discurrēdi. Essentia animæ est & stabilis, & mobilis, simi
liter actio. Actio stabilis comitatur essentiam stabilem, mobilis mobilem. Anima tota simul per
manet, & mouetur. item potentia mobilis circa stabilem uersatur. Item in essentia animæ per
manente latet actio quædam æterna. Attentio animæ plurimum uertitur ad imaginabilia, sensi
bilia q, sed quando reddit in se, inuenit scibilia in potentia rationali, per quæ tandem intelligi
bilibus copulatur, quæ semper in intellectu uigent etiam animali. Rationalis potētia reuersa ad
intellectum non circa omnia simul agit, sed successione quadā propter naturam diuisibilem.

PRISCIANI.

c Æterum quærendum est quid natura sibi uelit, quod deinceps hūc in modū Theo
phrastus adducit, si enim inquit, intellectus in agēdo ipse res euadit, hoc autem ma
xime est utrunq;, certe res ipse intellectus erit. Non solū.n. intellecta, sed etiā intelle
ctus tūc maxime sunt, quādo intellectus intelligit. Quapropter modo utrūq; ait.
si igitur quando res ipse est, tunc & intellectus existit, certe intellectus res ipsæ, quæ intelliguntur,
erit. Num igitur quando nihil intelligit cum ibi res ipse non sit, similiter nec intellectus erit.
sed profecto ille, qui re uera est intellectus, atq; etiā qui potentia dicitur intellectus uidelicet par
ticipatus ab anima intelligit sane, utpote qui & ipse essentia sua est actus, quāuis gradu secun
do. In ipsa uero anima particulari habet dubitatio locum, hæc enim non semper intelligit.
Sed nūquid anima nihil est omnino, anima quam intelligatur? an aliquid est quidem, sed ceu
materia quædā, formatur autem quando cognoscit rebus extrinsecus incidentibus, sed profe
cto anima ipsa & est aliquid ante quam sciat, & non ab externis, sed a seipsa potius incipit, &
quæ sunt cognoscenda producit, res q; ipsas inuenit, quatenus ingreditur semetipsam. Ani
ma igitur res ipsę in se est anima, quam cognoscat. Quoniam uero & hac ratione quodāmo
do anima diuisa est, quia uidelicet non est actus secūdum essentiam, sed sciētiæ actum habet ab
essentia procedentem, nimirum quemadmodum est etiam quādo non scit aliquid actu, sic eti
am ipse res existit, uidelicet non secundum actum, & actionem, sed potius per essentiam. opor
tet enim res ipsas in anima, eodem ordine, quo & animam prorsus accipere. non quidem ex eo
quod hæc semper intellecta sint, sed quia cognobiliter animus agat, atque hæc cognobilia sint
effecta secundum sequentem, & producētem ab essentia actionem. Siquidem in anima nec
esse, nec agere simplex est, atq; uniforme, sed hoc quidem permanēs, hoc autem mobile, dum
circa potentiam permanentem procedit potentia mobilis, & tota interim anima secūdū utrāq;
perpenditur, atque idcirco simul anima permanet, atque mouetur. Simul etiam & agit semper
secundum actionem occultam, & essentiæ permanenti congenitam, & secundum uitam extra
progredientem, atque mutabilem, quando ipsa circa sequentia, diuidua q; tota conuertitur ad
eadem operatur. utens tunc opinione cum sensu, neq; conuersa ad illa, quæ (ut ita dixerim) sci
bilia nominant, quæ quidem res ipsæ sunt in anima, multo q; minus conuersa, tūc ad illa, quæ
intelligibilia nuncupantur, quibus per ipsa scibilia uelut secūdum unum continuum, uel coniu
gium copulatur. Iam uero quando ad illa, quæ in ipsa manent, uitam, actionem q; productā,
& aliquando progressam denique reuocat, non circa omnia simul agit, sed nunc quidem, hæc
tunc autem illam ob naturam uidelicet diuisibilem.

Caput octauum. MARSILII.

p Otentia rationalis dicitur a potentia in actum procedere, non quia nouas formas
accipiat, habet enim semper omnes, sed quia exercet nūc, quas non exercebat ante
Theophrastus ait, si intellectus sit, ut materia simpliciter in potentia, quādo accipi-

ens nouas formas intelliget, essentialem quandam subit mutationem, quod est absurdum. qđ Theophrastus ait de intellectu nostro intellectuali, id Priscianus trahit etiam ad intellectum rationalem quodammodo, ille igitur neq; formas accipit nouas, neq; mouetur, hic non nouas quidem accipit, sed mouetur circa suas.

PRISCIANI

q Vando igitur in anima dicimus in potentia esse, atq; actu, secúdum permutationē id accipimus, aut certe quando non adest actio illa progrediens, secūdum quā habetur, dicitur'q; scientia, tunc sane illam essentiam permanentem actionis eiusmodi productricem esse in potentia dicimus, quæ & res ipse tunc existit, neq; tamen agit secundum actionem progredientem. Quamuis igitur non omnia simul cognoscat, sed alias alia, non tamen propterea est etiam alias alia. nec unquam eadem, quoniam non undiq; permutatur, sed est & aliquid in anima interea permanens, atq; secundum hoc ipsum res ipsæ semper in anima permanserunt. Ait Theophrastus absurdum fore, si intellectus in potentia quidem ita sit, ut actu nihil existat, sed in actu quidem positus alter quidam sit. & alter iterum, quādo seipsum non intelligit, sic enim ex eo, quod intelligat aliud, atq; aliud, nunquam erit idem. At uero natura eiusmodi indiscreta, & ordinis expers sic euadens manifeste refellet eos, qui intellectum esse quidem oía in potentia. Nihil autem in actu putauerint. Primum quidem quando non intelliget, nihil erit. deinde etsi intelliget quādo alia, neq; seipsum intellexerit, aliud qdam erit, neq; prorsus idem, sed alias alter, atq; ita perpetuo permutabitur. Quapropter ait, nō sic accipiendum esse in intellectu potentiam, atq; actum, sed (ut prius est dictum) ubi censuit secundum quandam proportionis comparationē, duo hæc esse ponenda. Nec ullo modo sicut in materia, sic in intellectu hæc affirmanda.

¶ Caput nonum. MARSILII

i Ntellectus animalis non est mistus corpori, ideo non formatur a sensibus. potentia quoq; rationalis huic adnata formas non accipit nouas, sed uicissitudine quadam suas exercet. Ratiōalis natura in formali suæ essentię ratiōe scibilium omnium formas includit. Anima quāuis ex potentia in actū migret, tamen non fit alia, quia nouā non induit formam, sed nouam præfert actionem.

PRISCIANI

p Roinde quando intellectum ait esse hoc aliquid addit, non tamen in hoc ei sensum æquari. Sensus enim, ut & nunc adducit, non absq; corpore, intellectus autem a corpore separatus. propterea ad perfectionem suam iis, quę procedunt extra, nō indiget. itaq; anima etiam quando cognoscit nihil actu interim existit omnia secūdum perfectionem essentialem, atq; permanentem, quamuis interea ipsa secundum productionem, & appositionem actio, actus'q; deficiat. itaq; quantum ad hanc spectat, esse tunc in potentia iudicatur. Tum uero quoniam rebus scibilibus est congenita, quando aliquid sciuerit, sic in actu existens idipsum, quod est, & scibile, tunc nō est a seipsa iam altera. quippe cum ipsa secundum scibilia omnia suam sibi decernat essentiam. Veruntamen uidetur & quodāmodo fieri, quādo enim ita fit singula, quemadmodum sciens actu dicitur. hoc autem contingere dicimus, quando secundum se agere potest, nimirum est, & tunc quodammodo in potentia, neq; tamen similiter, atq; tunc, quando nec didicerat, nec inuenerat.

¶ Caput decimum. MARSILII

i N intellectu nihil noui nascitur, in anima nascitur saltem nouus actus, habitus'q; per actū. natura enim intellectualis est uniformis, & stabilis, natura animalis præter hæc duo habet & horum opposita. Est enim multiformis insuper, atq; mobilis, motus pertinet ad animæ definitionem, atq; naturam. Anima rationalis, quia est & media rerum, & per se mobilis, ideo uices agit ad extrema, pręsertim quia ex uita particularis. potentia rationalis, aliquando ad intellectum, aliquando ad sensum se conuertit.

PRISCIANI.

i Nter hæc Theophrastus ait, a quonam generatio fit in anima, & quo pacto, siue generatio ipsius habitus, atq; potentiæ, siue essentiæ ipsius introducatur. Videtur autem potius habitus, atq; hic habitus, eius'q; generatio ad naturam accedit perficiendam. Fit igitur quodāmodo anima, quoniam non ita uniformis est, & simplex, sicut intellectualia esse cēsemus, neq; penitus stabilis sicut illa, sed ꝑmanet simul, atq; mutationē habet innatā, & ad utraq; uices agit, quoniā est & media rerū, & uitam habet definitam motu,

motu, quamobrem tum fertur ad ignorantiam quatenus ad deterius inclinatur, tū scientiæ dono perficitur, quatenus conuertitur ad superius, itaq; imperfecta fit quandoq;, uicissim'q; perfecta. quoties enim ignorat, imperfecta censetur, atq; propterea esse dicitur in potentia, qa & túc habet cognoscendi potentiam. quoties uero scit, iudicatur esse perfecta. Tum uero quatenus agit quidem ex ipso actu sibi perfectionem uēdicat, sed quatenus etiam quādo scit aliquid, interea non agit, omnino etiam tunc esse impotentia iudicatur. Non eadem tamen conditione, qua prius quam discseret, uel inueniret, utpote quæ iam possideat habitum, suamq; illam perfecerit potestatem, quæ scientiæ actus edere consueuit. Quādo igitur Theophrastus interrogat quonam fiat in anima generatio, uel habitus, atq; potentiæ, uel essentiæ, sic interrogare putandus est, utrum uidelicet secundum habitum tantum, atque potentiam, an etiam secūdum essentiam in anima permutatio fiat.

Caput undecimum. MARSILII.

a Nima nostra est mutabilis etiam quodammodo secundum essentiam. Alioquin si essentia eius esset penitus immutabilis, non ederet actiones adeo diuersas, atq; mutabiles, ut inter se tenderēt in oppositum. item una in nobis est anima essentia, quæ est in se penitus immutabilis, non edit actiones aliquando rectas, aliquando peruersas. si duæ sint in nobis essentię animarum inter se disiunctæ, nec altera dependeat ab altera, nō erit animal unum. anima intellectualis non erit princeps uitæ corporeę, nisi hæc ab ipsa dependeat. Vnica essentia est, in qua est potentia intellectualis, atq; rationalis, & potentia quomodocunq; discurrens. uidetur hic in eadē animæ essentia ponere intellectum, rationem, imaginationem, propter quam unionem, & hoc est unum animal, & uires inferiores ad unū in anima principem referuntur, unica in uno quoq; nostrū est animæ essentia, atq; hęc immutabilis est simul, atq; mutabilis, in quacunq; mutatione animæ permanet ipsa uita sibi propria. s. rationalis.

PRISCIANI.

q Voniam igitur ab essentia sunt habitus, atq; actus, impossibile est essentiam quandā ponere permanentem penitus, & a mutatione secretam, & eodem modo se semp habentem, quæ tamen interea aliquādo quidem perfectas, bonasq; actiones edat. aliquādo uero imperfectas, atq; peruersas, essentiæ nāq; actionū causæ sunt, ideo'q; quales sunt actiones, talem quoq; potentiæ, simul atq; essentiæ speciem esse inde merito coniectamus. Siquis autem geminam essentiam in nobis excogitet, atq; geminas potentias simul, & actiones, & alias quidem semper in se perfectas, alias autem modo imperfectas, modo uero perfectas existimet, hic si eas disiunctas intelligat, unū animal multa faciet animalia, atq; omnino præstantiorem deponet essentiam tanquam neq; dominantem uitæ, neq; commune quicq̄ habentem. siquidem per secundam efficitur ipsa inter imperfectum uicissitudo, atq; perfectum. qua quidem in re potissimum uita definitur humana. Sin autem qui excogitauit talia in nobis duplicia, is habitudines dicens duas, aut rationes duplices, aut uitas geminas, sic duorum non dirimat unionem, ne forsan hoc pacto nostra natura choro cuidam, uel alteri cuipiam multitudini fiat similis, sed in unum cuncta congrediantur, atq; ad unum conflata principiū, ita cōspirent. nos ita de hoc uno protinus percūctabimur, utrum uniforme sit, atq; immutabile semp & integrum, quod si protinus admittatur, inde sequeretur, ut nulla sit unquam in animalibus uel secundum essentiam, uel secundum actionem imperfectio, aut prauitas ulla, uel passio. Actiones enim sequuntur essentiam. Veruntamen neque penitus permutabile illud unum esse concedendum. permanet enim in mutationibus ipsa uita.

Caput duodecimum. MARSILII.

a Nima nostra, quia est media inter omnino stabilia, atq; mobilia, ideo habet essentiā stabilem, atque mobilem, per'q; uices agit uitas omnium in mundo gerētium. Iamblichus de compositiōe animæ, uitarum'q; uicissitudine in anima est mutatio quædam nō solum secundum habitudines, sed quodammodo etiam secundum essentiam. quatenus ignem intellectuali, siue rationali species uariat, nunc uiuēs, ut homo terrenus, tunc ut aerius, aliās ut ætherius. Mihi uero Marsilio nō uidetur Theophrastus mutationem ullam, quæ tangat essentiam, in anima ponere. Iamblichus uero quamminimam.

PRISCIANI.

p Articularis igitur anima, ut est apud Iamblichum, ambo pariter comprehēdit, tum permanēs, tum mutabile, ut & hac ratione medietas ipsa seruetur. Superiora enim stabilia tantum in se consistunt. Caduca uero mutabilia prorsus. At particu-

laris anima tanquam media rerum, atq; una cum omnibus circum mundanorum generibus di
uisa, pariter, atq; multiplicata non permanet solum, sed etiam permutatur totidem ita particu
lares, diuisasue uitas agens, neq; solum secúdum habitus, sed etiam secundum essentiam quo
dámodo permutatur. Quod quidem Theophrastus quoq; (ut arbitror) significare uolés ait.
Videtur quidem magis in anima fieri secundum habitú generatio. Mutatio enim secundum ha
bitus, atq; perfectio est admodum manifesta. propterea magis inquit. Atq; dicendo hoc ipsum
magis clam significat perfectionẽ quodámodo ad essentiam pertinentẽ, & ob hãc causam sub
dit ita, hęc autem naturam perficit, naturá scilicet operantis, quasi prius perfecta nõ fuerit. si. n.
essentia esset oíno perfecta, certe habitus, atq; actio impfecta nõ foret ab essentia sola ꝓcedens.

MARSILII.

¶ Caput decimumtertium.

Es immateriales nihil in se habent nisi necessario pertinens ad essentiam. Res ma
r teriales præter essentialia subeunt accidentalia multa. intellectus noster cognoscit
utrasq; per formas innatas, quæ formæ repręsentát, immaterialia quidem tanquã
eis cognatæ, materialia uero tanquã causæ. Aristoteles, & Theophrastus de rebus
a materia separatis, & de coniunctis. Iamblichus, & Plutarchus cõmentatores Aristotelis, in
tellectus possibilis in nobis est duplex, alter primus semper in actu, alter secundus transiens de
potentia in actum, idest ratio. Ratio quando non uagatur per imaginationem, & sensus cõuer
sa ad se inuenit rationes rerum innatas. Rationes innatæ sunt germanæ substantiarum separa
tarum, & sunt uel causæ materialium, uel consimiles causis. Intellectus agens se uidens conspi
cit omnia secundum causam.

PRISCIANI.

Einceps uero Theophrastus quẽadmodum Aristoteles duo ponit genera specie
d rum, alias quidem immateriales, alias uero materiales, atq; in speciebus a materia
separatis ait, idem esse ipsum unũquodque, & ipsum eius esse, quando uero dicit
ipsum eius esse, rationem formalem, speciem'que designat, at quando dicit ipsum
unũquodq; substantiam significat totam, & in speciebus quidem sine materia existentibus secũ
dum solá rõnem, atq; speciem totã putat esse substantiam, in speciebus autẽ materialibus aliud
esse uult ipsum unũquodq; aliud ipsum eius esse, horũ nanq; primũ secundũ utrũq;, ꝓcretum'q;
accipitur. alteꝛ uero secúdum speciẽ intelligit'. Quoniá igitur intellectus, qui dicitur in poten
tia, utrasq; species cõtẽplat', inqrit Theophrastus una cũ Aristotele, quomodo speculat' utrasq;,
& quomodo species in materia existentes etiam quadã abstractiõe cognoscit. Materiales nãq;
species uel secundũ solá speciem contemplatur. Hęc igit' planius discreuerunt legitimi inter
pretes Aristotelis, Iáblichus, & Plutarchus nestorio genitus, nos quoq; aliqd cõmentare debe
mus breuiter quæsita diiudicantes. Assero igitur ipsum potentia intellectum tum eum, qui
participatur ab anima, tum potentiam ipsam rationalem, quando syncere utitur ratione, neq;
una cum sensu, & phantasia ad exteriora protenditur, tũc species, rationes'q; immateriales sibi
insitas contemplantem secundum has ipsas excogitare species, tum a materia segregatas, tum
materiæ distinctas. Illas quidem secundum quandam (ut ita loquar) identitatem, atq; commu
nem inter immateriales species unionem. has autem uelut a causa ea, quæ sunt similia causæ.
Sicut enim ille actu intellectus, dũ intelligit semetipsum, sequentia sub se cuncta cognoscit, ut
pote qui ipse res ipse sit per causę modum, atq; ab eiusmodi causis, effectus quoq; præstantiore
modo quam ipsi in se sint, apprehendat. Ita & qui est in potentia intellectus sequenti gradu ab
eis, quæ in seipso sunt, proximis causis materialia percipit. Immaterialia quidem in se insita ma
terialium principia contemplatus.

MARSILII.

¶ Caput decimumquartum.

Ensus cognoscit accidentia tantum, atq; particularia. Intellectus etiam uniuersali
s ter, atq; per rationes essentiales accidentia inde sequentia. item cognoscit omnia
per insitas rationes. immaterialia quidem taquam his rationibus coniugata. mate
rialia uero tanquam hinc effecta. Rationes in anima insitæ respiciunt materialia
tanquam causæ, immaterialia uel tanquam germanæ, uel tanquam effectus. Species naturales,
quamuis non sint extra indiuidua, uere tamen cogitantur indiuidualibus accidẽtibus non co
gitatis. Itẽ si figuras mathematicas ratio excogitat absq; certa materia, quamuis cognoscat eas
sine materia existere nunquam posse.

PRISCIANI.

Ognoscit uero intellectus materialia non sicut sensus. Sensus enim tanquam par
c ticularia secundũ qualitates attingit, uelut tanquam calida, uel frigida, uel alba,
uel aliquid aliud generis eiusdẽ. Intellect⁹ aũt uita'q; rationalis cognoscit essentias
secundum

secundum communes materialium species. Num igitur intellectus ignem esse calidum non co
gnoscet? Sed profecto qualitates, & accidentia omnia ab unaquaq; progrediũtur essentia. quo
circa intellectus, qui cognouit essentiam, accidentia quoq; per ipsas essentiæ rationes præstan
tius etiam quam sensus cognoscit. Sed, ut ad propositum reuertamur, quomodo anima utraq;
percipit formarũ genera, tum materialia inquam, tum a materiis absoluta? Certe (quemadmo
dum dictum est) utraq; secundum insitas animæ rationes, sed immaterialia quidem tanquã ra
tionibus sibi insitis coniugata, uel tanquam præstãtiora, materialia uero uelut effecta, tũ uero,
quæ abstractione cognoscuntur auferẽdo. sunt quodámodo speciebus materialibus eadem, se
cũdum uero seipsa a nobis excogitantur, id autem est, non una cum materia cogitantur, quan
doquidem neq; modo separato subsistunt, neq; intelliguntur tanquam in modo quodam sepa
rato essentiam sibi suam uendicent, sed quando ea una cum materia cogitamus, tũc tanquam
materialia dicimus. Quando uero tanquam solas species cognoscentes agnoscimus, tamen in
terea in materia eas existere, nec aliter subsistere posse, tunc abstractione percipimus.

Caput decimumquintum.

MARSILII.

Adem uis in nobis intellectualis cognoscit immaterialia, atq; materialia, & hæc rur
e sum uel uniuersaliter, uel singulariter. id'q; totum agit per rationes innatas, quibus
utitur ad immaterialia quidem tanquam germanis, uel tanquam effectibus eorum,
ad materialia uero tanquam causis.

PRISCIANI.

Vnquid igitur anima potentia quadam altera, uel per alterum modum se habente
n materialia, & immaterialia iudicat? rursum'q; & illa, quæ prorsus in materia depre
henduntur, & quæ percipiuntur abstractione? An potius eadem potentia, & simili
ter se habente. Forsan uero est utrũq; uerum. Idem nãq; differentium iudex esse po
test. Nempe ipsum intellectuale idem & eodem modo se habens id efficit. nam secũdum pro
prias rationes, & interea id efficit quodammodo altera facultate, & quoquomodo aliter se ha
bente. quoniam rationes proprias, uel tanq; causas contemplatur, quando ab eis materialia co
gitat, uel tanq; immaterialibus cõiugatas, uel quasi ab intellectualibus speciebus effectas. Atq;
hoc pacto suis rationibus ꝓtemplat', adeo, ut quasi alteræ interea factæ sint, aliter'ue se habeant.

Caput decimumsextum, Quia materia est subiectum priuationis, atque diuisionis, ideo for
mæ expertes materiæ sunt plenæ uita, & intellectu, indiuisibiles'q;.

MARSILII.

Vnt igitur intellectus formarum pleni, quia nulla est ibi priuatio, sunt & idem cum
f formis, quia nulla diuisio, quoniã formæ sunt, fiunt'ue intelligibiles propter separa
tionem a materia, ideo intellectus sunt separati. necesse est super species materiales,
qa imperfectæ sunt, immateriales esse. Quod a materia separatur, statim euadit in
telligibile pariter, atq; intellectus. Intellectus apparet indiuiduus, quia conuertitur in seipsum.
item plenus formarum, quia in se conuersus inuenit omnia. Tres ordines substãtiarum sepa
ratarum, tres intellectuum. sunt intellectus supermundani tantum contemplatores. Sũt deinde
intellectus supermundani quidem, sed rectores cœlestium animarũ. sunt tertio intellectus mun
dani, idest cœlestes animæ. similiter est intellectus agens, est & possibilis in anima ratiõali. Est
tertio potentia ipsa rationalis, quæ etiam dicitur intellectus. Anima rationalis per rationis offi
cium testatur se etiam separatam, plenam'q; formarum, quatenus libere suum actum inchoat,
colligit'q; se ad se, & sic inuenit omnia.

PRISCIANI.

Mnino uero quemadmodum res ipsæ sunt a materia separatæ, sic Aristoteles, atq;
o Theophrastus, quæ sunt circa intellectum habere se putant. Forsan igitur hæc eo
rum sententia sic exponenda uidetur. quemadmodum materiales species cogitatio
ne sola a materia separantur. atque ita altera facultate, & altero modo se habente
diiudicantur, tanquam per solam cogitationem apprehensa sint, atq; discreta, sic & ipsius in
potentia intellectus species insitæ ab eo per solam intelligentiam segregantur. Quandoqui
dem secundum essentiam semper una cum speciebus existit. adeo, ut & quomodo intellectus in
potentia dicitur, actu'q; nihil animaduertamus, quia uidelicet per solam intelligentiam, aut igi
tur illa Aristotelis, & Theophrasti uerba id significant, sic enim Plutarchus exponit, uel po

potius ita, ut mox subiiciam. Quemadmodum quæ dicuntur a` materia separata, alia quidē re
uera separata sunt, ut in materia prorsus. alia uero per intelligentiam, sicut quæ abstractione p-
cipiuntur, sic & intelliguntur utraq;. Alia quidem, ut re uera seiuncta, alia uero, etsi cogitatione
aliqua seiunguntur, non tamen aliter quàm (ut ita dicam) materialiter subsistentia. Forte uero
sic melius exponemus, quēadmodum separata penitus a` materia disponimus, sic & quæ sunt
circa intellectum disponere decet, ne forsan hæc secundum cogitationem solā, sed proprie, prę
cipue'q; separata ponamus. Nēpe quēadmodum immateriales illæ species re uera seiūctæ sunt
a` materia, sic & intellectus est penitus a` materia segregatus sane` ante & supra materiales spe-
cies, necessum est imateriales existere, atque intelligibiliter (ut ita dixerim) in se subsistere. quip
pe quæ indiuisibiles sint, totæ'q; per totas uita, cognitione'q; unita plenæ, uitæ nāque uacuitas,
& insciti a secundū priuationē se habere dicuntur, priuatio uero in cōmistione ad materiam ac-
cidere consueuit. quoniam igitur expertes materiæ species, confestim intellectuales sunt, cōstat
eas esse in intellectu, ipsum'q; intellectum esse materiæ prorsus expertem, atq; una` cum imate-
rialibus speciebus essentiam suam esse sortitum. siquidem uita, cognitio'q;, quæ in seipsam con
uertitur, est indiuidua. præsertim quoniam ipsa se ingrediens entia inuenit, atque uera. At quo-
niam in rebus re uera separatis, expertibus'q; materiæ differētia quædam est sub descensu quo-
dam, aliæ enim sunt penitus indiuiduæ, aliæ cum explicatione quadam, aliæ deniq; inter hæc
mediæ sunt tanquam iudiuiduæ quidem determinatiuæ tātum explicatorum, sic & intellectus
ipse se habet, primo quidem gradu separatus est, ille, qui secundum actū dicitur, intellectus. Se
cundo uero intellectus secundū potentiam designatus, & participatus ab anima, atq; ipsa ratio
nalis anima. Hæc enim quāuis cum explicatione se habeat, tamen ad indiuiduum ipsum & se,
& alia colligit. Hæc a` seipsa suum opus orditur. hæc in se ipsa res inuenit, atque uera, hæc igi-
tur separata est, rationum'q; separatarum plena.

¶ Caput decimum septimum. Omnis intellectus est omniformis, sed intellectus agens est omnino ipsę suæ formæ.

MARSILII.

Ossibilis est quodāmodo distinctus a` formis suis, atq; hæ inter se distinctę poten-
p tia, rationalis magis etiam a` formis suis distincta est, & in ea formæ discretæ ma-
gis. Sensus profert rationes suas consequenter, quatenus ab externis passiones in-
ciduntin instrumēto. Intellectus non sicut sensus externa ꝓspicit, sed inspicit sua,
& alia conditione quàm externa requirant. Nota per hæc & sequentia intellectum agentē esse
deum, si modo est omnia indistincte ex se, & terminus omnium, atq; perfectio, intellectus pos-
sibilis dicitur in potentia, tum ad suas formas, quia quodāmodo distinctus est ab eis, tū ad agen
tem, quoniam illuminatus est inde, & inde suis formis unitus. intellectus possibilis simplici, sta
bili'q; intuitu uidet, potentia rationalis actione mobili, atq; composita, ideo minus unita est re-
bus percipiendis, sed unitur ab intellectu, ad quem est in potentia. Ratio etiā colligit se ad unū,
& in se inuenit omnia, intellectus possibilis semper, & ubique est unitus agēti, & formatus ab
eo. sed quoniam per propriam, & liberam actionem suam est inde formatus, iure formare se,
ipsum intellectus possibilis ita est. omnia secundo gradu, sicut agens omnia primo gradu.

PRISCIANI.

Heophrastus iterum philosophice admodum cōmemorat, quemadmodum hoc
t ipsum, quod dicitur intellectum res ipsas existere tam in intellectu secundum po-
tentiam, quā in intellectu secundum actum se habente proprie debemus accipere,
ne forte, uel quod dicitur in potentia secundum priuationem accipiamus, sicut in
materia consueuimus, uel quod dicitur actu secundum perfectionem passiuam, & ab externis il
latam fieri suspicemur. neque rursum, sicut in sensu fieri consueuit, ubi per motionem instrumē
torum accidit productio rationum, ipse'q; sensus extra posita percipit, imo in ipso intellectu in-
tellectualiter capiendum esse ait, tum in potentia, tum in actu res esse. nam secundum impartibi
lem unitatem, terminum'q; syncerum, & perfectionem prorsus unitam hoc ipsum, quod actu di
citur iudicandum. Est enim ipse in actu intellectus re uera res ipsæ, non secundum participatio
nem, non diuisim, non ut alius, non ut ab eis determinatus, uel inde perfectus. immo ut ipsę res
existens, et ut terminus omnium, atq; perfectio. Secundum uero contactum una` cum alteritate
factum. Ac per descensum quēdam quodammodo ad determinatum, atq; aliunde perfectum
accipere hoc ipsum, quod in potentia nominatur, ipsa interim alteritate in anima rationali ma-
nifestius

nifestius apparente. Quod qdem & eius speculatio patefacit una` cum explicatione quadam,
& euolutione rebus cognoscendis unita. Neq; tamen ipsa omnino diuisa a` rebus, atq; distans,
alioquin ad ipsum impartibile collecta non esset, nec ex seipsa, atq; in se cognobilia unquam cō
templata fuisset. Sed quasi remissam habens ad res unionem, & idcirco ab eo, quod est
prorsus unitum, assidue pendens, ob hoc ipsum dicitur in potentia. Iam uero remissio hęc
apertius apparet in anima, atq; inde iam in intellectu ab anima participato propter subiectionē
quandam. qui sane` intellectus ab intellectu unito prorsus, & impartibili termino dependet,
manetq; ibi suspensus, & ab eo secundum essentiam est perfectus, atq; ideo secundum se dicitur
in potentia. sed quoniam hic quoq; est impartibilis, neq; secundum distantiam, neq; per inte-
gram alteritatem intellectui primo succubuit, idcirco neq; tanquam aliunde mobilis, neq; tan-
quam ab alio, quandoq; perficitur, sed seipsum perficit, quamuis illius termino se perficiat, &
secundo quodam gradu est hoc ipsum, quod ille primo, atq; secundum proxime sequentem, ad
illum'que respicientem unionem est unitus. sic igitur proprie ut intellectui competit, quod im
potentia nominatur, est intellectu censendum.

¶ Caput decimum octauum. MARSILII.

Ntellectus possibilis cum primum existit, est species ipse omnes secundum essenti-
i am, ideo non accipit eas ab agēte, sed perfectam sui ad eas, earum'q; inter se unio-
nem, quam illic habet ab æuo. Ratio uero ab intellectu accipit temporaliter unio-
nem. Intellectus possibilis dicitur quasi uacuus formarum, quia nisi ab agēte unia-
tur formis suis, perinde se habet, ac si non haberet. non enim uidet eas nisi perfecte unitus eis.
Nota hic, & infra intellectum possibilem per suum liberum'q; actum assumere perfectionem ab
agente, & ita seipsum perficere, intellectus possibilis semper copulatus agenti, semper'q; forma
tus in actu. Ratio non semper intellectui copulata, ratio similiter per actum proprium, & libe-
rum intellectui copulatur, perficit'que inde seipsam.

PRISCIANI.

Tqui mihi uidetur Theophrastus hic quoq; significare, id quod in potentia in in-
a tellectu dicitur oportere proprie, ut intellectui consentaneum est accipere. exem-
plum enim de tabella nō dum scripta ad significandū quomodo intellectus in po-
potentia sit introductum ab Aristotele, ita subintelligit, atq; notat, ut literaꝝ uacui
tatem admittimus in intellectu, quatenus est intellectui consentaneum. habenti uidelicet speci-
es secūdum essentiam, perfectas'q; possidēti, Sed ita prorsus, ut a` primo intellectu sit perfectus,
actu'q; conscriptus. Ipsum nanque indiuiduum, & unitum perfectionis hic habet inde,
& intellectus hic, qui dicitur in potentia esse, est intellectualia secundum potentiam, utpote qui
secundum quandam gradus submissionem, & cum quadam alteritate, siue diuersitate hæc ha-
beat. Sed interim excitatus a` semetipso ad indiuiduam perfectionem ab intellectu primo susci
piendā, tale enim est intellectuale, quando dicit' in potentia esse. sed actu nihil a` natura, quam
intelligat. ideſt non indiuidue, nec unite intelligibilia est prius, quàm perficiatur a` primo. Di
ctionem uero hanc scilicet prius, quamuis in anima, non tamen in intellectu participato secun
dum conditionem temporis debemus exponere. Immo uero secundum submissionem, & se-
parationem quandam excogitatam, & simul secundum ipsius proprietatem. Intellectus enim
hic in potentia nominatus quatenus est inferior, atq; ipsemet in se dūtaxat excogitatur, non dū
est actus. sed quatenus copulatur primo, sic ab illo perfectus. immo secundum illum perficiens
inde seipsum.

¶ Caput decimumnonum. omnis forma a` materia segregata est procul a` priuatio-
ne, & motu, atque diuisione.

MARSILII

Ropter primum, ineſt omniformis, uitæ'q;, & intelligentiæ compos. propter secū
p dum, intelligit, in se permanens, ideo'que se omniformē intelligendo intelligit o-
mnia. propter tertium, sunt ibi simul in se inuicem omnes formæ, atque quod in-
telligit, quod'ue intelligitur est penitus idem. Cum ait res corporeas plurimum
non sentire seipsas, quasdam uidetur excipere. Sunt enim qui uelint cœlestia suo lumine sen
tire seipsa. Forma a` materia separata cum sit. forma perfecta siue dicatur intelligibilis est intel-
ligibile perfectum, tale uero est, quod intellectui est unitum, siue dicatur intellectus similiter in-
tellectus est pfectus. Talis autem est qui intelligibili est unitus. intellectus noster simplicem, sta
bilem'q; semper habet intuitum, ratio uero discursum, in ratione scientia est, quæ est acquisita

cognitio per discursum. Ratio scitura aliquid discursum reuocat ad insitas rationes, per quas dum res cognoscit habere res scitas, dicitur in seipsa. immo Plotinus ait rationem per rationes innatas secundum potentiam esse omnia. Quando uero aliquam in actum exerit rationem, tunc animam ipsam actu euadere rationem, atq; hoc ipsum esse scire. Ratio per formas innatas uelut per causas cognoscit materialia, ut effectus. Immaterialia uero per easdem tanquam eis dem rationibus coniugata. uisus actu uidens una cum uisibili concurrit in unum. ueruntamen sensibile uenit extrinsecus. multo magis scientia cum scito uenit in unum, siquidem non prospi cit extra. magis insuper intellectus, atq; intelligibile sunt penitus unũ, motu nãq; nõ distrahunt.

PRISCIANI

P Ost hæc, ubi Theophrastus exponit Aristotelem dicentem, separata, & immate/ rialia una cum intellectu eadem esse, in rebus autem materialibus unumquodque intelligibilium in quadam esse potentia. Atque his non inesse mentem, distinguit articulatim eiusmodi dicta, dirigit'que, & interea quædam dubitat. Vt igitur hæc quoque planius apprehendamus, Aristotelis uerba in primis articulatim, & breuissime pro uiribus disponemus. Quoniã inquit alia quidem sunt in materia, alia uero sine materia, quales sunt incorporeę, sæparatæ'q; substantiæ, in rebus quidem separatis idem est intelligens, atq; intellectum. Intellectus enim non ad externa porrectus, sed in se manẽs res ipsas intelligit. Quapropter, cum rebus intelligendis est idem. quin etiam immaterialia omnia cum indiuisibilia sint, & uitæ cognitionis'que plena, nimirum intellectualia esse cẽsentur. nam sensibilia quidem propter materialem diuulsionem, sunt aliis sentienda, sibi uero ipsis pleraq; nullo modo. sed res materię prorsus expertes, cum intelligibiles sint, hac quoque ratione a rebus differunt sentiendis, quod non sunt ab intelligente diuulsæ, neque ab externis perficiuntur, sed perfecta ratione sunt ex se ipsis intelligibiles. Quocirca & intelligentes, & cum sint impartibiles, impartibiliter uniuntur intelligenti. Cum'que insuper totæ sint per totas intelligibiles, merito totæ per totas intellectui sunt unitæ. Neque secundum accidens, sed secundum essentiã intelligibiles sunt. & secundum essentiam sunt perfectæ, atq; ob hanc causam perfectæ secundum propriam essentiam existẽtes, nimirum intelligibiles eædem sunt. atque simul intelligentes, ut secundum seipsas & intelligibiles sint, & intelligibiles perfectissimæ. Proinde Aristoteles ab ipsa quoq; scientia nos admonuit in rebus separatis idem esse, quod intelligit, & quod intelligitur. Scientia enim inquit, speculatiua, atque quod est ita scibile inter se sunt idem. ideſt scientia haud prorsus ad exteriora porrecta, sed pmanẽs in seipsa, & intrinsecus agẽs, simul et rerũ speculatrix exi stit. & quod est ita scibile, est illic idem. Cum enim scibilia dicamus, & materialia, & quæ abstractione quadam percipiuntur auferendo, non ita scibilia hæc appellamus, ut scientia hęc cõiugato secum, parique ordine speculetur, sed ut a rationibus in anima insitis, uelut a causis apprehendat. Ad hæc igitur ille respiciens, & exaduerso distinguens, quod sic est scibile inqui ideſt quod pari, coniugata'q; sorte scibile, tale uero est, quod æternum, atq; in ipsa anima con tutum. Id autem idem, atque scientia est. iam uero est & de sensu dictum, non aliter cognitionem ibi perfici, nisi in idem cognitio secundum actum cum re secundum actum nota concurrat, quapropter & ipsa secundum actum scientia eadem est cum scibili secundum actum, sed hoc interest, qui neque uenit extrinsecus, neq; extra positum est, quod principaliter est cognoscibile, sicut in sensu contingit. Si igitur scientia simul & scibile idem est, magis autem intelligens, intellectum'q; unitur, certe & intellectus esse idem, quod intellecta censetur.

Caput uigesimum. MARSILII

Q Vod est materiale non est ex se intelligibile, sed quatenus a materialibus ꝓditionibus per intellectum absoluitur, neque igitur sibi, sed intellectui abstrahenti intelligibile fit. Contra uero res per se a materia separata, & ex se intelligibilis est, & intelligibili sibiipsi. In rebus igitur separatis intellectus, atque intellectum in eadem forma concurrunt, intellectus cognoscit materialia, non per illa, sed per rationes eorum innatas intelligentiæ quasi per causas intellectus, secundum Theophrastum, & Aristotelem est immaterialis, & tamen est potentia quædam materialium, id tribus modis exponitur, duobus actiue, uno quasi passiue. Primo intellectus est potentia productiua actuum suorum, uel actionum, circa materialia, secundo non æqualitate naturæ, sed supereminenti potestate per formas suas quasi per causas materialia noscit. Tertio materialia quoque cognoscit, quatenus lumine intellectus agentis

lectus agentis est formatus. immaterialia sunt præsentia semper intellectui naturaliter. materialia uero præsentia fiunt, quatenus per intellectum a materia resoluuntur. scientia in actu fit idẽ cũ re in actu scita in ipso etiã rõnis discursu. Multo magis in ipso intelligentię statu intelligẽs intellectum'q; est idem. Siquidem intellectus ipse secundum essentiam est illę ipsę formę, quę intelliguntur ab eo. intellectus cognoscit immaterialia uelut si coniugata. Materialia uero tanquam inferiora prout innatas sibi formarum tanquam materialium causas animaduertit. Intellectus agens nullo modo factus est. intellectus possibilis in nobis primus nunquã fit, sed semp est factus. ideſt formatus agente. intellectus possibilis in nobis secundus ideſt ratio fit semper. ideſt quotidie per intellectum superiorem, & discursionem suam ad illum actu formatur, uel saltẽ innatas formas in actum ex otio profert. Sententia hæc de intellectu triplici, & æterno quodã in nobis intelligentiæ actu a Plotino, & Iamblicho sæpius approbatur.

PRISCIANI.

C Vm hæc igitur ita se habeant, merito ille in opportuno disputationis medio idẽ his uerbis significauit. Cur nam igitur inquit, non semper intelligimus, siquidem in nobis est & intelligens, & intellectum. eadem nanq; sunt ambo. hoc igitur quã primum pro uiribus consyderare debemus, in illis igitur, quæ separata sunt a materia, idem est intelligens, atque intellectum, quemadmodum supra diximus. in his autem, quę cum materia sunt, unumquodq; intelligibilium est in potentia. Materialia enim neq; secundum seipsa, neq; secundum essentiam intelligibilia sunt, neq; eundem ordinem sortiuntur cum intellectu, neq; tanquam illi coniugata noscuntur. quomodo igitur dicuntur secundum potentiam intelligibilia? si enim in potentia sunt talia, etiam in actu quandoque intelligibilia erunt. erunt profecto quandoque talia, sed non coniugata sorte, immo secundum eorum causas intellectu positas cognoscetur. atqui & quoniam eadem cum causis proprietatem habent, ipsa quoque intelligibilia nominantur, sed potentia quadam intelligibilia, quoniam qui ea intelligit, eadẽ supereminet, atq; secundum supereminentem causam intelliguntur ab eo, non autem se uel sibi ipsis intelligibilia sunt. non enim se intelligunt. Quamobrem deinceps hæc adducit. illis igitur non inest intellectus, materialibus uidelicet rebus. Propterea non sunt intelligibilia sibi uel seipsis. quoniam hæc quidem materialia sunt, intellectus autem immaterialis existit. Absq; enim materia est (ut ait) intellectus talium ipse potentia. Quorum sane quod absq; materia dicitur, naturam intellectus ostendit materiæ prorsus expertem. intellectus autem materialium potentia est. uel tanquam actionum causa, sic enim Plutarchus exponit, uel tanquam non coniugata, sed eminentiore quadam conditione hæc intelligens. quoniã hæc a causa contemplat', uel ipse in potentia intellectus, talium quoq; potentia est, tanquam hæc etiam secundum perfectionem intelligens a superiori tributam. Materialibus igitur non inest intellectus, in intellectu autem intelligibile inest, hoc uero articulatum distribuens. Theophrastus ita subdit. sed quando fiunt, intelliguntur'q;, tunc uidelicet hæc habebit. ipsa uero intelligibilia semper, siquidem scientia speculatiua eadem est, atq; scita. hæc autem ipsa, quæ uidelicet secundum actum. talis enim præcipua est, intellectui sane inquit intelligibilia. ideſt immaterialia semper ut eadem adsunt, quandoquidem secundum essentiam ipse simul cum eis existit. atq; est idipsum, quod intelligibilia esse dicuntur, materialia uero tunc demum, quando intelliguntur, intellectui præsentia sunt, non tanquam pari sorte, ordinis'ue eiusdem ab eo intelligenda, nunquam enim materialia cum intellectu immateriali, ex quo coniugium sortiunt'. At quando intellectus, quæ sunt in ipso, non tanquam ipsa solum, sed etiam tanquam causas materialiũ animaduertit, tunc materialia quoq; intellectui secundum causam prẽsentia sunt. Hæc autem de intellectu quidem secundum actum accepto dicta fuisse non affirmarem. Ille enim non est potẽtia, nec unquam fieri potest.

¶PROOEMIVM Marsilii Ficini Florentini in Alcinoi, & Speusippi, & Pythagoræ opuscula ab eo e` greca lingua in latinam traducta. Ad Ioánem Caualcantem Florentinum ciuem amicum unicum.

u ERAM Platonici philosophi amicitiam optime mi Ioannes stabilē uitæ duorum unionem definierunt. Vitam uero nos unam in illis esse duntaxat hominibus arbitramur, qui opere uno ad unum finem tanquā eodem calle ad eundem itineris terminum gradiuntur. Stabilem quoq; eorum ita demum fore societatem existimamus, cum non unum solum, uerum etiam stabile, firmum´que id fuerit, quod sibi communi quodam inter se officio sectandum proposuerunt. Verum cum omne hominum studium, atq; commercium ad id, quod bonum putatur, semper contendere soleat, bona uero tria esse mortalibus uideantur. bona inquam animi, corporis, & externa, aut uirtus animi ab illis, aut uoluptas corporis, aut diuitiarum copia quęritur. Horum profecto primum illud certum est, & perpetuum, duo reliqua caduca sunt, atq; mortalia. quamobrem inter illos solum stabilis uitæ unio, quę uera est amicitia, esse potest, qui neq; ad diuitias cumulandas, neq; ad explendas libidines corporis, quę omnia fluxa, & caduca sunt, sed ad unam stabilem´q; uirtutem animi capescendam, atq; colendam communi quodam inter se studio, & toto mentis ardore proficiscūtur. Animi uirtutem philosophorum ille omnium magister, & dux Plato noster, sapientiam uoluit nuncupari. sapientiam uero esse rerum diuinarum cognitionem existimauit. res autem diuinas idē in libris de Rep. non aliter menti nostræ innotescere posse, quàm deo nos illustrante demonstrat, quemadmodum & corporum formas oculis, nō aliter quàm sole oculos illuminãte uideri. idem igitur deus est, quem uidere desyderamus. qui aciem mentis, ut intueri possimus, illuminat, qui lucidæ menti se deniq; monstrat, monstrando delectat, idem uia nobis est deus, & ueritas est, & uita. Via quidem, quoniam suis nos radiis ad se conuertit, & ducit, & rapit. Veritas autem, quia uerum se nobis ad ipsum conuersis ostendit, uita deniq; quoniam animum nostrum ipsius contemplatorem beata illa uisione pascit perpetuo, & oblectat. Hunc ergo sapientiæ omnis perennem fontem sitiant oportet omnes, quicunq; sapientię gustare liquores suauissimos cupiunt. Sapientiam uero sectentur necesse est omnes, qui uirtutem animi adipisci desyderant, quo efficitur, ut quicūq; animum suum colere instituunt, Deum colere compellantur. amicos autem inuicem eos in superioribus definiuim⁹, qui simili, & pari studio ad uirtutem contenderent, mutuo´que fauore suos animos colerent. Cultus animi sola uirtute constat. uirtus sapientia est, sapientia cognitio diuinorum. cognitionem huiusmodi lux nobis diuina largitur. Cultus itaq; animi dei ipsius est cultus. Amicitia igitur, cum duorum cōsensu ad animum uirtute colendum nitatur, nihil utiq; aliud esse uidetur, quàm duorum animorum summa in deo colendo concordia. Amantur autem a` deo quicúq; deū pia mēte colunt. Ideo nō duo qdē soli, sed tres necessario amici sunt semper. duo uidelicet homines, unus´que deus. Deus inquam Iupiter hospitalis. Iupiter amicabilis. Iupiter humanæ uitæ seruator, quem coluit Plato semper, semper Socrates honorauit. Hic uitæ dux hominum. hic nos in unum conciliat. hic indissolubilis est amicitiæ nodus, custos´que perpetuus. hoc deo quondam conciliatore prisci illi theologi, quorum memoriam ueneramur, sanctā inter se amicitiæ copulam iniuisse traduntur, apud Persas Zoroaster in ipsis religiosę philosophię mysteriis assiduum sibi comitem Arimaspem aspirante numine dicitur asciuisse. Mercurius Trismegistus apud Ægyptios similiter Æsculapium. Musæum in Thracia Orpheus. illic etiā Aglaophemus Pythagorā. Atheniēsis Plato Dionē p̄mo Syracusanū. Dione deinde defuncto, Xenocratem. usque adeo sapientes uiri ad cœleste iter tuto, & placide peragendum, & ducem deum, et comitem hominem necessarium fore arbitrabantur. Horum ego uestigia superne per cœli plagas impressa, & si minime sequi posse confido, hoc tamen unum mihi iam abunde uideor consecutus, ut ad sacræ philosophiæ studia exercendam uirtutem, ueritatem inuestigandam optimi uiri cōmoda, & iucunda societate nō caream. Reor enim Ioānis Caualcantis, & Marsilii Ficini familiaritatē in earum numero, quas pauloante commemorauimus, ponendam, ac duce deo, qui nobis feliciter hanc copulam instituit, & conflauit, utriq; nostrum ad res agendas ad uitæ tranquillitatem, ad diuinorum indagationem plurimum conducturam. Huius singularis beneuolentię monimenta posteritati mandare aliàs quidem maiora constitui, & nūc opuscula quædam a` me nuper e` græca lingua in latinam traducta, quæ ad nostram illā platonicam sectam, cuius

sectam, cuius sacris initiatus es, collatura maxime uideantur. Accipe igitur amice unice librum Alcinoi platonici de huius sectæ conclusionibus. Præterea librum de Platonis definitionibus ab eius nepote Speusippo compositum. Postremo Pythagoræ, quem præcipue secutus est Plato, leges et symbola. His legēdis ad arcana diuinę philosophię mysteria eruditus inania umbratilis huius uitę somnia, quibus anxium uulgus inhiat, aspernaberis, mētem´q; ad cœlestia eriges, quorum contemplatione in præsenti uita tranquillitatem, in futura beatitudinem nanciscēris.

ALCINOI PLATONICI PHILOSOPHI LIBER, DE DOCTRINA PLATONIS.

¶Caput primum. quid philosophia, quale ingenium philosophicum.

p Ræcipuarum Platonis institutionum doctrina hæc traditur. Philosophia est appetitio sapientiæ. Vel solutio animæ a` corpore, & conuersio quædam ad ea, quæ uera sunt, atq; diuina. Sapientia est diuinarum humanarumque rerum scientia. philosophus autem est, qui philosophia cognomen accipit, quemadmodum a` musica musicus. Et qui philosophus futurus est, ab ipsa natura sic institutus esse debet, ut primo quidem ad omnia disciplinarum genera facilis, ac promptus existat. Deinde ut non iis, quæ influxu uersantur, sed illis, quæ semper eodem modo consistunt, mētem adhibeat. Tertio loco, ut natura sit uerax, ab omni mendacio penitus alienus. præterea temperatum hunc quodammodo nasci oportet, easq; animę partes, quæ affectibus efferri solent, domitas a` natura suscipere. Quisquis enim ueritatis auidus ad diuinorum contemplationem mentem conuertit. uoluptates corporis paruipendit. Oportet præterea liberali animo philosophum esse. Etenim rerum uilium æstimatio homini ueritatem rerum contemplaturo aduersa est. Huius insuper uoluntas iustitiam diliget, quippe cum ueritatis, temperantiæ, liberalitatis studiosus existat. Adde quod ingenii acumine, atq; memoria illi opus est. Hæc nanque philosophum uirum perficiunt. Atqui eæ quidem naturæ dotes cum disciplina, atque educatio decens adhibita est, perfectum uirtute uirum efficiunt uerum si neglectę sint, maximorum scelerum causæ sunt. Vt´que has Plato communiori quodam nomine temperantiæ fortitudinis, & iustitiæ significare solet.

¶Caput secundum. philosophus contemplationem actioni præponit.

c Vm uero duæ sint uitæ, contemplatiua uidelicet, & actiua, & contemplatiuę officium in ueritatis cognitione consistat, actiuæ autē in actione eorum, quæ ratio dictat, honoranda quidem est uita contemplatiua pediſſequa uero necessariarū´que rerum ministra uita illa, quæ in agendo uersatur. Quod autem ita sit, ex iis declarabitur. Contemplatio est operatio mentis diuina intelligentis, Actio uero operatio animæ rationalis per corpus expleta. Animus nāq; diuinum, intelligentiam´q; diuinā contēplans quam optime affici dicitur. Atq; hæc eius affectio sapientia nuncupata est, quam quidem nihil aliud q̄ dei similitudinem apellari oportet. Quamobrem huiusmodi operatio præcipua, ac ueneranda est, & maxime omnium expetenda, nec non hominis quammaxime propria, cui nulla obsistunt impedimenta, quo minus in nostra potestate consistat. atq; etiam propositi finis nobis ē causa. Actiua autem uita, eius´q; actio cum corporis ministerio plurimum utantur, impediuntur sępenumero, & quæ contemplatiua uita speculatur. ad officia morum transferre desyderant. Etenim studiosus disciplinæ uir tunc demum ad ciuilium administrationem se confert, cum illa male a` cæteris hominibus tractari senserit, adminicula quædam quasi externa existimans militiam, legationes, executiones´q; iudiciorum, præcipua uero, & maxima omnium agendorum officia, leges condere Reip. præscribere ordinem, disciplinam educandorum iuuenum instituere. Quapropter oportet philosophum nunquam ueritatis indagationem obmittere, sed eam nutrire semper, & agere, humanas autem actiones tanquam inferiora quædam nonnunquam attingere.

¶Caput tertium. philosophus uersatur in tribus, scilicet in contemplatione rerum, & in actione morali, & artificio differendi.

s Tudium profecto philosophi in tribus potissimum Plato uersari uoluit. in rerum speculatione, in actione uirtutum, in sermonis cōsyderatione. Vocatur´q; rerum co

gnitio contemplatiua morum, ſtudium actiuum, ſermonis cura dialectica. dialectica uero in multas ſpecies diſtribuitur, in diuiſionem, definitionem, inductionem ratiocinationem, hęc autem in demonſtrationem, quæ eſt ratiocinatio neceſſaria, & in oſtenſionem, quę ratiocinatio probabilis appellatur, & in rhetoricum enthymema, ideſt ſententiam cautam, quę ratiocinatio imperfecta uocatur. ac deniq; in ſophiſmata, quibus legitimus philoſophus operam dabit, non quod ea ut præcipua probet, uerum quod interdum neceſſaria fore cenſeat. Eius præterea philoſophiæ, quæ in agendo uerſatur, prima pars mores ipſius hominis curat. Altera domum gubernat, poſtrema tuetur Remp. & prima quidem moralis, ſecunda domeſtica, tertia ciuilis dicitur. atq; eius philoſophiæ, quæ contẽplationi ſtudet, pars una immobilia, & diuina, primas' q; rerum cauſas inueſtigat, quam theologiam uocamus. altera motus ſyderũ ſuſpicit, circuitus' q;, & reſtitutiones cœleſtium, ac ſeriem mundi, quæ naturalis cognitio nuncupatur. Sequitur mathematica, quæ geometriam, & arithmeticam continet. Cum uero philoſophia in tres potiſſimum ſpecies diſtributa ſit, contemplatiuam, actiuam, & dialecticam, de ipſa in primis dialectica tractandum eſt, quid Plato de illa ſentiat, & primo quidem de iudiciario.

¶ Caput quartum. de iudiciario, & uiribus animæ pertinentibus ad iudicium.

q Voniam eſt quiddam, quod iudicat, quiddam, quod iudicatur, neceſſe eſt aliquid etiam ex utriſque fieri, quod quidem iudicium uocare poſſumus proprie, itaque ipſum iudicium iudiciarium nominatur. communius autem ipſum quoque, quod iudicat. iudicans præterea duplex eſſe uidetur, unum a` quo, alterum, per quod iudicat', illud intellectus noſter, hoc organum naturale, id' q; primo uera, ſecundo loco falſa diiudicat. neq; hoc aliud quicquam eſt, quàm ratio naturalis. quod ſi liquidius etiam explicare uelimus, iudex appellandus erit philoſophus, a' quo res ipſę diiudicantur. iudex item ratio, per quã uerum etiam iudicatur, quod quidem organum appellauimus. Duplex autem ratio eſt, una penitus incomprehenſibilis, ac uera, altera ſecundum rerum cognitionẽ infallibilis. prima deo cõuenit, homini nequaquã. ſecunda homini cõgruit. Sed hæc quoq; duplex eſt. una ad intelligibilia. altera ad ſenſibilia ſpectat. prima quidem ſcientia eſt, ſecunda uero opinio, & illa ſtabilitatem habet, quippe cum circa ſtabilia uerſetur, hæc uerisimilitudinem, & imaginationẽ, utpote quæ ad mutabilia tendat. Scientiæ uero circa intelligibilia, & opinionis circa ſenſibilia intellectio, ac ſenſus principia ſunt. Senſus pofecto eſt paſſio animę per corpus primo nuntians potentiam patientem, poſtquam uero ĩ anima per organa ſenſuum ſpecies rerum ſecundum ſenſum impreſſa eſt, adeo, ut firma indelebilis' q; permaneat. huius itaq; conſeruatio memoria nũcupat'. Opinio autem eſt memoriæ, ſenſus' q; complexio. Quando enim ſenſibile quoddam primo nobis occurit, ab eoq; ſenſus in nobis efficitur, & a` ſenſu memoria. ac deinde rurſus idem nobis obiicitur, memoriam præcedentem cum ſequente ſenſu componimus, & in iis iam dicimus Socrates. equus. ignis. cætera' q; huiuſmodi. Atque hęc opinio nuncupatur componentibus nobis præcedentem memoriam cum recente ſenſu. Et quoties hæc, quæ colligantur, inuicem cõſonant, opinio uera exiſtit, ſi diſſonant, opinio falſa. Nam ſiquis, dum Socratis ſpeciem in memoria ſeruat, Platonem ipſum offendat, putetq; ſe ob quandam ſimilitudinem Socrati rurſus occurrere, poſtmodum Platonis ſenſum uelut a` Socrate hauriens memoriæ, Socratis ipſum accõmodet, opinio falſa reſultat. Id autem, in quo ſenſus, atq; memoria fiunt, ceræ effigiei Plato comparat. At uero cum opinione concepta per ſenſum, atq; memoriam anima cogitatione refingens, ita in hæc reſpicit, uelut in illa, a` quibus iſta manarunt, picturam quandam, ac etiam phantaſiam Plato nominat. Cogitationem uero uocat diſcurſum, & ratiocinium animi ipſius ad ſeipſum, ſermonem autem effluxum a` cogitatione per os una` cum literata uoce. Intellectio uero eſt operatio intellectus prima intelligibilia ſpeculantis. Atque hęc quoq; duplex eſſe uidetur. Vna ante quàm anima deſcendat in corpus, nam tunc ipſam intelligibilia contuetur. Altera poſtquam in corpus, hoc merſa eſt. Ex iis itaq; prima ipſa intellectio proprie dicta eſt, ſecunda uero pro intellectione iam naturalis intelligentia nuncupatur intellectio quędam in anima ſubiecta conſiſtens. Quoties ergo intellectionẽ ſcientiæ principium dicimus, non eam, quã modo propoſuimus, intelligi uolumus, ſed eam potius, quæ animo a` corpore ſoluto conuenit, quę quidem, ut diximus, tunc intellectio, nunc naturalis intelligentia nuncupatur. Atq; hanc ipſam Plato intelligentiam, cum ſcientiam ſimplicem, tum animæ alam, tum etiam reminiſcentiã nominat Ex iis deniq; ſimplicibus ſcientiis naturali ſcientiæ ratio natura inhærens animo conſta eſt, cum

ta eſt, cum itaq; ſit, & ſciens, & opinans ratio, intellectio' q;, & ſenſus, neceſſe eſt & iis ſubiecta quædam exiſtere, uelut intelligibilia, atq; ſenſibilia, & quoniam intelligibilium quędam prima ſunt, ut ideæ, quædam ſecunda, ut inhærentes materiæ, ſpecies, quę ab illa ſeparari nequeunt, intellectio quoq; duplex erit. primorum una, altera ſecundorum. Rurſus' q; in ipſis etiam ſenſibilibus quædam prima ſunt, ceu qualitates, ut color, albedo, alia ſecundum accidẽs, ut album, coloratum. poſt hæc, quod ex his concretum, ut ignis, eodem' q; modo ſenſus primus primorũ eſt, ſecundorum uero ſecundus. prima intelligibilia intellectio iudicat nõ ſine ſcientifica ratiõe per comprehenſionem quandam, atq; diſcurſum. Secunda uero ſcientifica ratio non ſine ratione opinatiua. Concretum autem opinatiua ratio non ſine ſenſu, cum quę intelligibilis mundus primum intelligibile ſit, ſenſibilis uero concretum quoddã illud intellectio cum ratione, ideſt non ſine ratione iudicat, hunc opinatiua ratio non ſine ſenſu. & cum contemplatio ſit, nec nõ & actio, recta ratio haud eodem modo diſcernit, quæ contẽplationi, & quæ actioni ſubiiciuntur. Cæterum in contemplatione quid uerum, quid falſum conſyderat, in actione quid proprium, quid alienum, quid agendum, quid non. Ex eo enim, quod naturalem pulchri, & boni habemus intelligentiam, ratione utentes, referentes' q; ad naturales intelligentias ueluti ad præfinitas normas, bona' ne, an mala ſint ſingula diiudicamus.

¶ Caput quintum. Elementum, & officia dialecticæ.

d Ialecticæ facultatis elementum primum Plato eſſe uult in primis rei cuiusq; eſſentiam conſyderare, poſtea, quæ contingunt aduertere. Quid autem unũquodq; ſit conſyderat, uel ex ſuperioribus diuidendo, atq; definiendo, uel ordine cõuerſo cõpoſita reſoluendo. At contingentia, & eſſentiis adiacentia, uel ex iis, quæ continẽtur per inductionem, uel ex iis, quæ continent per ratiocinationem, ut merito dialecticæ membra ſint, diuiſio, definitio, reſolutio, inductio, ratiocinatio. Diuiſionum præterea quædam eſt generis in ſpecies diſtributio, quædam totius in partes, utpote cum animam in partem rationalem, & ratione carentem diuidimus, atq; hanc in appetendi, & iraſcendi uim diſtribuimus. Eſt inſuper uocis inſignificata diuiſio, quoties nomẽ idem res plures ſignificat. Accedit quoq; accidentium in ſubiecta diuiſio, ueluti cum dicimus bonoq; quædã circa animam, alia circa corpus, nonnulla circa res externas. Nec deeſt in accidentia ſubiectorũ partitio. Ceu cum dicimus hominum quoſdam bonos, nonnullos malos, medios alios. Diuiſione igitur generis in ſpecies primo utendum eſt, quoties quid unũquodq; ſit dignoſcere uolumus. Id autem abſq; definitione fieri nequit, definitio' q; ex diuiſione hoc pacto ꝓficitur. Rei definiendæ genus capere in primis oportet, ueluti genus hominis, animal, id deinceps ſecundum proximas differentias partiri, uſq; ad ſpecies deſcendendo, ut in ipſum rationale, & irrationale, mortale, & immortale. Quapropter ſi proximæ differentię generi adiiciantur, hominis definitio conſtituetur. Reſolutionis tres ſunt ſpecies, Vna eſt a` ſenſibilibus adſcenſus ad intelligibilia prima. Altera acceſſus per demonſtrata, & ſubdemonſtrata ad indemonſtrabiles, & ſine medio propoſitiões.

Poſtrema ex ſuppoſitione ad principia, quæ minime ſupponuntur. Et prima quidem huiuſmodi eſt, ac ſi a` pulchritudine corporum ad animi pulchritudinem tranſcendamus, ab hac ad officiorum pulchritudinem, ab ea deinde ad pulchritudinem, quæ in legibus ineſt, demum ad ipſum pulchritudinis fontem, ut per hunc modum gradatim adſcẽdentes ipſum per ſe pulchrũ intueamur. Secunda reſolutionis ſpecies ita fit. Supponendum eſt id, quod quęritur, & quę ſupra ſunt conſyderanda, eaq; demonſtranda a` poſterioribus ad ſuperiora progrediendo, donec ad primum, & plane` conceſſum perueniamus, a` quo rurſus incipientes ad quæſitum compoſitionis modo regrediamur. Ceu ſiqs quærẽs, an immortalis ſit animus, idipſum primo ſupponat inquirens, utrum ſemper mobilis, atq; id inde demonſtret, quærẽs ulterius utrum, quod ſemper mouetur, per ſe moueatur, id' q; rurſus oſtendat conſyderans. nũ quod per ſeipſum mouetur, motus principium ſit, rurſus' q; demonſtret inquirens deniq; utrum principium ingenitũ ſit, quod quidem ut perſpicuum, a` cunctis admittitur. Ingenitum quippe incorruptibile eſt, a` quo ueluti a` manifeſto demonſtrationem eiuſcemodi colligat principium, ingenitum & incorruptibile principium motus, quod per ſe mobile, per ſe mobile animus. Incorruptibilis ergo, & ingenitus animus. Reſolutio ex ſuppoſitiõe huiuſmodi eſt. quiſquis aliquid inueſtigat, illud primo ſupponat, deinde quid ex ſuppoſito ſequatur, aduertat, poſthac ſi oportuerit ſuppoſitionis rationem reddere, aliam ſuppoſitionẽ adſumẽs quærat, utrum quod prius ſuppoſitum fue-

rat, rursus ad ſecundum ſuppoſitionem ſequatur. Idem'q; ſemper obſeruet, donec ad principium, quod non ſupponatur, adſcendat. Inductio autem eſt omnis per rationes proceſſus, qui uel a' ſimili tranſit in ſimile, uel a' ſingulis in communia. Atq; hæc argumentatio ad excitandas naturales intelligentias ſummopere confert.

¶ Caput. VI. Species prępoſitionis, & argumentationis,

o Rationis eius, quam ꝓpoſitionem uocamus, ſpecies duæ ſunt, affirmatio, & negatio. Affirmatio hæc eſt. Socrates uadit. Negatio hæc. Socrates non uadit. Ex affirmationibus aũt, & negationibus, quędã uniuerſalis eſt, quędã ꝑticularis. Particularis affirmatiua hęc, Quędã uoluptas bonũ. Negatiua. quędã uoluptas nõ bonũ. Vniuerſalis affirmatiua, omne turpe malum. Negatiua uniuerſalis, nullũ turpe bonũ. Ex ꝓpoſitionibus quædam prædicatiuę ſunt, quædam ſuppoſitiuę. Prædicatiuæ, quę ſimplices, ut oẽ iuſtum, bonum. Suppoſitiuæ, quæ conſequentiam, uel repugnantiam inferunt. Vtitur autem ratiocinationibus Plato tum redarguendo, tum etiam demõſtrando, redarguens per quęſtionẽ, quæ falſa ſunt, demonſtrans per doctrinam, quę uera. Ratiocinatio eſt oratio quædam, in qua quibuſdã poſitis, ex neceſſitate concluſio ſequitur. Ratiocinationum quædã prædicatiuę ſunt, nonnullæ ſuppoſitiuæ, reliquæ ex iis utrisq; commiſtæ. Prædicatiuæ, quarũ tam aſſumptiones, q̃ concluſiones ſimplices propoſitiones ſunt. Suppoſitiuæ, quæ ex ſuppoſitiuis propoſitionibus fiunt. Miſtæ, quæ ex utrisq;. Vtitur autem Plato demonſtratiuis argumentionibus in dialogis, qui ad expoſitionem pertinent. probabilibus uero, & apparentibus aduerſus ſophiſtas, atque iuuenes. contentioſis aduerſus illos, qui proprie litigioſi uocantur, ut ad Euthydemũ, & Hippiam. Cũ uero prædicatiuę figuræ tres ſint, prima eſt, in qua cõmunis terminus ad hoc prędicatum, ad illud ſubiectum eſt. ſecunda, in qua cõmunis terminus de utrisq; prædicatur. tertia, ĩ qua cõmunis terminus utrisq; ſubiicitur. Terminos dico partes propoſitionum, ut hõ eſt animal, hominẽ, & animal terminos appellamus. Et ſecundũ primam figuram utplurimum Plato diſputat, nec non ſecundum figuram ſecũdam, ac tertiam. Atqui ad modum primæ, ſic in Alci-
» biade argumẽtat'. Iuſta pulchra ſunt, pulchra bona. Iuſta ergo ſunt bona. ad modum ſecũdę,
» ſic in Parmenide. Quod partes nullas habet, nec rectum eſt, nec rotundum. At quicquid fi-
» guræ eſt particeps, aut rectum, aut rotundum eſt. quod ergo partes non habet, figuræ nullius
» eſt particeps. ad modũ tertię, ſic eodẽ in libro. Quod figura paticipat, quale eſt, qd̃ figura par-
» ticipat, finitum eſt, quod ergo eſt quale, finitum eſt. Argumentationes præterea, quæ ꝑ ſuppoſitiones contextę ſunt, crebras apud Platonẽ reperire licet. præcipue uero in Parmenide ratio-
» nes huiuſmodi. Si nõ habet partes ipſum unũ, nec principium, nec finem, neq; mediũ habet.
» Quod ſi principium, medium, finem'q; non habet, nec habebit terminũ. ſi nõ habet terminũ,
» figura nulla participat. ergo ſi nõ habet partes ipſum unum, nullius figuræ particeps eſt. Secũdum uero figuram ſecundã argumentationis ſuppoſitiuę, quamplurimi tertiam nominant, in
» qua communis terminus extrema utraq; ſequitur, in hunc modum ratiocinatur. Si non habet
» partes ipſum unum, neq; rectum eſt, neq; rotundum. Si figura participat, aut rectum, aut rotun-
» dum eſt. Iccirco ſi partes non habet, nec figuræ quidem particeps erit. Quinetiam ſecũdũ tertiam figuram, quam nonnulli ſecundam eſſe uolũt, in qua cõmunis terminus utraq; antecedit,
» in Phædone ſic quodammodo argumentatur. Si ſciẽtiam ipſius æqualis adepti, nunquam
» obliuioni tradidimus, profecto ſcimus. Sin autẽ obliti ſumus, reminiſcimur. Miſtis item argu-
» mentationibus, quæ per conſequentiam procedunt, ſic utitur. Si unum totum eſt, & finitum,
» hoc principium media finem habens, figura quoq; participat. Verum antecedens, uerum igitur conſequens. Eorum autem, quæ per cõſequentiam fiunt, ſic quodãmodo differentiæ conſyderantur. Quando quis igitur diligenter animi uires, uarias'q; naturas hominum, nec non diuerſas argumẽtationum ſpecies animaduerterit, deinde temporis occaſione conſyderata, certis affectibus hominum proprias, quibus moueri poſſint, ratiocinationes accommodarit, perfectus erit orator, eius'q; rhetorica ſcientia bene dicendi merito nuncupabitur. Sophiſmatum quoq;, captionum'q; laqueos modo perſpicacius inſpiciamus, in Euthydemo a' Platone ſubinſinuatos percipiemus. Illic enim & quæ ſecundum uoces, & quæ ſecundum res ipſas ſophiſmata fiunt, & eorum præterea ſolutiones reperiuntur. Atque etiam decem prædicamenta tum in ipſo Parmenide, tum in aliis dialogis tradidit. Locos autem ab etymologia omnes in Cratylo complexus eſt, & proculdubio uir prę cęteris admirandus in diuidẽdo, definiendo'q;, quæ duo

dialecticæ

dialecticæ uim maxime teſtantur, Plato noſter extitit. Quę uero in Cratylo tradita ſunt, hoc intendunt. Diſcutit utrum natura, an poſitione nomina uim ſuam habeant, placetq; illi poſitiõe quadam conſtare nominum rectitudinem, neq; tamen id temere, & ut ſors obtulit, uerum poſitionem ipſam rerum naturam ſecutam fuiſſe cenſet, neq; aliud eſſe nominum rectitudinem, quam impoſitionem rei ipſius naturæ conſonam. Neque enim quanlibet impoſitionem nominis ad rectitudinem ſufficientem eſſe, neq; rurſus naturam, ac primam uocis emiſſionem, ſed quod ex utriſque compoſitum, ut omnis nominis rectitudo ſit ſecũdum impoſitionem rerum naturæ conuenientem. Non enim ſi quodlibet nomẽ temere cuilibet adhibeatur, rectum ſignificat, ueluti ſi equus homini nomen impoſuerimus. Etenim loqui una quædam operationum eſt. Quamobrem non quomodocunq; quis loquatur, recte loquitur, uerum ſi ita loquatur, ut rerum ipſarum natura requirit. Quoniam uero ipſius locutionis pars quædam nominatio eſt, ut orationis pars nomen, recte, uel non recte nominare haud ſane' per quãlibet poſitionem fieret, ſed per naturalem nominis ad rem ipſam cognationem. Is'q; rectus erit nominum cõditor, qui per nomen rei naturam ſignificabit. Nam rei' organum nomen eſt, non quodcunq; ſors obtulit, ſed quod naturæ congruum. Ac per iſtud uiciſſim nobis res indicamus, naturam'q; diſcernimus. Quo fit, ut nomen ſit inſtrumentum quoddam indicans, atq; diſtribuens uniuſcuiuſq; ſubſtantiam, quemadmodum telam textoris pecten. Ad dialecticum igitur hoc etiam pertinebit, nominibus recte uti, ut pectine textor utitur. proprium illius opus agnoſcens, cum illum faber effecerit. haud ſecus dialecticus nomine, quod nominum conditor effinxit, ut decet, utetur. Enim uero temonem conſtituere fabri, uti autem recte, gubernatoris officium. Eodem pacto ipſe quoq; nominum inſtitutor recte nomina ſtatuet, ſi tãquam præſente dialectico inſtituerit, quippe cum dialecticus naturas eorum, quæ ſub nominibus latent, intelligat. Atque hęc de dialectica dicta ſufficiant.

¶ Caput VII. Diſtinctio ſcientiæ ſpeculatiuæ.

d Einceps de ſpeculatiua philoſophia dicendum. Huius mẽbra dicimus theologiã, phyſicen, mathematicam. Theologi finis ſupernarum cauſarum cognitio. phyſici, quæ ſit mundi natura perdiſcere, quale animal homo, quam ſit prouinciã in mundo ſortitus, utrum deus prouideat omnibus, & num cæteri huic ſubiecti miniſtri, atq; ẽt quomodo ad deos ſeſe homines habeant. Mathematici finis planam, & in tres porrectã dimenſiones naturam cognoſcere, motumq;, ac cœleſtiũ progreſſus ſuſpicere. Atq; ita in ſumma quadam mathematici ſpeculatio proponatur, hæc utiq; ad cogitationis acumen a' Platone ſuſcepta eſt attingens animum, & ad rerum diuinarum intuitum aciem mentis exacuens. Pars autem mathematicæ facultatis, quæ ad numeros ſpectat, non mediocrem ad diuina percipienda uim præſtat, uerum ab errore, atq; ignorantia, quæ circa ſenſibilia iſta uerſatur, nos liberat, opem ferens ad eſſentiæ cognitionem, promptum'q; ad certamen, propter conſequentium rerum, ordinis'q; peritiam hominem reddit. Geometria quoque plurimum ad ipſum bonum intelligendum conferre uidetur, cum quis non mechanicæ dimenſiõis gratia ipſam ſectatur, ſed ita utitur, ut eius adminiculis ad ſuperna conſcendat, nec in rebus, quæ oriuntur, & occidunt, dimetiendis inſiſtat. Quin etiam ſtereometria, ideſt ſolidorum dimenſio quammaxime utilis eſt. nam poſt ſecundam augmentationem ſequitur eius conſyderatio tertium ſuſcipiẽs augmẽtum. Vtilis præterea ceu quarta quædam diſciplina, aſtronomia eſt, per quam cœli, ſyderum'q; motus, authorem'que diei, ac noctis, & menſium & annorum inſpicimus. ex quibus quaſi proxima quadam regione horum omnium authorem inueſtigamus, & ab iis diſciplinis ueluti a' quibuſdam ſubſelliis, & elementis, & gradibus ad altiora progredimur. Muſicam quoque diſcere nos oportet, ad eam adhibentes auditum. Nam quemadmodum ad aſtronomiam oculi conditi ſunt, ſic aures ad harmoniam, utique aſtronomiæ incumbentes ab iis, quæ oculis percipiuntur, ad inuiſibilem eſſentiam ducimur, ſic & auribus harmoniam uocum haurientes, ab iis, quæ audiuntur, ad intelligibilia gradatim accedimus. Quamobrem niſi finis iſtius gratia mathematica proſequamur, horum profecto curioſitas manca, & amens, nullius'que æſtimanda cenſetur. Decet enim confeſtim ex iis, quæ oculis, & auribus percipiuntur, ad illa, quæ ſola cernit ratio, pertranſire. Nam mathematicorum conſyderatio prę ludium quoddam eſt ad diuinorum contemplationem. Arithmetica quippe, & geometria, & qui eas colunt, eſſentiam ipſam uidere deſyderant. Veruntamen circa illam quodam-

modo ſomniant, nec eam re uera cernere poſſunt, ignorantq́ principia, & quæ ex principiis conſtituuntur. Verum nihilo minus ad ea, quæ diximus, conferunt. Ideoq́ nec ſciẽtias diſciplinas huiuſmodi Plato appellandas eſſe cenſuit. Cæterum dialectica facultas a` geometricis ſuppoſitionibus ad prima principia, quæ minime ſupponuntur, adſurgit. Quapropter dialecticam iure ſcientiam appellauit. Diſciplinam uero mathematicorum non opinionem, quia clariora ſint quàm ſenſibilia, neq; rurſus ſcientiam, quia obſcuriora ſint quàm intelligibilia prima. ſed opinionem corporum, ſcientiam diuinorum, cogitationem mathematicorum. fidem præterea, & coniecturã, imaginationem q́ imaginatiõibus, idolis q́ atrribuit. Quoniã uero dialecti ca efficacior eſt, quàm mathematica, ex eo, quod circa diuina, ęterna q́ uerſat, iccirco mathematicis uniuerſis præponitur uelut arx quædam, & cuſtodia reliquorum.

Caput. VIII. De materia prima.

p Oſt hæc de principiis, & iis, quę ad theologiam ſpectant, breuiter diſſeramus, a` prioribus q́ ordiamur deſcendentes inde ad ipſius mundi generationem, ac demum uſq; ad hominum geniturам. In primis igitur de materia tractandum eſt.

Hanc ſane` effigiem omnium receptaculum, nutricem, matrem, locum, ſubiectũ q; nominat, eamq; aſſerit ſine ſenſu tangi, & adulterina ratiocinatione comprehendi. Materiæ p rium eſſe uult omnes generationes ſuſcipere, ac nutricis inſtar eas fouere. omnes item formas capere, cum ipſa ſuapte natura omnis formæ qualitatis, & ſpecie ſit expers. Conſperſam præterea illam, & figuratam formis uelut effigiem aſſerit, nullius per ſe figuræ, qualitatis ue participem. Neque uero ſubiectum eſſe ad uarias formarum impreſſiones commode præparatum, niſi qualitate omni, quam ſuſcepturum eſt, penitus careat. Videmus enim eos, qui unguenta ex oleo odore ſuauia conficere ſtudẽt, oleum nullo prorſus odore infectum quærere, eosq;, qui formas ſpreſſuri ſunt uel cerę, uel luto, primũ materiã ipſam polire penitº, atq; lenire, donec figuræ priſtinæ deleantur. Conuenit nanq; uniuerſali materiæ, ſi modo formas omnes ſuſceptura ſit, nullam illarum habere naturam, ſed abſq; qualitate omni, atq; ſpecie ſubiici ſpeciebus. Et cum huiuſmodi ſit, neq; corpus erit, neq; etiam incorporea, ſed potentia corpus, quemadmodum æs potentia ſtatua, quoniam ſpeciem ſuſcipiens, ſtatua fiet.

Caput. IX. De ideis, & de cauſa efficiente.

c Vm uero materia principii cuiuſdam rationem habeat, alia quoq; principia Plato prꝛter materiam introducit, principium uidelicet exemplare, ad quod ideæ ipſæ reducuntur, & principium paternum, quod ad deum rerum omnium cauſam pertinet. Eſt autem idea ad deum quidem intellectio dei. Ad mundum uero ſenſibilẽ exemplar, ad ſeipſam eſſentia. Quicquid enim intelligẽtia fit, ad aliquid referri neceſſe eſt. qd̃ quidem operis exemplar erit, quemadmodũ ſi aliquid ab aliquo fiat, ut a` me mei ipſius imago. Etſi exemplar haud omnino ſit ab agente ſeorſum, ut quiſq; artifex in ſeipſo artificiorum exẽpla concipiens, horum deinde formas in materiam explicat. Definiũt autem Ideam exemplar ęternũ eoꝝ, quę ſecundũ naturam fiunt, nam pluribus ex iis, qui Platonem ſecuti ſunt, minime placuit artificiorum ideam exiſtere, ut clypei, atque lyræ, neq; rurſus eorum, quæ præter naturam, ut febris, ac bilis intemperatæ. neq; particularium, ceu Socratis, & Platonis. neq; etiam alicuius eorum, quæ imperfecta ſunt, ueluti ſordium, atq; feſtucæ, neq; relationum, ut maioris, & excedentis, eſſe nanq; ideas intellectiones dei æternas, ac ſeipſis pfectas. Quod uero ſint ideæ, ſic probant. Siue intellectus deus ipſe ſit, ſiue intellectuale quiddam, notiones illi adſunt æternę atq; immobiles. Quod ſi hoc ita ſe habet, ideæ ſunt, etenim ſi menſura per ſeipſam materia caret, ab aliquo ſuperiori, & a` materia penitus abſoluto menſuras ſuſcipiat neceſſe eſt. Verum quidem eſt antecedens. uerum igitur conſequens, etſi hoc, ideæ ſunt menſuræ quædã ſine materię miſtione exiſtentes. Accedit, quod ſi mundus non temerario quodam caſu talis eſt, nõ ſolum ex aliquo. uerum etiam ab aliquo factus eſt, neq; id ſolum, ſed ad aliquid etiam fabricatus. Id uero, ad quod effectus eſt, quid nam aliud prꝛter ideam exiſtit? Quo ſequitur, ut ideæ ipſæ ſint. Item ſi intellectus a` uera opinione differt, intelligibile quoq; ab opinabili diſcrepabit. Hoc ſi uerum eſt, extabũt intelligibilia ab opinabilibus differentia, ut ſint prima quoq; intelligibilia, quemadmodum & ſenſibilia prima, ex quo ideas eſſe concluditur.

Caput X.

Caput X. Quomodo deſcribatur Deus, & qbus rationibus inueſtigetur.

Einceps de tertio principio dicendum eſt, quod pene` ineffabile Plato autumat.

d Ipſum tamen hoc modo conemur oſtendere. Si intelligibilia ſunt, eaq; nec ſenſibilia, neq; cum illis cohęrentia, ſed intelligibilibus primis. extant prima intelligibilia ſimplicia, quẽadmodum ſenſibilia prima. Antecedens uerum. uerũ ergo, quod ſequitur. hoíes ſane` utpote perturbatiõe ſenſuum occupati, quoties intelligibile quiddam contemplari ſtatuunt, in phantaſiam mox alicuius ſenſibilis recidunt, adeo, ut ſępenumero ei, quod intelligẽdum eſt, uel magnitudinẽ, uel figuram applicent, uel colorem. quo fit, ut illud ſyncere intelligere nequeant. Dii autem ſine corporalium miſtione pure nimium, atq; ſyncere intelligũt. Quoniam uero intellectus anima melior eſt, intellectu autem eo, qui in potentia melior, intellectus ille, qui actu ſemp, omnia q́ ſimul intelligit, hoc deniq; pulchriº, qd̃ eius eſt cauſa, quod q́ omnibus ſuperextat, is utiq; deus ipſe primus exiſtit, is q́ cauſa eſt, ut mũdi mens ſemp agat, in quam immobilis ipſe ſemper haud ſecus, q̃ in oculum obiectum ſol agit. Atq; ea rõne mouet, q̃ id, quod appetitur, ímobile ipſum appetentẽ agitat. hoc inquã pacto mens ipſa ſuprema totius cœli mentem ducit. Et cum primus hic intellectus pulcherrimus ſit, pulcherrimum quoq; intelligibile illi ſubiici neceſſe eſt. Nihil autem ipſo pulchrius, ſeipſum igitur, ac notiones ſuas ſemp intelligit. Atq; hæc eius operatio idea eſt. Quin etiam deus ipſe ſupremus, æternus, ineffabilis, ſeipſo perfectus. Nullius egenus, ſemper q́ & undiq; abſolute perfectus. Diuinitas eſſentiæ ratio, ueritas, harmonia, bonum exiſtit. Neq; uero hæc ita dinumero, ut abinuicem ipſa ſecernã, immo ut unum potius cuncta contemplor. Bonum profecto ob eam cauſam dicitur, quod oĩa pro capacitate cuiuſq; beneficiis replet, omnium q́ bonorum cauſa eſt, pulchrum uero ex eo, q́ ipſum natura plenitudo ipſa, & harmonia omnis exiſtit. Veritas item ob id uocatur, quoniam omnis ueritatis ita principium eſt, ut ſol quoq; luminis uniuerſi eſt & pater, quia omnium cauſa, cœli q́ totius mentem, & mundi animam ad ſui ipſius exemplar exornat. Nam ſuæ uoluntatis munere omnia ſeipſo compleuit, mundi animam excitans & ad ſe cõuertens. Quippe cũ mentis eius cauſa ſit. Atqui mens iſta beneficio patris ornata naturam omnẽ huius mundi perornat. Ineffabilis prꝛterea, & ſola mente percipiendus deus ideo dicitur, quia nec genus circa illum, neq; ſpecies, neq; differẽtia ulla, neq; accidit illi quicquam. nam nec malum, nefas enim dictu id eſſet. Neque etiam bonum, ſiquidem participatione cuiuſquã bonitatis præſertim talis exiſteret. Neq; differentia illi accidit ulla. Non enim id ſecundum ipſius notionem fieri põt. Neq; qualitas, nõ enim qualis effectus eſt. neq; tamen informis. non enĩ qualitate ulla ad ſe pertinente priuatus eſt, nec eſt pars cuiuſquã, nec totum, ut partibus ꝓſtitutum. neq; idem eſt cuiq̃, nec alterum. quippe nihil illi contingit, quo ab aliis ſecerni queat, neq; mouet, neq; mouet`. Vna de prima huius intelligentia eſt ſecundũ horum omnium ablationẽ, quemadmodum punctum quoq; cogitamus ſecundum ablationem. primo ſuperficiem, deinde lineam poſtremo punctũ conſyderantes. Secunda eius intelligentia eſt ſecundum proportionis rationem hoc pacto. Quam rationem ſol habet ad uiſum, & ad ea, quæ uidentur, non exiſtens ipſe uiſus præbens uero huic quidem, ut uideat, his autem, ut uideantur. eandem profecto rationem habet intellectus primus ad intelligentiam, quæ animæ ineſt, & illa, quæ intelliguntur, neq; enim ipſe idem, qd̃ intelligentia eſt porrigit tamen intelligendi uigorem animæ quidem, ut intelligat intelligibilibus autem, ut intelligantur, ueritatem q́ illis ineſt illuminans. Tertius intelligẽdi modus huiuſmodi eſt. Aduertẽs quiſpiã pulchritudinẽ, quę corporibus adeſt. ad animi pulchritudinẽ ſeſe cõfert, deinde ad eam, quę in officiis, ac legibus, poſtremo ad ipſum pulchritudinis fontem, ſupra quẽ ipſum bonũ amandũ, & expetendũ intelligit, uelut ſplendorem in animam, quæ illuc euolauit, ſubito refulgentem. Huiuſmodi uero lumen deum ipſum eſſe ob excellentiã recognoſcit. Eumq; in primis ſine magnitudine quantitatis agnoſcit. Nam pars, atq; id, ex quo aliqd conſtituitur, illud ſemper, cuius pars eſt, antecedit. planum nãq; prius eſt, q̃ corpus, & linea prius, q̃ planũ. Cũ uero partes nullas habeat, neq; ſecundũ locũ, neq; ſecundũ alterationem mouebitur. Etenim ſi mutationem patitur, uel a` ſeipſo, uel ab alio quodã pmutari neceſſe eſt. Si ab alio, illud utiq; ualidius erit. Sin a` ſeipſo, aut in deterius, aut in melius trãſmigrabit. Veꝝ utraq; in poſſibilia ſunt. Quibus omnibus pſpicuum eſt ipſum incorporalẽ eſſe. Verũtamẽ ex iis, q̃ adiicientur, idem quoq; patebit. Si corpus deus eſſet, ex materia, ſpecie q́ conſtaret, ex eo, quod omne corpus compoſitum quoddam eſt ex materia ſimul, & ſpecie, quod quidem idearũ ſimile redditur, dum illis ineffabili quadam ratiõe participat. Abſurdum autem eſt deum ex materia, ſpecie q́ conſtitui. Neq; enim ſimplex, neq; principium eſſet. Quãobrem incorporeus deus eſt, prę

terea si corpus est, ex materia cõstat. Ideoq; uel ignis est, uel aer, uel terra, uel aqua, aut aliquid ex iis conflatũ. At quomodocunq; se habeat, principium minime erit, eritq; materia ipsa poste/rior, siquidem ex materia conficiatur. Quæ quoniam nefaria sunt, incorporeum esse deum ne/cesse est. Etenim si corpus est, corrumpi potest, genitusq; est, & transmutationi subiectus. Atq horum nihil in deum cadit.

¶ Caput XI. qualitates sunt incorporeę.

q Valitates insuper in hunc modum incorporeas esse monstrabimus. Omne corpus subiectum est, qualitas uero minime subiectum, sed accidens, non ergo corpus est qualitas. Nullum corpus in subiecto, omnis qualitas in subiecto, non ergo corpus est qualitas. Item qualitas contraria qualitati, nullum uero corpus, qua corpus cõ trarium corpori, non ergo corpora sunt qualitates. Quinetiam rationi maxime consentaneum est, ut quẽadmodum materia qualitatis est expers, ita & qualitas materiæ expers sit. Et si ma/teria careat, corpus esse non poterit. Enimuero si corpora qualitates sunt, duo ac tria corpora eundem in locum concurrent, quod a` ratione procul aberrat. Quod si qualitates incorporeæ sunt, opifex quoq; illarum incorporeus est. præterea agentia nulla esse præter incorporalia pos/sunt, siquidem corpora passibilia sunt, atq; fluentia, neque semper eodẽ se modo habentia, neq; in eodem statu perseuerantia, & in quibus aliquid efficere alicui forsitan uidebũtur, multo ma gis illic pati reperientur. Vnde quẽadmodum est aliquid, quod omnino patitur, ita necesse est aliquid, quod omnino agat, existere. Id uero nihil esse aliud q̃ incorporeũ inueniemus. Sermo itaq; de rerum principiis, qui theologicus appellatur, hic iam finem suum accipiat. Nam dein/ceps in eam disputationem, quæ physica nuncupatur, descendendum esse uidetur.

¶ Caput XII. De causis & generatione, & elementis, & ordine mundi.

c Orporalium omnium, quæ secundum naturam distincta inuicem efficiuntur, præ/finita quædam exemplaria ideas esse oportet, ad easq; sciẽtias & definitiões refer/ri. Nã præter singulos homines, hominem ipsum intelligere decet, & præter equos singulos, ipsum equum, ac generatim præter animalia cuncta immortale animal, & ingenitum, quemadmodum ab uno figillo plurimæ exprimuntur imagines, & unius homi/nis imagines multæ, quibus omnibus idea ipsa causa est, ut huiusmodi sint, cuiusmodi & ipsa est. Quapropter mũdum hunc uniuersum pulcherrimum opificium dei necesse est ab ipso deo ita fabricatum fuisse, ut ad ideam quandam mundi huius exemplar in ipsa fabricatione respe/xerit, dum mira quadam prouidẽtia, atq; optima norma, hoc est propria bonitate ad huius ma chinæ constructionem sese deus accingeret. Ex tota ergo ipsum materia genuit, quam quidem sine ordine ullo ante cœli generationem tumultuantem deus ex cõfusione deformi in pulchrũ ordinem reuocauit, numeris q̃ decentibus & figuris eius partes undiq; decorauit, ut ea mũdus sit proportione contextus, quam etiam nunc ignis, atque terra ad aerem & aquam seruant. ho rum tunc uestigia solum absq; ratione, atq; mensura in ipso ẽlementorum receptaculo confuso iacebant, quatiebantq; materiam, & a` materia uicissim quatiebantur. Ex integris enim quatu/or elementis eum compegit, ex toto scilicet igni, aereq;, & aqua simul, ac terra, nullam alicuius partem, potentiamue relinquens. præcidebat enim quod corporeus futurus esset, tactuq; ac ui su percipiendus. Absq; uero ignis, & terræ p̃sentia nihil tangendi, uidẽdiq; sensum mouere po test. Quamobrem secundum congruam rationem ex igne ipsum, terraq; construxit, quoniam uero uinculo quodam utrorũq; medio ad extrema uinciẽda opus erat. diuinũ autẽ uinculũ est, quod secundũ proportionẽ fit, quod & seipsum & ea, quæ uinciũtur unũ efficit, planusq; mun dus nequaquã futurus erat, alioqn unicũ mediũ suffecisset, sphæricus autẽ esse debebat, ideoq; geminis illi mediis opus erat, ob hanc causam inquam inter ignẽ, ac terrã, aer & aqua secundũ ꝓportionis consonantiã interiecta sunt, ut quẽadmodũ se habet ignis ad aerẽ, sic aer ad aquã, utq; aer ad aquã, sic & aqua ad terrã. Ac rursus ut terra ad aquã, sic aqua ad aerẽ, utq; aqua ad aerẽ, sic aer ad ignẽ. Ex eo insuper, q̃ nihil extra mundũ reliquit, unicũ illum fecit, & ideæ suæ, quæ unica est, numero quoq; parem. In quem præterea nec morbus unquã, neq; senectus incur reret, quippe cũ nihil extra supersit, qd̃ uim inferat. Veꝝ se ipso sufficiẽs, nullius q̃ indigus, atq; incolumis perseueraret. Figuramq; illi dedit sphæricam, utpote omnium pulcherrimam figura rum, capacissimamq;, & ad motum facillimam. Et quoniam nec auditu, nec uisu neque cęteris sensibus

sensibus indigebat, ideo sensuum instrumenta ad obsequium sentiendi nulla prorsus adiecit. Cæteras item motus species procul esse iussit, solumq; circuitum cõcessit illi tanquam mentis, & sapientiæ proprium.

¶ Caput XIII. De conuenientia figurarum cum elementis mundi, atq; mundo.

T cum duo sint, ex quibus constructus est mundus, corpus scilicet, atque anima, e quorum illud uisibile, corruptioniq; obnoxium, hęc inuisibilis, atque intangibilis utriusq; uis, constitutioq; differens extitit. Corpus siquidem mundi, ex igni, terra, aqua, & aere compactum est. Quatuor enim hæc artifex ipse mundi comprehen/dens, nullum prius elementorum ordinem obseruantia figurauit ea pyramide, atque cubo, & octaedro, idest figura octo facierum, atq; icosaedro, idest figura facierum uiginti. Cunctis au/tem impressit duodecaedrum, idest figuram facierum. XII. Quatenus ergo materia pyrami/dem figuram induit, ignis emicuit. Ea quippe figura tenuis, & ad incisionem præ cęteris apta, ex paucioribusq; triangulis constituta, ideoq; omnium figurarum leuissima. Quatenus autem octaedrum, aeris subinduit qualitatem. At uero cum primum icosaedram figuram cepit, aquæ naturam sortita est, figuram denique cubicam terræ largitus est, solidissimæ quidem, atque ele mentorum omnium stabilissimæ, figura denique duodecaedra ad uniuersi fabricam usus est. his omnibus antiquior natura planorum. Plana enim solida præcedunt, planę uero naturæ duę quædam origines rectis angulis figuræ sunt scalinus, & isoceles. Et scalinus quidem est triangu lus unum rectum angulum habens, alterum duarum tertiarum, alium unius tertiæ. Scalinus er/go triangulus pyramidis, & octaedri, atq; Icosaedri elementum fit. Cum pyramis ex triangu/lis quatuor æquilateris constituatur, quorum quilibet in sex triangulos scalinos distribuitur. Octaedra uero figura ex octo similibus, quorum quisq; in sex triangulos scalinos diuiditur. Ico saedra figura ex uiginti similiter. Isoceles autem triangulus figurę cubicæ elementum est. Nam quatuor isoschieles trianguli concurrentes quadrangulum complẽt. Ex huiusmodi autem qua drangulis sex cubus conficitur. Duodecaedram uero figuram ad uniuersi constructionem ipse deus assumpsit, unde & animalium formæ duodecim in Zodiaco circulo conspiciuntur, quo/rum quodlibet in partes triginta secatur. Similiter quoque in ipsa duodecaedra figura intueri li cet pentagonos duodecim in triangulos quinq;, ita, ut unusquisq; per sex triangulos diuisos exi stat, & in omni duodecaedro trecenti sexaginta trianguli reperiantur, quot etiam in Zodiaco portiões existunt. his ab ipso deo formata materia agitari cœpit. primo quidem uestigiis absq; ordine, deinde a` deo in ordinem redacta est, singulis secũdum proportionem inuicem tempe/ratis, neq; tamen loco discreta hæc permanent, indesinentemq; concussionem & ipsa habent, & in materiam inferunt, A` circunferentia enim mundi constricta seruantur, atque inuicem al ternis pulsibus, coagitata ferũtur, tenuia quidem in prouinciam solidorum. Qua de causa nihil omnino uacuum restat, & inæqualitas iugiter perseuerans pulsationis causam præbet. Ab iis enim materia, & ista uicissim a` materia quatiuntur.

¶ Caput XIIII. De anima mundi, & sphæris, atq; stellis.

X corporibus itaq; animæ uires inuestigare concessit. Nam, cum res singulas ani/e ma discernamus, rerum omnium principia merito huic indidit, ut quicquid unq̃ occurreret, ex cognatione quadam recognoscentes, rebus consonam illius essentiã adhiberemus. Ergo cum diceret esse intelligibilem quandam, indiuisibilemq; sub stantiam, alteramq; quoq; circa corpora dispersam tradidit, innuens animam per intelligentiam utranq; substantiam percipere posse. Et quia in rebus iis, quæ ad intelligentiam attinent, & in iis etiã, quę ad sensum ipsum idem, atq; ipsum alterum esse cognouit, ex iis oĩbus animã iure cõ stituit. Aut. n. in simili simile (ut Pythagoreis placet) agnoscit, aut quẽadmodũ Heraclito phy sico dissimile semper dissimili. Cum uero mundũ Plato genitũ inqt, haudquaquã sic eũ sensisse credendum est, ut aliquod olim tẽpus ante mundũ præcesserit, ueꝝ qa semper in generatione perdurat, indicatq; substantiæ suę causam prestantiorem. Animã pręterea mundi, quę semper extitit, haud efficit deus, sed ornat, eaq; rõne illam facere nõnunq̃ asserit, quod excitat eã, & ad seipsum eius mentẽ, uelut ex profundo quodam somno, conuertit, ut ad ea, quæ intelliguntẽ a` deo, respiciẽs, diuinasq; notiões affectãs, species inde, formasq; recipiat. perspicuũ est pręterea,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qđ mundus anima, simul & mente ab ipso deo donatus est. Nã cũ optimũ opus fore id uellet, merito & animatum mundũ, & intellectualem effecit. Etenim opificium uiuẽs non uiuente omnino prẽstantius est, & mentis compos eo, quod mentis est expers. Nec forte sine anima accedere mundo mens poterat. Cum'q; anima a` mundi medio ad extrema usq; se funderet, mundi corpus totum circulo complexa est, uniuersum quippe circuntegens singulis eius communicata particulis, eoq; pacto insolubili connectit uinculo, incolumẽq; conseruat. Atq; ea uis animæ, quæ extra restitit, partes eius intimas antecedit. Illa siquidem indiuisa permansit, interior autem portio in septem diuisa circulos est, ab ipso principio duplis, ac triplis interuallis undiq; distributa. Et illa quidem, quæ ab indiuidua sphęra comprehenditur, ei quod ipsum idem est, cognata permanet, quæ autem dispersa, est, ei contra quod ipsum alterum appellatur. Motus enim cœli singula comprehendentis, cum minime peruagetur, unus est, ordinem'q; præcipuũ seruat. At uero subiectorum progressus uarius, ortibus'q;, & occasibus permutat'. Vnde peruagatio quædam, atq; oberratio nuncupatur. Extimus quidem circulus ad dexteram abortu in occasum usque transcurrit. Interior autem contra, in sinistram ab occidente in orientem superiori resistens. Stellas præterea, & astra deus ipse molitus est, & quæ ex iis nequaquam uagantur, ad cœli, noctis'q; ornatum. Atq; huiusmodi stellarum multitudo innumera est. Quæ uero uagãtur, numero septem, ad numeri, temporis'q; originem, & ad rerum omnium illustrationem. Tẽpus plane` mundani motus interuallum fecit, ueluti quandam æternitatis imaginem æternitas quippe æterni mundi status mensura est. Vagantium quoq; syderum haud sane` omnium uis eadem est. Sol enim dux est, omnium reliquorum, & illuminans, & oculis patefaciens uniuersa. Luna deinde potestatis gratia secundum obtinet ordinem. Cæteri uero planetæ secundum proportionem pro sorte propria singuli. Luna siquidem mensis terminum indicat, in eo spatio circulum suum excurrens, solem'que comprehendens. Sol autem anni mensura, transcurrẽs nanq; Zodiacum circulum anni tempora complet. Cæterorum quoque syderum quodlibet proprio circuitu fertur. Atque ii quidem circuitus non quibuscunq; hominibus, sed eruditis noti sunt. Ex omnibus demum reuolutionibus absolutus numerus, tempus'que complebitur, cum ad idem punctum omnes planetæ peruenientes eiusmodi accipient ordinem, ut linea quadam recta a` supremo circulo usq; ad terram secundum perpendiculum consyderata omnium cẽtra in ipsa conspiciantur. Cum igitur septem sphæræ in orbe circúuago cõstructæ fuissent, in iis corpora septem conspicua mundi conditor maxima ex parte ignea fabricauit, eaque sphæris ex altero, uagoq; circulo constitutis adnexuit. Lunam profecto circulo supra terram primo dicauit. Solem uero secundo. Luciferum deinde, & sacrum Mercurii sydus in circulo pari, ac sol uelocitate currente dispositi. Supra uero reliqua secundum propriam sphæram gradatim dispositum. Tardiorem sane` omnibus Saturni stellam in proxima sub non errãte circulo sede locauit. Quid uero huic aliquid in tarditate cedit Iupiter, continuo sequebatur. huic Mars deinde successit. Octaua demum potestas hæc omnia circumplexa est, horum singula uiuentia sunt, & intelligẽtia, nec non dii cognominantur, eorum'q; figuræ rotundę sunt.

Caput XV. De dæmonibus, atque elementis.

s Vnt & alii, qui uocantur dæmones, in singulis elementis, quos intelligibiles deos nuncupare possumus, partim quidem uisibiles, partim autem uisus aciem fugientes in æthere, atque igni, aere'que, & aqua, ne pars ulla mundi expers animæ, animãtis'ue natura præstantis relinqueretur. his autem terrena, & quæ sub luna sunt, cuncta subiiciuntur. Etenim deus mundi totius, deorum'que, & dæmonum author est, atque id uniuersum uoluntatis diuinæ munere nũquam in posterum dissoluetur. Cęteris autem operibus eius filii præsunt, secundum patris præceptum, imitationem'que singula transigentes. A` quibus furentium concitatio, atque raptus, & somnia, & oracula, & quæcunq; per uaticinium mortalibus accidunt. Terra uero omnium media sita est, circa discordiam, agitationem'ue, quę per totum porrigitur coarctata, diei, noctis'que custos, deorum omnium, qui intra cœlum sunt, antiquissima. Ac post ipsam mundi totius animam dulcia nobis alimenta ministrat, circa quã cœlum uoluitur, nec non astrum ipsa quoddam est, ob eamque rationem immota permanet, quod æquilibrata est in medio similis continentium, æther autem exteriorem prouinciam sortitus est, in sphæras uagantium, & non uagantium distributus, quibus aer successit. In medio uero terra una` cum eius humore resedit.

Caput XVI.

¶ Caput XVI. Dii iuniores sunt opifices hominis. De transmigratione animæ.

c Vm hæc omnia fabricata essent, restabant mortalium animãtium genera tria, uolatilium, natantium, atq; gradientium, quorum generationem filiis suis Faber mũdi mandauit. Nam si ipse hæc etiam genuisset, ímortalia nata fuissent. Illi igitur a` prima materia particulas, quas ex actis certis temporum curriculis redderent mutuantes, mortalia finxerunt animantium genera. Quoniam uero de hominum genere, utpote diis cognatiori, tum patri deo, tum etiam natis cura erat, demisit huius generis animas in terrã ipse omnium artifex stellarum numero pares. Verum cum quãlibet antea cognato astro tanq; uehiculo imposuisset, instar legum conditoris fatales illis leges explicauit, ut ipse extra culpam delictorum existeret. Docuit igitur perturbationes a` corpore mortales exorituras. primo quidẽ sensum, postea uoluptatem, atq; dolorem, metumq;, & iram, quas quæ superarent, neq; se trahi permitterent, iuste uicturas, & in cognatum astrum deniq; redituras, quæ uero ab iniustitia superarentur, secunda generatione in uitam fœminæ migraturas. Et quæ non dum ab improbitate cessarent, in brutorum deniq; naturam degeneraturas, finem uero laborum tunc demum futurum, cum innatos corporis affectus expulerint, & in proprium habitum iam redierint.

Caput XVII. De corpore, membris'q; hominis, & uiribus animę.

d Ii autem in primis hominem ex terra, & igni, aere'q;, & aqua finxerunt, portiões quasdam, quas quandoq; redderent a` materia mutuantes, ligantes'q; inuicem latentibus nexibus corpus unum ex omnibus confecerũt. Ac partem deinde animæ præstantiorem in capite locauerunt, cum cerebrum prius ceu cultum agrum præparauissent. Circa uultum organa ad ministeria sensuum disposuerunt. Composuerũt quoque medullam ex lenibus, ac sine flexura triangulis, quibus elementa genita fuerant, genitalis semi nis futuram originem. Os autem ex medulla, atq; terra coegerunt, postq; hęc duo igni, & aqua crebrius irrigarant. Neruos item ex osse, atq; carne. Caro uero ex salsa, & acuta quadam quasi fermentatione compacta est. Circundederunt autem ossa medullis, & ossibus iuncturarum gratia neruos. Vnde neruorum obsequio flexiones, articulorum'q; nodi prouenerunt. per carnem postremo tegmẽtum illis adiectum est, quæ tum alba, tum plurima, & ad decorem, & ad usum uiuentis est tradita. Ex iis prẽterea interna sunt implicita uiscera, uenter'q;, & circa ipsum intestina undiq; reuoluta. Superne uero ab ore arteria, & fistula faucium, una quidem in stomachum, altera autem in pulmones protensa. Cibi profecto in uentre digeruntur spiritu simul, & calore attriti, atq; molliti, atq; inde in totum corpus manãt permutationibus propriis. Duæ autem uenæ circa spinam erectæ caput contrario modo implicant inuicẽ obuiantes, hinc in multa se scindunt. Postquam dii hominem fabricarunt, animam'q; illius dominam corpori coniunxerunt, animę ipsius principem rationem caput habitare iussere. A` quo medullæ, neruorum'que origo deducitur, cuius'ue uariis passionibus mentis alienatio sequitur. Quapropter circumpositis capiti sensibus, ipsam corporis arcem quasi quibusdam satellitibus munierunt. In ea siquidem eius habitat, quæ ratiocinatur, iudicat, & contemplatur. At uero partes animæ, quæ mouentur affectibus, humilioribus sedibus addixerunt. Irascendi uim cordi, concupiscendi utero, atq; iis, quæ circa umbilicum sunt, partibus, de quibus in posterioribus differemus.

Caput XVIII. De uisu, lumine, specularibus imaginibus.

u Erum posteaq; in uultu luciferos oculos insculpserunt, lumen illis igneum accendere. quod cum lene, & quodammodo crassum esset, existere diuini luminis germanum existimarunt. Id utiq; passim per oculos emanat, uerum per pupillas purius, uberius'q; transcurrit. Quod quidem externo fulgori simile commistum simili, ac corroboratum uidendi sensum præstat. Ideo'que noctu abeunte, uel obumbrato lumine haud amplius radius hic noster aeri se propinquo permiscet. Quo fit ut se se ad interiora recipiẽs demulceat, atque resoluat inter nos motus, somno'que membra deliniat, unde & palpebras, cum iam retractum est, claudit. Etsi plurimum quietis induxerit, somnus ferme` sine in somniis surrepit. Quod si quædam adhuc agitationes restiterint, frequentia confestim phantasmata nobis occurrunt. Atque hoc pacto phantasiæ seu ueræ, siue falsæ tramite quodam directo nascuntur. Post istas autem sequũtur imagines, quæ in speculis, uel aliis corporibus transLucentibus, lenibus'que uidentur, quæ quidem haud aliter quàm secundum reuerberationem

resultant. Quatenus enim uel concauum, uel conuexum, uel oblongum speculum erit, eatenus uisa diuersa intuentibus apparebunt. Nam lumina ad partes alteras reflectentur a` conuexo qui dem repulsa, atque dispersa in concauum uero conuenientia. Quam ob causam in quibusdam dextra, atq; siniſtra contrauersa uidentur, in aliis pari modo, in nonnullis autem supera ad infe ra, ac uice uersa ad superna infera conuertuntur.

¶ Caput XIX. De cæteris sensibus, & obiectis eorum.

a Vditus uero ad uocis perceptionem procreatus est exoriens a` motu, qui circa ca put efficitur ad iecur usq; deueniés. Vox autem per aures, cerebrum'q;, & sanguinẽ ad animam penetrat, acuta, quę mouet uelocius. grauis, quæ tardius. magna, quę plurima. parua, quæ pauca. Post hæc narium uis sequitur ad odorum perceptionẽ progenita, odor autem est passio quædam a` narium uenis usq; ad umbilici regiones transfluẽs, huius species præter duas cõmuniores nomina nequaquã habent. Atq; hæ quidem non aliter quã bonus odor, & malus odor, quę suauitatis, & nauseæ nomina sunt, cognominantur. Odor certe omnis aere crassior est, aqua subtilior. proprie autem in iis odoris genus accidit, quæ non dum transmutationem integram susceperunt, sed communione quadam aeris, & aquæ cõstãt, cuiusmodi sunt, quæ ex fumo, & caligine conficiuntur. his enim inuicẽ alternatis, odorandi sen sus efficitur. Gustum deinde uariorum admodum succorum iudicem dii formarunt, uenas por rigentes ab illo ad cordis sedem, quibus diuersi liquores examinarentur. hæ siquidem, dum di latantur uarie, atque contrahuntur, secundum succorum incidentias eorum uarietatem discer nunt, sunt autem saporum differentiæ septem, dulcis, acer, põticus, austerus, salsus, acutus, ama rus. Et dulcis quidem natura reliquorum omnium contraria, etenim humorem linguæ inhibi tum perfundit, atq; delinit, acer turbat, atq; dispergit, acutus inflãmat, & ad supera euolat, qui uehementer abstergit, & liquefacit, amarus dicitur, sed qui lenius purgat, atq; permollit, salsus. Ex iis autem saporibus, qui obstruunt linguæ meatus, & contrahunt, qui id asperius agunt pon tici, qui uero lenius austeri dicuntur. Tangendi postremo sensus a` diis genitus est, ut calida di gnoscat, & frigida, mollia, & dura, lęuia, atq; grauia, lenia'q;, & aspera. Cedentia quidem cor pora dicimus, quę tactum recipiunt. Resistentia, quæ minime cedunt. hoc autem propter cor porum ipsorum fundamenta contingit. Quæ enim ampla, habent stabilia, ac solida, quę cõtra exiguo fundamento utuntur, cedentia, mollia, lubrica sunt. Asperum sane` est, quod inęquale, ac durum. lene, quod planum simul & pingue. cum uero calida, & frigida passio admodum op positæ sint, diuersis causis inferuntur. Nam quod acumine, ac uelocitate partium scindit calidã passionem gignit, frigidam uero, quod ingressu pigrius, dum tenuia quidem expelluntur, & in illorum sedes crassiora penetrare coguntur. Tunc sane` concussio, tremorq; prouenit, & quæ hinc passio in corporibus nascitur, rigor existit.

¶ Caput XX. De graui, & leui.

g Raue, & leue per superiorem, & inferiorem locum definire non decet. nihil enim aut sursum est, aut deorsum. Nam cum cœlum omnino rotundum sit, & in con uexa superficie æqualiter leuigatum, haud decet aliquid superius, aliquid inferi us prædicare. Cæterum graue quidem dicendum id est, quod difficile in locũ ex tra naturam suam trahit', leue uero, quod facile. Itẽ graue, quod ex plurimis, leue, quod ex pau cissimis partibus est compositum.

¶ Caput XXI. De respiratione.

r Espiramus autem hoc pacto. Aer amplus circunstans, undiq; per os, ac nares, cęte ros'q; latentes meatus corporis influit. Calefactus inde ad externum, cognatum q; aerem refluere nititur. Qua uero ex parte effluxit, extimum aerem ad interna rep cutit, & huiusmodi circulo nunquam cessante inspiratio, & expiratio sequtur.

¶ Caput XXII. De causis morborum.

m Orborum causas Plato multas esse docuit. Primam quidem elemẽtorũ excessum; atq; defectum, mutationes'q; locorum in prouincias naturæ minime congruas. Se cundam uero mutuam cognatorũ regenerationem. Veluti si ex carne sanguis, aut bilis, aut pituita fiat, hæc enim omnia nihil aliud, quàm colliquationem, & putre factionem esse. pituitam enim esse recentis carnis liquefactionẽ. Sudores autem, & lachrymas effluxum quendam, reliquias'q; pituitæ. Extra quoq; missa pituita albas infectiones inducit. At intus atræ bili commista morbum comitialem, qui sacer appellatus est, procreat. Acuta uero, et salsa pituitæ passionũ, quæ per fluxum accidunt, causa est. Omnes enim, qui pituita simul & bi li grauantur,

li grauantur. id pati necesse est. Nam innumeros, uarios'q; morbos bilis cum pituita gignit, se brem continuã ignis excessu contingere putat, diurnã, aeris. tertianam, aquæ. quartanã deniq;, terræ. deinceps de anima hinc sumentes exordium dicendum est, etsi in idem redire uidemur.

Caput XXIII. De tribus principalibus animæ uiribus.

a Nimam hominis immortalem a` primo deo susciꝑientes dii mortalium generũ con ditores partes illi duas mortales (ut diximus) adiunxerunt. Verum ne uis animæ im mortalis, atq; diuina deliramẽtis mortalibus inficeretur, in ipsa corporis arce sedem eius, utpote principis omnium statuerunt, Etenim habitaculum eius caput esse uo luerunt, ea figura, qua mundus elaboratus. Reliquum uero corpus huic ad ministerium, quasi uehiculum subiecerunt. Ipsis uero mortalibus portionibus proprias singulis prouincias assigna runt. Iracũdiæ quippe præcordia, cupidini uero locum medium iter umbilicũ, atq; diaphragma, ibiq; uim eam ueluti furiosum, & agreste animal ligauerunt. Pulmones machinati sunt gratia cordis molles, atq; uentosos, & instar fistulæ cauos, & spõgiæ similes, ut cor iræ ardore nõnun quam exæstuans aliqua saltem refrigeratione mitigaretur. Iecur autem ad excitãdam concupi scentiam animæ, rursus'q; sedãdam dulcedinem simul, & amaritudinem nactum est. Quinetiã ita est institutum, ut diuinationes, quę per somnia fiunt, in ipso reluceãt. in eo siquidem propter lenitatem, soliditatem, atque nitorem uim a` mente manãtem refulgere putauit. Splenẽ uero ie coris ipsius gratia, ut & purget ipsum, & splendidum reddat, ut'q; putredines corrodentes, quę quibusdam morbis circa iecur affluunt, in splenem continuo delabantur.

Caput XXIIII. De distinctione partium animæ.

q Vod autem illæ tres animæ partes locis propriis seiunctæ sunt, hinc discere licet. In primis enim quæ natura segregata sunt, altera existunt. natura uero segregatur, qđ rationem habet, & quod rationi subiicitur. Siqdem illud circa intelligibilia uersat', hoc autem circa molesta, uel lęta. Quinetiam ratio hominibus dũtaxat, pars autem perturbationibus obsequens, cæteris quoq; uiuentibus competit. Ratio itaq; & irrationalis ani mæ portio, cum natura distinctæ sint, locis quoq; seiunctæ esse debent. Inueniuntur enim hæc duo sæpe inuicem repugnare. Nihil autem secum pugnare potest, neq; etiam quæ inter se con traria sunt, circa idem secundum idem eodem in tempore adesse ullo modo possunt. Videtur autem in Medea ira cum ratione pugnare. intelligo inquit, quæ factura sum, esse mala, ira tamẽ consilium superat. in ipso etiam Laio, dum Chrysippũ raperet, cõcupiscentia rationi nimiũ re pugnabat. sic. n. inqt. Heu heu diuinũ hoc hominibus malum, quãdo qs bonum nouit, sed mi nime utitur. item aliud quiddam esse uim rationalem, ex hoc plane` patebit, quod diuersa utro rũq; curatio est. Illa quippe disciplina, hæc autem consuetudine, & exercitatione curatur.

Caput XXV. De immortalitate animæ.

a Nimam his rationibus immortalem esse Plato demonstrat. Anima cuicunq; adest, uitam affert, utpote illi naturaliter insitam, quod uero uitam præstat, mortem mi nime suscipit, quod autem huiusmodi est, immortale existit, quod si immortalis est, anima, incorruptibilis quoque erit. essentia. n. incorporalis secundum substantiam immutabilis, intelligibilis, inuisibilis, & uniformis est. non'ne igitur & simplex, & indissolubi lis erit? Corpus uero cõtra habet sensibile, uisibile, dissipabile, cõpositũ, multiforme. Præterea anima cũ per corporis sensus ad illa, quæ sensibilia sunt, descendit, angit', atq; turbatur, neq; si milis esse potest illius, cuius præsentia perturbatur. Quare intelligibilis potius, qua`m sensibilis similis est. Intelligibile uero ipsa sui natura semp incorruptibile. Accedit ad hęc, qđ aïa ipsa na tura corpori dominatur, quod autẽ natura sua regit, & impar, diuinitati cognatum. quapropter anima deo proxima immortalis erit. Item quæcũq; sine medio contraria sunt, neq; secũdum se ipsa, ueꝛ secũdum accidens quoddam, sic a` natura sunt instituta, ut ex seinuicẽ mutuo fieri ua leant. ipsum uero, quod hoies uiuere uocãt, ipsius, quod mori dicitur, ꝓtrarium est. Quãadmo dum igitur mors est animæ a` corpore seꝑatio, sic uita animæ cum corpore congressio est, ani mæ inquã, quæ ante corpus extiterat, quod si & fuit ante, & post mortem erit, cõsentaneum ui detur, ut sempiterna sit, neq;. n. ultra quicq̃, quod illam perdat, excogitare potest. adde quod si disciplina reminiscẽtia quædã est, immortalem esse aïam necesse est. esse uero reminiscentiam

sic adstruimus. neq; n. aliter discere quicq̃ possumus, quam per recordationem eoꝝ, quę quõ-
dam nouimus. nam si a` singulis uniuersalia intelleximus, quonã pacto singula ipsa uniuersa, cũ
infinita sint, percurrimus? at qũo ex paucis indiuiduis cõmunia ipsa percepimus? deciperemur
enim, atq; mentiremur perinde, ac si iudicaremus omne, quod respiratiõe utitur solum, animal
esse, uel qũo ipsæ intelligentiæ in nobis principales essent. reminiscendo igitur intelleximus ex
paruis acceptionibus a` quibusdam secũdum partem incidentibus reminiscẽtes eorum, quæ iãdu
dum cognoueramus. quorum'ue obliuionem tunc primum perpessi sumus, cum primũ animæ
in corpora descenderunt. præterea si anima a` proprio malo nequaq̃ corrumpitur, nunq̃ alteri-
us malo. neq; simpliciter a` quocũq; malo destruetur, cum'q; huiusmodi sit, incorrupta perseue-
rabit. Item quod se ipso mouetur, utpote motus principium, semper mouet, & quod huiusmo-
di, immortale est. anima uero se ipsa mouetur, & quod se ipso mouetur, motionis omnis, gene
rationis'q; principium. Principium autẽ ingenitum, & incorruptibile permanet. Quapropter
& hominũ, & reliquorum animantium animæ forte tales existunt. atq; eiusdem mistionis par
ticeps, per se mobilem sane` animam uocat, quoniã innatam habet uitam semper secũdum se
ipsam operantem. Quod igitur animæ rationales immortales sint, ex Platonis sententia quisq;
asseuerare potest. utrum uero & irrationales, ambiguũ esse uidetur, probabile tamẽ est irratio-
nalium animas, cum sola phãtasia ducantur, ratiocinationis, iudicii'q; expertes, nec intelligẽtiis,
earum'ue collectione, aut boni, mali'ue discretione utantur, aut sane` eiusdem, cuius & animæ
nostræ naturæ participes esse, sed mortales potius, corruptioni'q; obnoxias. ex eo autẽ, quod ra-
tionales sint, sequitur ut extrinsecus ingrediantur in corpora formatis iam fœtibus adhærẽtes,
& in corpora plura tum humana, tum etiam alia eundem semper seruantes numerum trãsfigu-
rare ualeant. atq; id uoluntate deorum, siue incontinentia uitæ, corporis'q; amore. quippe cor-
pus, & anima cognationem inter se quandam habent, qualem ignis, atq; bitumen. quinetiam
deorum animæ uim discernendi, quæ etiam dignoscendi facultas dici potest, nactæ sunt, præ-
terea & aggrediendi naturam, quem assistendi uigorem possumus nuncupare. Post hæc uim
quandam, qua conciliant, & gubernant, quæ quidem naturę, cum in hominum animis insint,
postquam in corpora uenerint, permutantur. Conciliandi nãq;, & gubernandi facultas in con
cupiscentiam, aggrediendi autem uigor in iracundiam trãsmutatur.

Caput XXVI. De uirtutibus, & uitiis, atque horum distinctionibus.

q Voniam uero secundum uires rationales, & irrationales anima trifariã diuisa est, id
homini contingere Plato existimat. ut nunq̃ prudens esse queat, dum aut timidus,
aut intemperatus existit. Ideo'q; absolutæ uirtutes inuicẽ inseparabiles sunt. dicunt
& alio quodã modo uirtutes naturæ dotes, & inclinationes bonæ, ob quãdam simi
litudinem, idem quod & perfectæ uirtutes nomen adeptæ. Quãobrem milites fortes quãdoq;
dicimus, nec non imprudentes, ac temerarios, quosdam fortes aliquãdo prædicamus. haud sa-
ne` de perfectis uirtutibus, sed de dotibus naturæ loquẽtes. Absolutæ profecto uirtutes nec cre-
scunt unquam, nec decrescunt. Vitia uero intenduntur, atq; etiam remittuntur, unus siqdem alte
ro imprudentior, & iniustior. Neq; tamen se inuicem uitia cuncta sequũtur, sunt enim cõtraria
quædam, quæ in idem congredi nequeũt. Sic se habet ferocitas aduersus timiditatem, & aduer
sus auaritiam prodigalitas. Neq; inueniri quisq̃ potest omniũ uitiorum maculis inqnatus, quẽ-
admodum nec corpus cunctis morboꝝ corruptionibus simul afflictum. Accipienda est insu
per media quædam affectio, quæ nec ad uitium, neq; ad uirtutem pertineat. Neq; n. homines
uniuersos probos, uel improbos esse necesse est. nam huiusmodi sunt, qui iam ad integrum p-
uenerunt. haud quippe facile est uestigio a` uitio ad uirtutem progredi. Longo enim interual-
lo extrema inter se distant. Virtutum præterea quædam principes, quædam uero pedisequæ.
Principes, quæ in parte animæ rõnali, quibus & cæteræ uirtutes perficiuntur. Pedisequæ ue-
ro, quæ circa partem rõnis exptem uersantur. Hæ siqdem honesta opantur haud sane` secũdũ
rõnem, quæ ipsis insit (neq; n. habent) ueꝝ secũdum normã a` prudentia ex consuetudine, &
exercitatiõe illis impositam, & cũ neq; sciẽtia, neq; ars in alia parte animæ, q̃ irrationali ꝓsistat,
uirtutes, quæ circa partes irrationales uersant, doceri nequeũt, qa nec artes, nec scientiæ sunt.
Neq; n. ꝓpriam intelligẽtiã possident. Prudẽtia tamẽ, quæ & sciẽtia est, propria unicuiq; tribu-
it, quẽadmodum gubernator nautis quædam ab illis minime inspecta interdum indicat. illi ue
ro sequunt. eadẽ quoq; ratio in milite, & exercitus duce. cum uero mala & intendantur, & re-
mittantur,

mittantur, delicta paria nequaq̃ erunt, sed quædam maiora, minora nonnulla. Quam ob cau-
sam cõditores legum quædã lenius, quædam asperius puniunt. Et quãuis ipsæ uirtutes sum mi-
tates quædã sint, ex eo quod perfectæ sunt, ac recto comparantur, alio tamẽ modo mediocrita-
tes dicuntur, eo quod circa singulas, uel saltẽ plurimas, duo uitia utriq; cõspiciuntur, quorum
unũ excessu, alterum defectu prouenit. Velut circa liberalitatem, hinc auaritia, inde prodigali-
tas cernitur. nam in affectibus intemperãtia sequtur, aut ex eo, quod ultra decens transitur, aut ex
eo, quod nequaq̃ attingitur. Neq; uero, q parentibus suis furentibus nihil mouetur, neq; etiam
qui ex quibuscunq; minimis effertur, moderatus est. Item q parentibus uita functis nihil dolet,
insensatus est, qui uero mœrore se ipsum perdit, effrenis. At q mediocriter tristatur, moderatus
dicitur. Et q in omnibus trepidat, formidolosus. qui nihil omnino metuit, ferox, fortis autem, q
ad timendum, atq; audendum mediocritatem seruat. Eadem'q; de cæteris omnibus ratio est.
Quoniã uero mediocritas in affectibus optima est, nec aliud est mediocritas, q̃ mediũ inter ex-
cessum, atq; defectum. ob id uirtutes huiusmodi mediocritates dictæ sunt, quod nos mediocri-
ter affectos circa perturbationes humanas reddunt.

Caput XXVII. Quomodo uirtus quidem uoluntaria, prauitas autem inuoluntaria.

P Ostquam uero siqd aliud in nostra potestate consistit, nec est coactum, eiuscemo-
di præcipue uirtus est, neq; n. laude digna existimaret, si uel natura, uel diuina sorte
contingeret, sequtur ut uoluntaria uirtus existat, atq; id per affectionem quãdam fla-
grantem, generosam, atq; perpetuã. Ex hoc tandẽ, quod uirtus uolũtaria est, prauita
tem inuolũtariam esse concluditur. Quis. n. in parte eius præstãtiori, extremum esse malũ spon-
te unquã eligat? Quod siqs in uitium labitur, primum qdem non ut in malum, sed uelut in bo-
num potius inclinat. Et si in malũ irruit, omnino deceptus est, ut per minus malũ maius quod-
dam malum deuitet, atq; ex hoc inuolũtarius agitur. Neq; n. fieri potest, ut qs eo animo ad ma-
la declinet, quasi mala exoptet, neq; spe aliqua boni, aut metu maioris mali feratur. Quãobrem
omnia, quæ improbus agit, inuolũtaria sunt. Nã cum iniustitia inuolũtaria sit, multo magis iniu
ste agere inuolũtarium erit, quo deterior est operatio ipsa uitii, q̃ eius habitus otiosus. Et quãuis
inuolũtaria sint scelera, scelerati tamen homies puniendi. Ac etiam diuersa pœnaꝝ genera esse
debent, quẽadmodum illata per iniuriã dãna differentia sunt. Inuolũtarium præterea in igno-
rantia quadã, uel perturbatione consistit. Quæ profecto excutere licet ratione, consuetudine'q;
ciuili, atque diligentia.

Caput XXVIII. De iniustitia, & de affectuum distinctione.

t Antum uero malum iniustitia est, ut iniuriã pati præstet admodum, quam inferre.
Etenim iniuria quẽquã afficere improbi hominis opus est. Affici uero iniuria, imbe
cillis est passio. Turpe qdem utrunq;. Attamen inferre iniuriam eo deterius est, quo
turpius. Atq; operępretium est iniusto se iudici ultro subiicere, quẽadmodũ ægrotã-
ti medico se cõmittere. Omnis. n. castigatio medicina quædã est delinquentis animæ. Quoniã
uero uirtutes q̃plurimæ circa affectus, perturbationes'q; uersantur. affectus ipsi iam distinguen
di uidentur. Est autem affectus motus animæ sine ratione, gratia boni cuiusdam, aut mali. Irra
tionalis motus ideo dictus est, qa nec iudicia, nec opiniones affectus sunt, sed irrationalium par
tium animę motus. In parte. n. animæ rõnis expertæ motiões sunt, quæ etsi nostra sunt opera,
nihilo tamen magis in nostra potestate consistũt. Sæpe igitur inuolũtarii motus huiusmodi no
bis exoriuntur, uolũtati'q; repugnant. Quandoq;. n. accidit, ut dignoscẽtes, nec aspera esse, quæ
incidunt, neq; dulcia, nec expetenda, nec etiã metuẽda, nihilo minus ab iis trahamur. Quod sa
ne` nunq̃ pateremur, si perturbationes idem essent, atq; iudicia. hæc. n. tũc reiicimus, cum ipsa
per consiliũ confutamus, siue ut decet, seu non, id agamus. Adiectum præterea in definitiõe est
boni cuiusdã, aut mali gratia. Nã ex indifferenti occursu affectus minime concitatur. ex eo enĩ,
quod aliqd aut bonum, aut malum apparet, perturbationes omnes nascuntur. Et si bonũ adeſ-
se uideatur, uoluptate perfundimur, si fore cupimus. malũ contra cũ prẽsens apparet, dolemus,
futurũ metuimus. Simplices, præcipui'q; affectus duo sũt, uoluptas silicet, atq; dolor. Cæteri au
tem ex iis uelut elementis qbusdam conficiuntur. Neq; n. cum iis timorem & concupiscentiã,
quasi simplices, principales'q; sint, annumerare debemus. Nã q metuit, non omnino uolupta-
te priuatus est, quippe si malorũ repulsionem, uel leuationẽ penitus desperarit, haud ultra me-

tueret, immo acriori inde passione afflictus, doleret iam potius quàm timeret. Qui uero cupit quandoquidem consecutiõem eius, quod appetit, sperat, quodãmodo delectatur. Et cũ haud certam spem habeat, angitur. Quod si cupido, ac metus minime simplices sunt, sine controuersia ꝓcedetur, nullũ quoq; reliquoꝝ affectuũ simplicẽ esse. uelut iram inq̃ desyderiũ ꝫmulationẽ, cæteraq; huiusmodi. In iis. n. uoluptas, & dolor tanq̃ ex iis compositis inspiciunt. ꝓturbationũ præterea quædam agrestes, nonnullæ domesticæ sunt. Domesticæ qdem quæcũq; secundum naturã hominibus insunt. Atq; hæ sane` dum modũ tenent, necessarię, ac propriæ sunt. At cum supra modũ efferunt, profecto delinquunt. Eiuscemodi sunt uoluptas, dolor, ira, misericordia, uerecũdia. Conueniens qppe hominibus est iis, quæ secũdum naturã accidũt, delectari, contra riis uero dolere, & ira qdem ad repellendã, ulciscendam'q; iniuriã necessaria est. Misericordia humanitatis, atq; charitatis est propria. Verecũdia uero, ut ab aduersis declinem⁹, nos ꝓuocat. Agrestes aũt, & ferinæ ꝓturbationes præter naturã hominum ex puersione uitæ, ac deterrima consuetudine procreantur. huiusmodi sunt risus effusior, & in malis contingentibus exultatio, & humani generis odium, quæ siue uehementes, atq; intensæ, seu remissæ sint, aut quomodocunq; se habeãt, semper aberrãt, mediocritatem'q; laudabilẽ nullã prorsus amittũt. De uoluptate aũt & dolore sic inqt Plato. has uidelicet perturbationes in nobis ab ipsa origine naturaliter excitari. doloré qdem iis, q̃ præter naturã mouẽtur, accidere, uoluptatẽ uero illis, q̃ in naturã suã restituunt. Existimat. n. naturalem hominis statum esse mediũ inter uoluptatem, atq; dolorẽ, dum neutro mouetur, quo in statu plurimum tempus uiuimus. Tradit item plures species uoluptatum, quasdam per corpus, nõnullas uero per animam, nec non ex uoluptatibus alias dolori cõmistas, alias puras esse, aliquas item per memoriã fieri secũdum spem, alias excitari, nonnullas quoq; turpes, honestas alias, & illas qdem ex incõtinentia, & ex iniustitia suscipi. has autem percipitur. Cũ igitur uoluptatum plurimaꝝ natura obscœna sit, nequaq̃ disputãdum esse censet. utrum uoluptas simpliciter, & absolute bonũ esse possit, exilis enim, & inanis esse uidetur, cuius natura pediſſequa est, alteri'q; succedens, neq; substantiæ propriæ principalis particeps. Contrario quoq; suo congreditur dolori semper immista, quæ sane` nunquam contingerent. si uoluptas absolutum bonum, dolor autem absolutum malum esse posset.

Caput XXIX. De fato, & libero arbitrio.

d E fato autem huiusmodi quædam Platoni uisa sunt. Omnia inquit, in fato sunt. nõ tamẽ omnia fato decreta. fatũ enim legis instar nequaquã dicit, hic talia faciet, hic talia patietur. In infinitũ nãq; progressio foret. cũ infiniti sint, q̃ nascuntur, & innumera, quæ illis deinde contingunt, libertas quoq; nulla restaret, & laudes, uituperationes'q; penitus tollerentur. Veꝝ sic fatum pronũtiat. Quæcũq; anima talem uitam elegerit, & huiusmodi quædam cõmiserit, consequenter talia patiet'. Libera ergo est anima, & in eius arbitrio uel agere, uel non agere ponitur, neq; hoc ab aliquo cogit'. Quod autem sequtur actionem, ab ipso fato perficietur. Veluti ex eo, quod paris Helenã rapiet, quod qdem in eius erit arbitrio, sequet', ut græci de Helena decertent. Sic quoq; Apollo ipsi Laio prędixit. Si genueris filium, natus ipse te perimet. In lege qdem & Laius, & generatio filii simul comprehendit'. Fato uero institutũ est, quod ex generatione filii sequtur. ipsius autem, quod possibile est, natura inter falsum, & ueꝝ media cadit. eiq; suapte natura in definito. libera animæ rationalis potestas undiq; superfert'. Quod uero eligentibus nobis efficit', confestim aut uerũ est, aut falsum. Ab eo autem quod in potentia, idest quod habitu quandoq;, actu'q; erit, admodum discrepat. Quod enim potentia facultatem quãdam, & aptitudinem ad aliqua, quæ non dum ordinem suũ sortita sunt, significat, quẽadmodum puer potentia quadã grãmaticus, tibicẽ, ac faber dicit', eritq; tũc in unius, aut duoꝝ habitu ꝓstitutus, cũ didicerit, habitum'q; istoꝝ aliquem nactus fuerit. In actu uero tũc demũ esse dicet', cũ secũdum acqsitum habitum operabit'. At qd̃ possibile uocabamus, hoꝝ neutrũ est. Indeterminatum. n. atq; indifferens natura sua, libertate nostra in utrã placuerit stateræ lancem quodãmodo declinante, mox aut uerum, aut falsum ex possibili fit.

Caput XXX. De bonis, & summo bono, atq; uirtutibus.

Einceps quæ Platoni de moribus placuerũt, breuiter perstringamus. Venerandissimũ profecto, & supremũ bonũ nec facile inueniri, nec postquã inueneris, tuto` cuilibet reuelari posse putauit. Ideo'q; cum paucis admodum, atq; his qdem familiarissimis, ac ꝓbe

d

mis, ac probe electis contemplationem ipsius summi boni cõmunicauit. Nostrum tamẽ bonũ, siqs diligenter eius libros examinauerit, in ipsa primi boni contemplatione posuisse reperiet. Quod qdem bonũ, & deũ, & primam mentem nuncupare licet. Omnia enim, quæ ab hominibus bona dicuntur, ea ratione bona nominari uoluit, quod aliquo modo ipso primo bono participant. Quẽadmodũ & dulcia omnia, atq; calida participatione quadã primi dulcis, & calidi appellationem huiusmodi fortiuntur. Ex iis uero, quæ nobis insunt, mentem, atq; rationem dũtaxat ipsius boni similitudinem conseq. Quãobrem bonum nostrum pulchrum quiddã, uenerandum, diuinum, amandum, cõmensuratum, ac beatitudo apud illum uocatur. Eorum autem, quæ uulgo dicuntur bona, cuiusmodi sanitas est, formaq;, & robur, nec non diuitiæ, atq; dignitates, nullum prorsus esse bonũ, nisi in usum uirtutis inciderit. Separata enim hæc ab ipsa uirtute, materiæ sortem solũmodo tenent, atq; iis, qui male utunt', mala proculdubio sunt. Non nunq̃ tamẽ ipsa mortalia bona Plato nominat. Beatitudinem uero haudquaq̃ in bonis hominibus, sed in diuinis, ac sanctis inesse. Ideoq; ingentibus quibusdam, admirandis'q; bonis, legitimorum philosophorũ animos refertos esse prædicat. Ac post corporis mortalis interitum, diuinis epulis uesci, ueritatis'q; campum, cum diis una` circũlustrare. Id'q; ex eo potissimum promereri, quod in omni uita desyderio scientiæ diuinæ flagrauerint, atq; eam pręcæteris omnib⁹ ueluti pretiosissimũ quiddam coluerint. Cuius munere mentis illorum expergefactus oculus, atq; reuiuiscens antea obcæcatus, innumeris tamẽ corporeis oculis pretiosior, eos uniuersæ naturæ rationalis compotes efficit. Etenim ignorantes homines, iis comparat, qui uitã omnem in subterranea quadã spelũca transegerint, ubi fulgidum solis lumen nunq̃ inspexerint, sed exiguas, & inanes umbras corporꝝ eoꝝ, quę nos supra terram inspicimus. quas dum intuerentur, uera se corpora uidere putauerint. Vt enim hos, siquãdo e` tenebris ad lumen emerserint, consentaneũ est omnia, quæ antea uisa fuerãt, ac se ipsos multo magis tanquam omnino deceptos uituperare, sic & eos, q̃ ex huius uitæ tenebris ad diuina se conferunt, rationabile est, quæ quondam maximi fecerant, aspernari, diuinorum'q; beatam speculationem dũtaxat amare. Ex qbus consequens est dicere, ipsum solum bonũ in scientia primi, quod & pulchrum est, cõsistere, qd̃ per omnes Platonis libros ostẽsum est, semper tamen secũdum ipsam participationem id asserꝫtum. In primo igitur libro de legibus hoc modo. Duo quidem bona sunt, humana uidelicet, atq; diuina, & quæ sequunt'. Siquid autem absq; uirtute possidetur, & essentię primi est expers, id præterea ab ignorantibus bonum est appellatum, quod tamen in Euthydemo Plato ingens habenti malum esse testat'. Quod uero uirtutes per se ipsas eligendas existimat, ex eo patet, qd̃ solum pulchrum, honestum'q; bonũ esse censet, quod cum in multis eius dialogis demonstret', tum maxime in iis, quos de rep. edidit. Quapropter hominem dei scientiam consecutum, felicissimum, beatissimum'q; existimat, neq; tamen honoꝝ causa, q̃ huiusmodi uirum sequunt', neq; alicuius alterius præmii gratia beatum uocat, sed licet homines uniuersos lateat, eaq; etiã, quæ uulgo mala putantur, infamiæ, exilia, atq; mors illi contingãt, nihilo minus beatum fore. Atqui hominem absq; dei scientia, cũcta, quæ uulgus bona prædicat, possidentem. diuitias, regna, sanitatem, robur, & formã, nihilo magis beatũ putat. Quibus omnibus consequentem, atq; consonum finem induxit. hoc est dei similem fieri, quoad humanũ genus assequi potest. Variis autẽ modis id astruere tentat. Interdũ quippe similitudinem dei dicit, prudentẽ, iustum, sanctum'q; esse, quemadmodum in theeteto declarat. Vnde adnitendum monet ocyus hinc ad diuina cõfugere. fuga uero similitudo dei, similitudine dei, prudentem, iustum, sanctum'q; fieri. Nõnunquam etiam per solam iustitiam, quemadmodum in ultimo de Rep. libro, dei similes fieri nos posse demonstrat. Neq; enim a` deo inquit, unq̃ despicitur, quisquis conatur, ut iustus euadat, & ipsius uirtutis officio se se, quantũ licet, dei similẽ reddat. In Phædõe uero dei similitudinem per temperantiam, iustitiam'q; acquiri sic asserit. Non'ne beati, sancti'q; sunt, & in optimũ locum migrant, qui popularem, ciuilem'q; uirtutem, quam temperãtiam, & iustitiam uocant, exercuerunt? Interdũ igitur uitę finem esse dicit dei similem fieri, alias autem seq deum, ceu cũ inqt, Deus profecto, ut antiquus sermo testatur, principium, mediũ, finem'q; rerũ omnium continens, rectitudine perficit singula secũdum naturam undiq; circũcurrens. hunc semper iudiciũ sequitur iudex eorum, qui a` diuina lege discesserint. Cui qui beatus futurus est se sponte subiiciens, mitis, & modestus obtemperat. Nonnunq̃ utraq;, ut cum inquit. Animam uero deum sequentem, atq; illi consimilem, & cætera, quæ sequuntur. Etenim utilitatis principiũ bonũ ipsũ existit. hoc autem ex deo dictum est. Consonus ergo principio finis erit, dei similem effici, dei scilicet cœlestis, uel proculdubio supercœlestis, qui uirtutem qdem non habet, est tamen uirtu-

te præstantior. Quamobrem recte quispiam dixerit κακοδαιμονίαν, idest miseriam, dæmonis depravationem esse. εὐδαιμονίαν uero. i. beatitudinem bonũ dæmonis habitum. Tandem ue ro ad ipsam dei similitudinem accedemus, si conuenienti, natura utamur, moribus q̃, & uictu, ac sensu secundum legem, ratione q̃ præsertim, atq; doctrina, ut ab humanis negotiis longe ad modum alieni, diuinis q̃ contemplationibus dediti semper uiuamus. præpurgationes autem, & quasi purificationes quædã interioris dæmonis, si maioribus expiationibus opus fuerit, ipsæ mathematicæ disciplinæ erũt, p musicam, arithmeticã, astronomiã, atq; geometriã. Corporis quoq; cura per gymnasticã habenda est, qua promptius ad opera tum pacis, tum belli reddat'.

Caput XXXI. Definitio uirtutis, atque distinctio.

c Vm uero uirtus diuinus qdam thesaurus sit, ipsa quidem est affectio quædã animæ perfecta, & optima, ornatum, concordem, & stabilem efficiens hominem, tum ad agendũ, tum etiã ad loquendũ, & ad seipsum pariter, & ad alios. Ex uirtutibus aũt quædã circa partem rationalem sunt, quædã circa rationis expertẽ. Nã cum alia sit natura rationalis partis, alia irascendi potentiæ, alia etiam concupiscendi, diuersæ quoq; harũ perfectiones esse debebunt. Vnde ad primã prudentia, ad alterã fortitudo, ad postremã tempe rantia pertinebit. Et prudentia qdem bonorum, & malorũ indifferentium ue scientia est. Tem perantia ordo circa uoluptates, atq; libidines, eas obedientes rationi efficiens. Cum autem ordi nem, & obedientiam tribuimus temperantiæ, id sane` intelligi uolumus, quod uis quædam est, qua cupidines pedisequæ naturalis domini fiunt. fortitudo est legitimæ institutiõis, seu arduę, siue facilis seruatio, idest conseruatrix, & executrix facultas legitimi rõnis propositi. Iustitia est consensio quædã omnium animæ partium. qppe uis quædam est, per quam tres animæ uires sibi inuicem consonant, & unaquæq; secũdum dignitatem proprio munere fungitur, ut iustitia cõmunis quædam, & integra harum triũ uirtutum. prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ pse/ctio sit, dum ratio ducit, & imperat, reliquæ uero partes quæq; pro naturæ suæ officio superio/ri subiectæ, obedientes q̃ permanent. Quãobrem uirtutes coniugatione quadã se inuicem con sequi putandum est. Fortitudo enim cum sit institutionis legitimæ conseruatio, rationis rectæ conseruatrix erit. Recta autem ratio a` prudentia proficiscitur. Quin etiam prudentia cum forti tudine constat, bonorum nempe scientia est. nemo autem bonũ discernere potest, dum timidi/tate, perturbationibus q̃ illam sequentibus obcæcatur. Atq; eodem modo, neq; cũ intemperan tia prudens uir ullum habet cõmercium. Ac generatim qsquis perturbatione concitus quicquã præter rationem efficit, propter insciti am semper aberrat. prudentia uero rem propriã, & rem familiarem, & Remp. administrat. Et ut Remp. gubernat ciuilis scientia nũcupatur. cuius sunt officia duo, leges condere, & conditas exequi prima νομοθετικὴ, idest legum positiua, secun da δικαστικὴ, idest iudiciaria nominatur. Consyderat deniq; ciuilis peritia ea, quæ ad pacem, & quæ ad bellum pertinent, & in eo cum alia plurima, tum hoc præcipue, bellum ne ineũdum sit, an potius renuendum.

Caput XXXII. De amicitia.

a Micitia proprie nihil aliud est, q̃ beneuolentia mutua. hæc uero tunc existit, quando uterq; bonum alteri æque, ac sibi esse desyderat, quæ qdem æqualitas haud aliter q̃ per similitudinem moꝝ seruatur. Simile enim simili, ac moderato amicum est. Intẽ perata uero neq; inuicem, neq; moderatis cõgruere possunt. Dicuntur & aliæ quæ/dam, nec tamẽ sunt amicitiæ a` uirtute quodãmodo coloratæ. Cuiusmodi est naturalis parentũ ad filios, cognatorum q̃ ad inuicem beneuolentia. nec non ea, quæ ciuilis, ac rhetorica nuncu/patur. hæ siquidem non semper beneuolentiæ uicissitudinem habent. Species præterea quæ/dam amicitiæ, amatorius affectus est. Amor hõestus est animi generosi. turpis abiecti, medius deniq; medii. Enimuero quemadmodũ tres dispositiones sunt ratiõalis animi, bona uidelicet, malaq;, & media, ita tres amatorii sunt effectus inuicem specie differentes. Quod autem tres sint amores, fines illorum diuersi declarãt. Turpis quidem sola corporis uoluptatem sequitur. Ideoq; brutoꝝ passio est. Generosus uero nudum respicit animũ ad uirtutis officia promptum. Medius utrãq; diligit tum corporis, tum animi pulchritudinem. Atq; ille etiã, qui sumatur, neq; probus est, nec improbus. Quapropter amorem ad corpus ex parte aliqua declinantem dæmo nem potius, quam deũ appellare decet, nunq̃ in terrena corpora mersum, diuina ad homines, humana

humana rursus ad deos traiicientem. Cũ uero amatorius motus in tres ideas sit, quas diximus, distributus, boni quidem uiri amor passionis exps artificiosus quodãmodo est. unde & irratio/nali animæ parte sedet, eius q̃ cogitatiões huiusmodi sunt, discernere, qui ob animi dotes sit be neuolentia dignus, atq; eum sibi conciliare. deinde eius, quem amat, cogitatiões, appetitiões q̃, si generosæ sint, & ad bonum feruore quodã animi perferantur, laudat, & approbat. sin cõtra se habeant, nec assentabitur illi, neq; suauibus uerbis, obsequiis q̃ delinier, sed absterrebit poti/us, atq; docebit, nequaq̃ illi, donec talis sit, esse uiuendũ. promittet autẽ semper, ac porriget ea, quibus exercitatus is, quem amat, ad optimã frugem euadat. finis tandem is etiam, ut ex amo/re amicitia fiat.

Caput XXXIII. De speciebus reipublicæ.

r Erum publicarum quasdam præsupponendas esse dicit, quas in libris de Rep. tra/didit. In his enim priorem qdem concordem. secũdam uero dissidẽtem descripsit, inquirens, quænam istaꝝ præstantiores essent, & quo pacto constituerentur. est & apud eum instar diuisionis animæ Resp. quoq; in tria membra diuisa, in custodes, adiutores, artifices. primis autem consultationem, principatum q̃ tradit. secundis, propugnatio nem, siquando opus fuerit, quos iracundiæ comparat, quasi opem rationi ferentes. Postremis uero, artes, ac cætera ministeria. principes existimat philosophos, & contemplationi ipsius bo/ni deditos esse debere. hoc enim modo dũtaxat ipsos omnia recte gubernaturos, qppe nunquã humanum genus a` malis cessaturum, nisi aut philosophi regnẽt, aut dominãtes diuina quadã sorte philosophentur. Optime enim, & cum iustitia, tunc administrari Remp. cum unaquæq; ciuitatis portio suo munere fungitur. principes populi consultant, atq; decernunt. militares his obsequunt', atq; tutantur. reliqui uero superioribus libenter obediũt, qui neq; Reip. species in/duxit. primã optimatum gubernationem, quando uiri optimi præsunt. Secũdam ambitiosam, in qua fastu inflati homies dominant'. tertia popularem. quartã paucorum potentiã. Postremã tyrãnicam cunctaꝝ deterrimã. describit quoq; alias ex suppositione Resp. cuiusmodi est, quæ libris de legibus instituit', & quæ ex emendatione in epistolis extat. qua utitur aduersus eas ciui tates, quæ ægrotantes in libro de legibus relatæ sunt, quæ iam distinctã regionem nactæ sunt, & homines ex omni ætate electos, ita ut secundum diuersitates naturaꝝ, & regionum disципli/na propria importatione, & exportatione, & armatura indigere mõstrentur. q. n. mari finitimi sunt, nauigationi studebunt, & naualia prælia tractabunt, qui aũt continentem habitant, ad pe destrem pugnã aptiores erunt, & armaturã leuiorem, q montes colũt, grauiorem, q litora. nõ nulli uero ex iis equestrem pugnã exercebunt. In hac utiq; ciuitate mulieres cõmunes nequaq̃ instituit. est igitur ciuilis facultas uirtus contemplatiua simul, atq; actiua, quæ eligit, atq; propo/nit bonam ciuitatẽ, beatam q̃ efficere, & secũ maxime consentientem, eius q̃ proprium etiam imperare. unde & militares artes omnes subiectas habent.

Caput XXXIIII. De sophista.

h Actenus cuiusmodi sit philosophus, dictũ fuit. Sophista uero a` philosopho tam mo do quam materia discrepat. modo qdem, quod sequit' mercedes iuuenũ, bonusq;, & clarus uideri, quam esse mault. Materia autem quod philosophus circa illa, quæ semper eadem sunt, & eodem modo se habent, uersatur. Sophista circa id, quod mi nime est, cõtendit, atq; laborat, in prouinciã profecto, quæ ob tenebras difficile cerni potest re fugiens. Ipsi nãq; quod est, id, quod non est, haudquaquã ut ꝓtrarium opponit'. hoc. n. nec exi/stit, nec substãtiæ ullius est particeps, nec etiam intelligi potest. Quod quidem siquis proferre, uel cogitare cogatur, oberrabit, atq; tergiuersabitur, ex eo quod secum ipse pugnet, atq; diffide at. Ipsum uero, quod non est, quaten⁹ ꝓnũtiatum audit', haud sane` nuda est ipsius esse nega tio, sed cum suspicione quadam, & sub insinuatione alterius, quod qdem modo aliquo ipsum, quod est, comitatur. Quod nisi ipsa quoq; eo, quod non est, participassent, nequaquam ab aliis distinguerentur. Nunc autem quot sunt, quæ sunt totidem modis, quod non est profertur. Quod enim non est, unum aliquid eorum, quæ sunt, profecto non est.

Caput ultimum. De Epilogiis.

h Aec ad introductionem quandam in platonicam disciplinam dicta sufficiant, quo/rum quædam ordine suo tractata sunt, nõnulla, sine ordine certo, sparsim inducta. Veruntamen sic tradita sunt, ut horum uestigiis reliqua etiam Platonis sensa uena/ri liceat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SPEVSIPPI PLATONIS DISCIPVLI LIBER, DE PLATONIS DEFINITIONIBVS.

s

Empiternum, quod per omne tempus, & prius extitit, & núc eſt, nulli corruptioni obnoxiú. Deus, uiuens immortale per ſe ipſum ad beatitudinẽ ſufficiens, eſſentia ſempiterna, ipſius boni cauſa. Generatio, motus ad eſſentiam, acceptio eſſentiæ, proceſſus ineſſe. Sol, cœleſtis ignis, qui ſolũ ab ortu ad occaſum ab eiſdem aſpici poteſt, animal ſempiternum, aſtrum animatum, diurnum, ac maximum. Tempus, ſolis motus, progreſſionis menſura. Dies, ſolis iter ab ortu ad occaſum, lumen nocti contrarium.

Aurora, diei principium primũ a' ſole lumen. Meridies, tempus, in quo umbræ corporũ, quambreuiſſimæ ſunt. Occaſus, diei finis. Nox, umbra diei cõtraria, ſolis priuatio. Fortuna, motus ab occulto in occultum caſu quodam felicis actionis cauſa. Senectus, decrementum uitæ tempore factum. Ventus, agitatio aeris circa terram. Aer, elementum, cuius oẽs loci mutationes ſecundum naturam ſunt. Cœlum, corpus omnia complectens corpora præter ipſum ſupremum aerem. Anima, quod ſe ipſum mouet, uitalis motus, animantibus cauſa. Potentia, quod eſt per ſe ipſum efficax. Viſus, habitus, quo corpora diſcernunt. Os, medulla calore conſolidata. Elementum, ex quo componuntur, & in quod compoſita diſſoluuntur. Virtus, diſpoſitio, uel habitus optimus mortalis animantis per ſe laudabilis, habitus, ſecũdum quem quod habet, bonũ uocatur. Cõmunio, legum iuſta inſtitutio, qua quod præditum eſt, probum dicitur, habitus concordiã præſtans. Prudentia, uis, quæ per ſe ipſam ad beatitudinẽ humanã ducit, ſcientia bonorum, & malorũ, diſpoſitionem felicẽ præſtans, qua quid agendũ ſit, & quid non, diiudicamus. Iuſtitia, conſenſio animæ ad ſeipſam, eius'q; partium ordo ad inuicem mutuus, habitus unicuiq; pro dignitate diſtribuens, habitus, quo qui præditus eſt, ſemper quæ iuſta uidentur, eligit, habitus uitæ legibus obedientis, æqualitas cõmunicatiua, habitus, qui legibus rectis ſemper obtemperat. Temperantia, moderatio animæ circa naturales concupiſcentias, atq; uoluptates, compoſitio, ordo'q; animæ ad naturales uoluptates, atq; dolores. conſonantia animæ ad imperandum, & obediendum. uoluntaria eorum, quę ſecundum naturam ſunt, actio rationalis animæ cõuerſatio, quo ad honeſta, & turpia habitus, quo decentia eligimus, & ſeruamus. Fortitudo, habitus animę intrepidus, militaris audacia, peritia illorum, quæ ad bellum ſpectant. conſtantia animi aduerſus illa, quæ terrere ſolent. Audacia prudentię pediſequa. Intrepiditas in mortis expectatione. Affectio ſeruans in periculis rationale propoſitum. Robur contra periculum obſiſtens. Vigor tolerans omnia uirtutis gratia. perſeueratio animi in iis, quæ rectæ rationi audenda, uel metuenda uidentur. Obſeruatio eorũ, quæ ratio dictat in rebus pauẽdis. Rei militaris peritia, habitus in lege immobiliter perſeuerãs.

Conſtantia, poteſtas perferẽdæ moleſtiæ ſequẽtis ex iis, quæ recta ratio iuſſit, poteſtas, quæ nunq̃ deiicitur e' rationis ꝓpoſito. Sufficiẽtia, ꝓfecta bonorũ poſſeſſio, habitus quo unuſqſq; ſui ipſius dñs fit. Aequitas, Iuſtorũ, ꝓducentium'q; remiſſio. Moderatio in cõmerciis, Ordo rationalis aĩæ, quo ad honeſta, & turpia. Tolerãtia, ꝓpeſſio modeſtiæ, honeſti gr̃a, ꝓpeſſio laborũ, honeſti gr̃a. Audacia, ſecuritas, qua qs malũ neq; futurũ expectat, neq; præſens horreſcit. Indolentia, habitus, quo in dolores nunq̃ incidimus. Perſeuerantia, Affectio, quæ perficit quodcunque elegerit, ideſt tolerantia uoluntaria. Aduerſus labores inconcuſſus habitus. Pudor, Audaciæ remiſſio, eius, quod optimum apparet, ſpontanea, & libens acceptio, formido uituperationis ueræ. Libertas, uitæ dominium, Dominatio in omnibus abſoluta, licentia propria uitæ, Affectio in poſſeſſione, & uſu rerum minime parca. Liberalitas, habitus, qui in quærendis, erogandis'q; pecuniis decorum ſeruat, decens acquiſitio, accumulatio'q; pecuniæ. Manſuetudo, conſtitutio animæ aduerſus iræ impetum immobilis, Moderata temperies animæ. Modeſtia, uoluntaria ad id, quod optimum iudicatur, conceſſio, In geſtu corporis compoſitio. Beatitudo, bonum ex bonis omnibus accumulatum, poteſtas ad bene uiuendum ſeipſa ſufficiens, perfectio ſecundum uirtutem, ſufficiens uitæ commoditas.

Magnificentia, æſtimatio ſecundum rationem rectam, & honorandam. Induſtria, Ingenium animæ, quo quiſquis munitus eſt, in ſingulis, quod decet, facile coniicit, mentis acumen.

Frugalitas, rationalis uitæ ſimplicitas, morum'q; bonorum ſtudium. Bonitas, Affectio, qua eligimus

qua eligimus optima. Magnanimitas, moderatus contingentium uſus, Vrbana cum hominibus conuerſatio, Magnificentia animi cum ratione. φιλανθρωπία, ideſt humanitas, Affectio amicitiæ hominum conciliatrix, habitus hominibus beneficus, gratiarum redditio. Gratitudo benefica. Pietas, iuſtitia erga deum, affectio colens deum, uoluntaria ueneratio dei, recta honoris diuini ſcientia. Bonum, quod ſui ipſius gratia expetendum. Intrepiditas, habitus, per quem timoribus nullis mouemur. Sanitas animæ, habitus affectibus non ſuccumbens. Pax, quies, qua ab inimicitiis belli ceſſamus. Humilitas, facilitas animæ omnis expers iracundiæ. Aſtutia, affectio, qua finem proprium coniectamus. Amicitia, conſenſio in rebus honeſtis, & iuſtis eiuſdem uitæ electio, conſenſus in deliberando, atque agendo, concordia in communione uitæ, cum beneuolentia, communio in dandis, accipiendis'q; beneficiis. Generoſitas, uirtus ingenui moris, facilitas animi ad dicenda pariter, atque agenda.

Electio, approbatio recta. Beneuolentia, electio hominis ad hominem grata, atque acceꝓta. Propinquitas, communio in eodem genere. Conſenſio communicatio rerum omnium, cogitationum, ſuſpicionum'q; concordia. Charitas, integra animi declaratio, ciuilis ſcientia honeſtorum, atque utilium, Scientia iuſtitiam inducens in Remp. Societas, amicitia ex diuturna æqualium conſuetudine conflata. Sagacitas, innata ratiocinandi uirtus. Fides, recta præſumptio, quod ſic ſe res habeat, ut ſibi uidetur, morum ſtabilitas. Veracitas, habitus in affirmando, atque negando rectus, ſcientia ueri. Voluntas, appetitus ſecundum rationem rectam affectus rationalis, affectus cum ratione ſecundum naturam tendens. Conſilium, admonitio alterius de agendarum rerum ratione. Opportunitas, imminentia temporis, in quo uel agere, uel pati quicquam oporteat. Cautio, declinatio mali, diligentia cuſtodiendi. Ordo, concentus operationum ad inuicem, communis proportio, uiciſſitudinis in omnibus cauſa, contemperatio ad percipiendum idonea. Attentio, intenſio animi ad diſcendum. Ingenium, diſcendi uelocitas, genitura bona naturæ, uirtus inſita in natura. Docilitas, ingenium animæ ad uelociter percipiendum. Iudicium, rata pronuntiatio de eo, quod in diſceptationem uenit. Lex, norma, ad quam quæritur, an quis iniuriam intulerit, nec'ne.

Legitima ciuilitas, bonis legibus obedientia. Gaudium, lætitia in operibus temperantiæ.

Honor, bonorum largitio propter uirtutis officium, æſtimatio, ac dignitas uirtute acquiſita, figura uenerationis, conſeruatio dignitatis. Promptitudo, patens expeditio propoſiti ad res agendas. Gratia, uolũtaria beneficentia, redditio boni obſequii in tempore opportuno.

Concordia, conſenſus imperantium, & ſubditorum in imperandi, obediendi'ue ratione.

Resp. cœtus multorum hominum ad felicitatem per ſe ſufficiens, legitima multitudinis conſpiratio. Prouidentia, præparatio ad futura. Conſultatio, conſyderatio futurorum quonam pacto conferant. Victoria, uis in certamine ſuperans. Facundia, perſpicacia, & facultas obtinendi, quod propoſitum eſt. Donum, mutua gratiarum relatio. Occaſio, flos ipſe temporis rebus agendis conferens. Tempus bonam quandam ferens opem. Memoria, diſpoſitio animæ, inhærentem illi ueritatem cuſtodiens. Intelligentia, cogitationis intenſio. Intellectio, ſcientiæ principium. Sanctimonia, cautio declinans a' peccatis, quæ aduerſus deum committuntur, diligens obſeruatio diuini cultus ſecundum naturam.

Diuinatio, ſcientia rerum abſque demonſtratione præſaga. Vaticinium, ſcientia, qua dinoſcitur quid adſit, quid'ue futurum ſit mortali uiuenti. Sapientia, ſcientia, quæ nihil penitus præſupponit, ſcientia eorum, quæ ſemper ſunt, ſcientia, quæ rerum omnium cauſam contemplatur. Philoſophia, appetitus ſapientiæ, contemplatio ueritatis, ut ueritas eſt, cura animæ ſecundum rectam rationem. Scientia, comprehenſio animæ immutabilis. ratione, uis comprehenſiua alicuius, uel quorundam ratione immutabilis. ratio uera in cogitatione immutabilis. Opinio, perceptio cum fide per ratiocinationem rationis diſcurſus, cogitatio incidens in uerum, & falſum per ratiocinationem. Senſus, animæ progreſſus, mentis motus, nuntiatio animæ per corpus in formas hominum, a' qua fit irrationalis animę uis per corpus noſcens. Habitus, affectio animę, ſecundum quam quales dicimur. Vox, prolatio ex ore ſecundum cogitationem. Oratio, uox, quę ſcribi poteſt, pronuntiatiua cuiuſque rei, compoſitio ex uerbo, ac nomine, ſine harmonia cantus. Nomen, dictio ſimplex ſignificatiua eius, quod ſecundum eſſentiam prędicatur, & omnis, quod ſecundum ſeipſum minime dicitur. Dictio, uox hoĩs, quę ſcribi poteſt, & ſignũ quoddã cõmune, abſq; cantus harmonia ſignificans. Syllaba, articulus humanæ uocis, qui ſcribi poteſt. Defi-

nitio, oratio ex genere, differentia'q; compoſita. Coniectura, rei latẽtis indicium. Demonſtratio, ratiocinatio uera, oratio oſtendens aliquid per præcognita. Elementum uocis, uox ſimplex, cauſa'q;, quod cæterę uoces, uoces ſint. Vtile, cauſa, quod unũquodq; bene afficitur, cauſa cuiuſdam boni. Conferens, quod in bonum fert. Pulchrum, quod bonũ. Bonum, quod in omnibus, quæ ſunt, ſalutis eſt cauſa. cauſa omnis, quod ad ipſum tendit id, à quo ueniunt quæcunq; ſunt eligenda. Temperamentum, ornamentum animi. Ius, legis inſtitutum, a' quo iuſtitia prouenit. Voluntarium, quod ſeipſum ducit. quod per ſeipſum eligendum, quod cogitationem perficit. Liberum, quod ſibi ipſi dominatur. Moderatum, medium inter exceſſum, atq; defectum, ſecundum artem ſufficiens. Menſura, medium exceſſus, atq; defectus. Palma, uirtutis prẽmium ſui ipſius gratia exoptandum. Immortalitas, eſſentia uiuens, & ſempiterna perſeueratio. Sanctum, dei cultus, quod deo gratum. Celebritas, tempus ſecundum leges ſacrum. Homo, animal ſine pennis, bipes, latis unguibus, quod ſolum ex animantibus ſcientiæ rerum per rationes ſit particeps. Sacrificium, hoſtiæ donum deo exhibitum. Votum, precatio hominum ad deũ, qua uel bona, uel quæ bona uidentur eſſe flagitant. Rex, imperans ſecundum leges, nulli ſubiectus, irreprehenſibilis, ciuilis ordinis inſtitutor. Principatus, prouidẽtia uniuerſi. Licentia, legis conceſſio. Legiſlator, author legum, quibus gubernari ciuitas debet. Lex, ciuilis inſtitutio multitudinis, abſq; certi temporis termino. Suppoſitio, principum indemonſtrabile, ſermonis ſummula. Decretum, inſtitutum ciuile ad certum tempus reſpiciens. Ciuilis homo, peritus eorum, quę ad adminiſtrationem Reip. pertinent. Ciuitas, habitatio multorum hominum cõmunibus utentium legibus, cœtus hominũ iiſdem legib⁹ ſubiectoꝝ. Ciuitatis uirtus, recta Reip. cõſtitutio. Militaris uirtus, experientia in bello. Salus, munitio ab oĩ dãno ſecura. Tyrannus, imperans ciuitati ſecũdum ſententiam propriã. Sophiſta, iuuenum nobilium, atq; diuitum mercenarius uenator. Opulentia, poſſeſſio rerum ſic moderata, ut ad felicitatem conferat, abundantia rerum ad beatitudinem conferentium. Depoſitum, tributio cum fide. Purgatio, deteriorũ a' melioribus ſegregatio. Vincere, aduerſarium ſuperare. Homo bonus, qui huiuſmodi ẽ, ut homini bona reddat. Tẽperans, q mediocres ꝓcupiſcentias habet. Continens, q partes animæ rationi repugnantes cohibet. Probus, qui perfecte bonus, qui propriã ſui uirtutẽ habet. Conſcientia, cogitatio triſtis abſq; ratiocinatione. Indocilitas, tarditas ad diſcendũ.

Dominatio, principatus iuſtus, nulli ſubditus. Aphiloſophia, habitus, quo quis rationes odit. Metus, concuſſio animæ in expectatione mali. Animoſitas, impetus uiolentus, irrationalis animæ abſq; rõne, & ordine mentis. Pauor trepiditas in expectatione mali. Adulatio, cõuerſatio ad uoluptatem abſq; rõne boni, habitus ad oblectationem conſuetudinis tendẽs, mediocritatem'q; tranſgrediens. Ira, prouocatio iraſcibilis animę partis ad ulciſcẽdum.

Contumelia, iniuria, quæ per contemptum infertur. Incõtinentia, affectio trahens ad ea, quæ iucunda uidentur præter rectæ rationis iudicium. Pigritia, fuga laborum, qui ex gubernando proueniunt. Timiditas, prima cauſa ſub currentis impetus. Calũnia, diſſenſio amicorum uerbis facta. Opportunitas, tempus, in quo unũquodq; aptum eſt uel pati, uel agere.

Iniquitas, habitus, qui leges deſpicit. Indigentia, bonorum diminutio. Verecũdia, formido in expectatione infamiæ. Oſtentatio, affectio, quæ ſibi uendicat ea bona, quæ minime adſunt. Peccatum, actio præter rectam rõnem. Inuidia, triſtitia ex amicorũ bonis, ſeu præſentibus, ſiue præteritis. Impudẽtia, habitus animæ infamiam lucri cauſa ſubiens. Ferocitas, exceſſus audaciæ, haud metuens, quæ metuenda ſunt. Ambitio, habitus animæ omnes honoris gratia ſumptus admittens præter rationis normam. Degeneratio, prauitas in natura, declinatio ab eo, quod ſecundum naturam morbus eius, quod ſecundum naturam.

Spes, expectatio boni. Furor, corruptio æſtimationis ueræ. Loquacitas, reſoluta loquendi ſine ratione intemperantia. Contrarietas, diſtantia maxima illorum, quæ ſub eodem genere per quaſdam differentias continentur. Inuoluntarium, quod pręter ſententiam factum. Diſciplina, facultas animam curans. Eruditio, diſciplinæ traditio. Legum inſtitutio, ſcientia ciuitatem tumultu uacuam reddens. Monitio, ſermo ex ſententia caſtigans, ſermo ab erroribus abſterrens. Auxilium, expulſio mali uel adulti, uel etiam imminentis. Caſtigatio, curatio animæ ob commiſſa ſcelera. Poteſtas, excellentia in agendis, ſeu dicendis habitus, quo potentes efficimur. Robur, uis unũquodq; in natura ſua ſeruãs eo, quod detrimenta deuitat.

Pythagorę

Pythagoræ philoſophi aurea uerba.

Immortales primũ deos, ut leges iubent, honora. Iuſiurandũ cole, deinde beatos heroes. Terreſtres poſtea dęmões. Quæ lege iſtituta ſũt, ſerua. Honora parẽtes, atq; ꝓpinquos. Ex aliis hominibus illũ tibi amicũ facias, q ſit uirtute præſtantior. Cede mitibus uerbis, operibus'q; utilibus. Ne amicũ tuũ erroris exigui cauſa aduerſum tibi reddas, feras quoad poſſis. Poteſtas aũt iuxta neceſſitatẽ habitat. Hæc ita conſydera. ab iis aũt abſtine, a' uentre primũ, ſomno deinde, luxuria'q;, & ira. Nihil turpe cõmittas, neq; corã aliis, neq; tecũ. Maxime oĩum uerere te ipſum. Iuſtitiam exerce uerbo ſimul, & opere. Conſueſce nihil ſine ratione facere. Scito mortẽ fato eſſe oĩbus inſtitutã. Pecuniam in tempore cumulare, & rurſus, cũ res poſtulat, erogare diſcito. Eoꝝ, quæ fortuitis caſibus aduerſa contingũt hominibus, quãcũq; ſortem habueris, ſine perturbatione feras. Mederi oportet quoad poſſis. Scito non multa ex iis fortunã hominibus bonis afferre. Multi, uarii'q; ſermones, partim boni, partim mali uulgo circũferuntur, qbus ne mouearis, neq; te coerceri permittas. Siqd uero falſum dicatur, moderate feras. Quod tibi nunc dico, oĩno pficito. Nemo te aut agendo, aut dicẽdo ad id inducat, quod tibi non ſit melius. Conſule ante opus, nequid temere agas. Miſeri qppe hominis eſt, aliqd dicere, uel agere temere. Ne facias ea, quæ quãdoq; te poſſint afficere pœnitentia. Quæ ignoraueris ne facias, ſed quantum neceſſe eſt, diſce. Atq; ita uitã iucũdiſſimã tranſiges. Sanitatem corporis ne neglexeris, ſed menſurã cibo, potui'q;, & exercitationibus adhibe, menſuram uero illã dico, quæ nullis te moleſtiis afficiet. Puro, & ſine delitiis uictui conſueſce. Illa deuita, quæ inuidiam concitant. Ne fortũæ bona præter opportunitatem effundas, neq; ſis illiberalis. mediocritas enim in omnib⁹ optima. Ne feceris, quæ te lædere poſſint. Ante opus conſydera. Ne te prius molli ſomno tradideris, q̃ diurna opera ter mente reuolueris. Qua' tranſiuit'qd egit'qd quod agendũ fuerit, prætermiſit'a' primo incipiens, diſcurras ad reliqua. Cum turpe qd feceris, te ipſum crucia. Cũ uero bona perfeceris, tibi congratulare. Hæc exercere, hæc meditari, hæc te amare oportet. hæc te in diuinæ uirtutis ueſtigiis collocabũt per eum, q animo noſtro quadruplicẽ fontem perpetuo fluẽtis naturæ tradidit. Exi ad opus, cũ diis uoueris. Nã iſta ſi tenebis, cognoſces immortaliũ deoꝝ, mortaliũ'ue hominum conditionẽ, qua procedũt, & continent' omnia. Cognoſces quãtum fas eſt, naturã circa omnia ſimilẽ. ne te ſperare contingat, quæ ſperanda nõ ſunt, neq; te qcquã lateat. Cognoſces hoĩes, cũ ſuoꝝ ſint malorũ cauſa, miſeros eſſe. qui bona, quæ prope ſunt, nec uidẽt, nec audiũt. Solutionẽ uero malorũ pauci admodũ intelligũt. Tale fatum lædit mentes hoĩum, q reuolutiõibus qbuſdam ex aliis ad alia ferunt', infinitis malis obnoxii, letifera diſcordia inſita latenter obeſt, eam tu cedẽdo deuita, & poſtq̃ uenerit, ne exaugeas. O' Iupiter pater, uel a' malis hoĩes libera uel oſtende illis, quo dæmone utantur. At tu confide, quoniã diuinũ genus hominibus ineſt. his. n. ſacra natura proferens uniuerſa demonſtrat. Quoꝝ ſiqd tibi fuerit reuelatũ, abſtinebis ab iis, a' qbus abſtinendũ iubeo. Quod ſi medicinã adhibueris, animã ab his laboribus liberabis. Veꝝ abſtine a' mortalibus, quæ ſupra diximus in purgatione, ſolutione'q; animæ. Recto iudicio conſydera ſingula. optimam deinde ſententiam tibi uelut aurigam præpone.

Corpore depoſito cum liber ad æthera perges,
Euades hominem, factus deus ætheris almi.

Symbola Pythagoræ phyloſophi.

Cum ueneris in templum, adora, neq; aliqd interim, quod ad uictũ pertineat, aut dicas, aut agas. Ex itinere præter propoſitum nõ eſt ingrediendum in templum, neque orandum, neq; etiam ſi prope ueſtibulum ipſum tranſiueris. Nudis pedibus ſacrifica, & adora. Populares uias fuge, per diuerticula uade. Ab eo, quod nigram caudam habet, abſtine, terreſtriũ enim deorum eſt. Linguam in primis coerce deum imitans. Plantibus uentis echon adora. Ignem gladio ne ſcalpas. Omne acutum abs te dimoue. Viro, qui pondus eleuat, auxiliare, non tamen cum eo deponas, qui deponit. In calceos dextrum præmitte pedem, in lauacrum uero, ſiniſtrum. De rebus diuinis abſque lumine ne loquaris. Iugum ne tranſilias. Stateram ne tranſilias. Cum domo diſceſſeris, ne reuertaris, furiæ enim congredientur. Ad ſolem uerſus ne mingas. Ad ſolem uerſus ne loquatis. Oleo ſedem ne abſtergas. Gallum nutrias quidem, ne tamen ſacrifices, ſo-

ſi enim, & lunæ dicatus eſt. Super modium ne ſedeas. Animalia recuruis unguibus ne nutrias. In uia ne ſcindas. Annulum ne feras. Dei figuram ne inſculpas annulo. Ad lucernæ lumen ne te ſpeculo contempleris. De diis, rebusq; diuinis nihil tam mirabile dicitur, quod non debeas credere. Riſu effuſo abſtine. Iuxta ſacrificium ne incidas ungues. Dextram ne ad omnia facile iniicias. Stramẽtis ſurgens collige ipſa, figuramq; confunde. Cor ne uores. Cerebrum ne edas. Capillorum, & unguium ſuperfluitates, poſt quam abſcideris, peſſunda. Rubrum aliquid ne ſuſcipias. Ollæ ueſtigium in cinere cõfunde. Aurum habenti ne hæreas in filiorum generatione. Honora in primis figuram, & arã, figuram, ac pretium denariorum trium. Fabis abſtine. Herbam molochinam ſere, ne tamen edas. Hirundinem domi ne recipias. Ab animalibus abſtine. Fugare decet omni ſtudio, uniuerſisq; machinamentis, ferroq;, ac igne abſcidere a` corpore, morbum. a` uictu, luxum. ab animo, ignorantiam. domo, diſcordiam. ciuitate, ſeditionem. ab omnibus deniq;, intemperantiam.

¶ PRÆFATIO Marſilii Ficini Florentini in traductionem libri Xenocratis Platonici, de morte ad clariſſimum uirum Petrum medicem.

c Oſmus Italiæ decus Petre Medices, cũ rebus geſtis, tum etiam te tanto filio felix, non modo rerum humanarum prudentia, uerum etiam ſapientia diuinarum mirã ſibi gloriam comparauit. Qui cum nullum uitę tẽpus, uel in ſummis negotiis abſq; conſortio muſarum trãſegerit, in ſenectute præcipue philoſophiæ ſtudiis, ſacrisq; literis totum ſe tradidit. Vtq; in primis philoſophiæ ſacris initiaret, nõnullos Ariſtotelis libros conuerti ab Ioãne Argyropylo uiro doctiſſimo uoluit, eosq; diligentiſſime legit. Deinde ne intima ſapientiæ ipſius arcana ſibi deeſſent, Diui Platonis libros decem, et unum Mercurii e` grẽca lingua in latinam a` nobis transferri iuſſit, qbus omnia uitæ præcepta, oĩa naturæ principia, omnia diuinarum rerum myſteria ſancta panduntur. Hæc omnia Coſmus & accurate legit, & abſolute comprehendit. Cumq; Platonis librum de uno rerum omnium principio, & de ſummo bono iã peregiſſet, duodecima deinde die, quaſi ad id principium, bonumq; fruẽdũ rediturus, ex hac uitę umbra ad ſupnã lucẽ reuocatus acceſſit. Cuius deceſſu grauiter & patria, & academia gemeret, niſi Petrus parẽti q̃ſimillimus ſupeſſet, in cui⁹ prudẽtia, atq; pietate patria ſpẽ ſuã firmet, & academia ꝙquieſcat. Die aũt. XX. ante q̃ corpis uinculis purus ei⁹ ſpũs ſolueret, ſole iã occidente cœpit huius uitæ miſeriã deplorare. atq; ita in errores mortaliũ inuehi, ut lucrũ quoddam diceret eſſe mortem. Vbi permulta & acute, & copioſe de huius uitæ contẽptu diſſeruit, ut pote qui iam ad ſupernam beatitudinem adſpiraret. Cum ille finem dicendi feciſſet, hæc eadem Coſme inquam Xenocrates uir ſanctus, atque dilectus Platonis noſtri diſcipulus in libro de morte tractauit. Tum ille referas inquit, latine, Marſili, q̃ grẽce Xenocrates diſputat. Retuli. probauit. Transferri iuſſit. Tranſtuli. tuo nomini dedicaui. Vt cum breue quidem hoc, ſed pretioſiſſimũ opuſculũ legeris, quãtũ in hac uita ſperãdũ ſit, cogites, quantũ ſua cuiq; mors uel parẽtum, uel filiorum lugenda. Hæc igitur lege feliciter. Academiæ columen. Ac diu uiue, ne Coſmo carere nos aliquando ſentiamus.

XENOCRATIS PHILOSOPHI PLATONICI LIBER DE MORTE, TRANSLATVS E` GRÆCA LINGVA IN LATINAM A` MARSILIO FICINO FLORENTINO AD CLARISSIMVM VIRVM, PETRVM MEDICEM

Socrates, Clinias, Axiochus.

c Vm in Cynoſargẽ pficiſcerer, & Iliſſo iã applicarẽ, uocẽ cuiuſdã noſe me uocãtis audiui. Cõuerſus ãt Cliniã uidi Axiochi filiũ, uerſus fontẽ Calliroẽ currẽtẽ, unaq; cũ eo Damonẽ muſicũ, Charmidemq;, filium Glauconis. Quorum ille quidẽ muſicæ præceptor, hic autẽ mutua quadã beneuolentia coniunctus erat. Viſum igitur mihi eſt, ut retrocederẽ, illisq; obuius fierẽ, ut ocyus, & facilius ꝙgrederemur. Lachrymãs uero Clinias Socrates inqt, prẽſens tps exigit, ut illã, quã ſemp prędicas, ſapientiã nobis oſtẽdas. Pater enĩ meus repẽtino quodã, & intolerabili morbo preſſus eſt, & morti proximus eſſe, eamq; moleſte ferre uideẽ, quãuis olim eos, q mortẽ expaueſcerent, quaſi laruarũ uultus horrerent, irriſerit. Veni obſecro, eumq;, ut ſoles, corripe, ut

facile ferat neceſſitatem. Congredere ergo nobiſcũ, unaq; cũ aliis, pium opus exequere. So. Honeſti, oꝰ Clinia uoti, quãtum in me eſt, cõpos efficieris. præſertim cum ſanctũ opus ſit, quod iubes. properemus itaq;. Si enim ſic ſe habet, properandum eſt. Clinias. Cum primum te, oꝰ Socrates uiderit, conualeſcet. Et n. ſæpe contigit, ut quodãmodo reſipiſceret. Ergo ſecus muros peritonios agros ad eum perreximus. Prope` enim portas, uerſus colũnam amazonidem habitabat. Inuenimusq; illum iuncturis ualidum, & robuſtum corpore, ſed animo imbecillum, & conſolatione admodum indigentem, reſpirantem ſæpe, trahentemq; ſuſpiria, multis cum lachrymis, & percuſſione palmarum. Quæ cũ uidiſſem, quid hoc oꝰ Axioche inquam? Vbi nam priſtina illa tua, & iactabunda conſtantia? ubi perpetuæ uirtutum laudes? Vbi mira tui animi magnitudo, atq; audacia? Vt enim luctator ignauus in gymnaſiis generoſus apparens, in certaminibus ſubcubuiſti, cur naturæ ipſius ordinẽ non conſyderas? cum ſis uir tantus, & tot inſuper diſciplinis imbutus, etſi nihil aliud, Athenienſis tamen. An nõ tenes uulgatã illam, tritãq; ſententiã, qua dicitur pegrinationem quãdam uitam hanc eſſe, & oportere nos recte, & æquo animo peregrinantes, haud ægra ſane`, ſed læta mente ad id, quod debitum, & neceſſarium eſt accedere? Mollities autem hæc non ætati maturæ, ſed infanti conueniens. Axiochus. Hæc oꝰ Socrates recte dici uidentur. Verum neſcio quomodo imminente diſcrimine ſermones ipſi de tolerãtia copioſi clanculum euaneſcũt, & negliguntur. Suboritur autem repugnans quidã paruor animũ undiq; circũcutiens. Heu hac luce, iisq; bonis priuabor. Iacebo obſcurus, guſtu, uiſuq; captus putreſcam. In uermes, ferasq; conuertar. So. Coniũgis oꝰ Axioche abſq; rationis examine, cum ſenſus priuatione ſenſum, ac tibi ipſi & loquendo, & angẽdo repugnas, nec aduertis qd` ſimul de ſenſus priuatione conquereris, & mœres ob putredinẽ, amiſſionemq; bonorũ, tanq; in aliam uitam tranſiturus, potius quam in ſenſus omnis priuationẽ aliquando migraturus, priuationẽ inq; talem, qualis ortũ præceſſit. Vt enim in rep. Draconis, uel Cliſtenis nihil tibi contigit mali, tu enim non eras, circa quem eſſet malũ, ſic poſt mortẽ nullũ tibi aduerſum. tu nãq; non eris, circa quem futurum ſit malũ. Omnes igitur huiuſcemodi nugas abs te pelle. Idq; conſydera, quod diſſoluto eo, quod compoſitũ fuit, & anima in locũ proprium abeunte, hoc, quod reſtat, terrenũ, & irrationale corpus, homo nullo modo eſt. Nos n. ſumus anima immortale animal, in habitaculo mortali clauſum. Idq; umbraculũ nobis ad malũ natura conſtruxit. Cui quæ dulcia ſunt, adulterina, fluxa, & plurimis permiſta moleſtiis, quæ uero moleſta, integra, diuturna, ſuauium q expertia. Accedunt tumores bilis, atq; pituitæ, ac ſenſuũ morbi, nec non corruptiones uiſcerum. quibus anima neceſſario condolet, per ſingulos diffuſa meatus, ut ſingula uinciat. Quo fit, ut cœleſtem, cognatumq; ætherem iam deſyderet, ſitiatq; uitam chorumq; ſupernũ. Nam uitæ huius amiſſio a` malo in bonum eſt tranſitus. Axiochus, cũ malam iudices hanc uitam oꝰ Socrates, qd in ea permanes? prẽſertim cum iſta potiſſimum mediteris, aliorumq; curator exiſtas, & mente cæteros antecellas? So. Axioche. haud ſatis mihi uerus es teſtis. Exiſtimas enim quemadmodũ Athenienſis populus, poſtquam reꝝ ſcrutator ſum, me aliqd ſcire. Ego autem optarem quidem communia iſta cognoſcere, nedum ſuperuacua calleam. Quæ uero diximus, Prodici ſapientis declamationes ſunt, partim qdem duabus tertiis, partim duabus dragmis, partim quatuor empta. gratis ſane` is nullum erudit. Ac ſemper habet in ore Epicharmi illud. Manus manũ lauat. Dans aliqd, aliqd accipe. Superioribus autem diebus tot contra uitam intulit, ut parum abfuerit, quin ego uitam finirem, & ex illo tempore, cõtinue animus meus, oꝰ Axioche moriẽ. Axioch⁹. quæ ſunt igiẽ ea, quæ dixit. So. Referam omnia, quorum apud me memoria reſtat. Inquit enim, quę pars uitæ non plena maliſ? An non uix natus infans eueſtigio lugeẽ? uitamq; inchoat a` mœrore? Nec ullus abeſt dolor. Sed uel propter indigentiam, uel frigus, uel calorem, uel percuſſionem plorat. non dũ poteſt uerbis, quæ patitur explicare. flet autem, atq; uociferat, unamq; hanc habet uocem moleſtiæ ſignum. cũ uero ſeptimum ætatis annum impleuerit, plurimis laboribus oneratur. Surgunt nimirum pędagogi, grãmatici, gymnaſtici, pedotriuæ, illiq; non ſecus dominanẽ, ac tyranni. Cum pauliſper adoleuerit, cenſores arithmetræ, geometræ diſtributores, & innũeri præter iſtos domini præſunt. ephebum uero metus circumuenit, atq; mancipat, liciũ & academia gymnaſii principatus, ſceptra, malorumq; immoderatio prorſus occurrũt, omnisq; adoleſcentis anguſtia ſub morum cenſoribus, conſilioq; Areopagitarum electis conſiſtit. cum iſtorũ dictione ſolutus fuerit, curę, conſultationesq; ſurrepunt, dum quem uitæ callem ingredi deceat, diſceptatur, adeo ut ſequentium comparatione laborũ præcedentia illa leuia uideanẽ, & ſolis infantibus metuenda. Expeditiones belli, ac uulnera, frequentiaq; certamina ſurgunt. Demũ ſenectus ipſa clam ſerpit, in quam

omne naturæ ſordidum, & inſanabile malum confluit, & niſi quis ſtatim, ut debitum reddat uitam, natura tanquam quęſtuaria inſtat, atque pignora exigit, ab hoc uiſum, ab iſto auditum, ab illo utrunq; quod ſi reſiſtat quis, diſſoluit, inficit, mutilat, atq; obtruncat, nonnulli ad extremum uſque ſenium uiuunt, ſed mente bis pueri decrepiti fiunt. Quapropter deus rebus hominum prouidens, quos amat, breui ad ſe ex hac reuocat uita. Itaq; Agamedes, atq; Trophonius, cum moliti eſſent deo pythio templum, quod'ue optimum foret, precarentur, cõfeſtim ſomno preſſi nunquam poſtea ſurrexerunt. Idem quoq; argiuæ Iunonis ſacerdotibus cõtigit, cum matter illorum ab Iunone pietatis filiorum munus aliquod poſtularet. Nam tardante iugo, ſubeuntes ipſi matrem in templum tranſportauere. Cum'q; deo uouiſſent noctu e` uita migrarunt, prolixum eſſet poetarum referre ſententias, qui diuinis poematibus calamitates humanæ uitæ deplorant. Vnum referam poetam clariſſimũ ita dicentem. Statuerũt dii, ut mortales miſeri in mœrore perpetuo uiuerẽt. Nec eſt in terra quicq̃ homine miſerabilius. Itaq; aiũt Amphiaraum ab Ioue, atq; Apolline ſummo quodam affectu fuiſſe dilectum, neq; tamen ſenium attigiſſe. Quid autem tibi de illo uidetur? qui naſcentem iubet miſeriam ſuæ uitæ lugere. Verum iam deſinam, ne præter id, quod propoſitum eſt, peruagari longius uidear. Quis eſt autem, qui nõ de ſtudio, atq; arte, quam elegit, ſummopere cõqueratur? mercenarios, mechanicos'q; artifices diſcurramus, ex nocte in noctem laborantes, & uix ea, quæ ad uictum neceſſaria ſunt, acquirentes, Queruli porro` uiuunt, nocturnas'q; uigilias fletu ac lachrymis complent. Quid dicam de nautis? Quot periculis ſubiiciunt'? Recte ſiquidem Bias, nautam nec in defunctorum, nec in uiuentium numero computat. homo nãq; terrenus tanquam utriuſque, ac dubiæ uitæ particeps, ſeſe mergit in aquam, totus fortũæ ſubiectus. At ſuauis eſt agricultura. Eſto, ſed non'ne, ut aiũt, tanq̃ ulcus occaſionẽ triſtitiæ ſemper inuenit? Nũc ſane` ariditatem accuſat, & gemit, nunc imbres, nunc ęſtum, exuſtionem'q;, nunc uermiculos, nunc caloręm, nũc frigus intempeſtiuum. Horum uero Reip. ſtudiũ, ut multa ptranſeam, quot malis, erumnis'q; torqueť? Lętitiã qdẽ habet pituitæ, uel bilis ęſtuantis inſtar mobilem, tumidã, fallacem, & turbulẽtam. Iacturam uero triſtem, & moribus mille deteriorem. Quis autẽ põt eſſe felix, dum ad turbæ nutum uiuit, irrideť, atq; explodiť, quaſi ludus quidam, & fabula uulgi, concuſſus, exſibilatus, multatus, miſerabilis, atq; pditus? Vbi nã o' ciuilis Axioche Milciades obiit? Vbi Themiſtocles? Vbi Ephialtes? Vbi duces reliq? His equidem rebus inhiaui nũquã. Neq; enim honorandum mihi uidetur, dementi in populo magiſtratibus fungi. Qui autem circa Theramenẽ, & Calixenum poſtridie præſides inſidiatores ſubigentes in diſcreta homines morte damnarunt. Quibus tu una`cũ Eriptolemo tribus millibus ęcionantibus repugnaſti. Axiochus. Vera narras o' Socrates. Atqui ex eo tępore in hunc uſq; diem uitaui tribunal, neq; difficilius, ac durius qcquã Reip. gubernatiõe uiſum eſt. Perſpicuũ hoc eſt iis, qui ipſi ciuilia tractant. Tu uero de his ita loqueris, tanquã eminus e`ſpecula quadã hęc intuitus. Nos profecto perſpicacius iſta callemus, q in ope ipſo uerſamur. populus nępe o' amice Socrates, ingratus, irritator, infenſus, crudelis, inuidus, rudis, ex ęfluẽte turba, atq; nugis coaceruatus. & quiſqs huic familiariter ſe accommodat, longe eſt illo miſerior. So. poſtquã o' Axioche diſciplinam præ cæteris liberalem maxime omnium iudicas deuitandam, quid de reliquis exiſtimandum? non'ne ſummopere fugiendas? Audiui pręterea Prodichũ quandoq; dicentem mortem nec ad uiuos, nec ad mortuos pertinere. Axioch9 qua ratione o' Socrates? So. quoniam circa uiuentes mors non eſt, defũcti uero nõ ſũt. Quamobrem neq; circa te nunc eſt, non dũ enim es mortuus. Neq; etiam ſi deceſſeris, circa te erit. Tu nanq; non eris. Inanis igitur dolor eſſet, ſi Axioch9 id lugeret, quod nec eſt circa Axiochũ, neq; erit in poſterum. Nam perinde faceres, ac ſi Scyllam, Centaurum'q; horreres. quandoquidem hęc monſtra neq; circa te ſunt, neq; erunt aliquando. Quod enim metuendum, atq; horribile, iis qui ſunt, accidit. at iis, qui non ſunt, nihil expaueſcendũ. Axiochus. Tu quidem iſta ex leui illa, quæ iam paſſim uulgata eſt, loquacitate colligis. inde enim eſt hęc inanium uerborum copia, gratia adoleſcentulorum compoſita. Ego autem, quod huius uitæ bonis priuor, lugeo, etiam ſi ualidiores ſuperioribus rationes adduxeris. Mens quippe fluctuans ornatum uerborum non intelligit, neque colores orationis attingit. Pompam, ſplendoremque ſermonis, & ſi audit, negligit, & a` ueritate procul abeſt, Sophiſmatum quoque captiunculas minime ſtinet. Sola hæc attendit, quæ pulſare omnino, & penetrare animum poſſunt. So. Abſque ratione Axioche malorum ſenſum cum bonorum priuatione coniungis, latetq; te mortuum eſſe. Eum plane`, qui bonis orbatus eſt, contraria paſſio malorum affligit. Qui uero nõ eſt, nec ipſam qdem orbitatem aduertit. Quo pacto igitur, ubi affligentium abeſt notitia, ibi eſſe poteſt afflictio?

afflictio? principio enim niſi ſenſum quẽdam per inſcitiam poneres, mortẽ non expaueſceres. Nunc autem peruertis te ipſum, metuens ne amittas animam. Amiſſioni uero animã addicis. Formidas ne ſenſu priueris, putasq; non exiſtẽtem ſenſum ſenſu comprehẽdi, ex eo, quod multi, atq; præclari ſunt de animi immortalitate ſermones. Neq; enim natura mortalis in tãtam excellentiam ſurrexiſſet, ut uiolentiam immanium brutorum contemneret, mare trãſiret, conderet urbes, Reip. præſcriberet ordinem, in cœlum ſuſpiceret, aſtrorum'q; circuitus metiretur, ſolis'q;, & lunæ progreſſus animaduerteret, ortus, atq; occaſus, defectus inſuper, celeres'q; reſtitutiones meridianas, duplices'q; conuerſiones, pleiadas, & hyemem pariter, & æſtatem. Ventorum flamina, & impetus imbrium, iactum preſteris, fulguris'q; coruſcum, & mũdi deniq; paſſiones in æternitate mirifice ſiſteret, niſi diuinus ſpiritus aliquis ineſſet in animo, per quem tantarum rerum eſſet intelligentiam conſecutus. Quamobrem non in mortem, o' mi Axioche, ſed in ipſam immortalitatem migras. Neq; bonis priuaberis, ſed integra bonorum poſſeſſiõe frueris. Nec uoluptates mortali corpori miſtas percipies amplius, ſed omni prorſus triſtitia uacuas. Illuc inquam proficiſceris ab hoc carcere liber, ubi quieta omnia, et a` triſtitia, ſenectute'q; ſemota. Vbi exultatio ſancta, uita'q; malorum neſcia, & tranquilla pace nutrita, naturam rerum ſpeculans, & arcana philoſophiæ contemplans, haud ſane` ad turbæ theatri'ue gratiã, ſed ad perſpicuæ ueritatis obiectũ. Axiochus. In ętrarium me affectum oratio tua deduxit. Neq; enim mortem formido iam, ſed opto. Vt autem rhetorum more, ego quoq; exuberans aliquid exprimam, iam iam o' Socrates euehor in ſublime, diuinum'q; circuitũ, thronum'q; percurro. Ex hac imbecillitate me eximens renatus ſum. So. Referam præterea tibi, ſi placet, quæ Gobrias magus mihi tradidit. Inquit enim eo tempore, quo Xerxes trãſiit, Auum ſuum Gobriam nomine miſſum fuiſſe in Delum ad cuſtodiendam inſulam, in qua dii extabãt duo. Vbi ait ex qbuſdam tabulis æneis, quas opis, & hecaergos ex hyperboreis attulerũt, ſe didiciſſe, in corporis ſolutione, animam in occultum ſub terram migrare locum, in quo Iunõis eſt regia, haud Iouis anguſtior aula. quippe cum terra mũdi medium teneat. Cœlum uero ſphæricũ ſit, cuius hemiſphærium unum dii cœlites ſortiti ſunt. Alterum inferiores, partim cœlicolarum fratres, partim filii fratrum. Veſtibula uero Plutõis prouinciæ clauſtris, æneis'q; cathenis undiq; uinciuntur. Illum qui iſta referat, fluuius Acheron primo, deinde Cocytus excipit. Quibus trãſcurſis, oportet ad Minoem, & Rhadamãthum duci, in eam uidelicet regionem, qui ueritatis campus cognominatur. Vbi ſedent iudices examinantes uenientis cuiuſq; uitam. Hic mendaciis tutari ſe nemo poteſt. Quibuſcunq; igitur in uita bonus adſpirauit dęmon, in locum iſti piorum pertranſeunt. ubi uer æternum omnigenis exuberat fructibus, fontes'q; nitentium aquarum ſcaturiunt. prata inſuper amœna uariis depicta coloribus. Nec deſunt philoſophantium cœtus, poetarum'q; theatra. Circulares ibi chori, & muſicæ cantilenæ, ſuaues'q; concentus. Iucunda conuiuia, ſancti'q; & uberes conuentus bibentium. inuiolabile gaudium, dulcis'q; conuictus. Non frigoris illic, aut caloris exceſſus, ſed aeris natura ſalubris, lenibus ſolis radiis temperata. hic purgatorum ſunt animorum ſedes, ubi diuía myſteria celebrant. Quid igitur obſtat, quin tibi primo honor, præmium'q; illic detur, cum originem a` deo ducas? Eos quoq;, qui circa Herculem, & Dionyſium, cum illuc deſcendunt, purgatos ire ratio dictat, ſpem'q; felicis itineris ex Cereris cultu ſcipere. Contra, qui uitam ſceleribus inquinarunt, repente per tartarum a` furiis in erebum, chaosq; raptantur. Vbi patet impiorum prouincia, danaidum'q; puellarum labor irritus aquis cribra implere fruſtra nitentium. Vbi Tantali ſitis, Tityi uiſcera, Siſyphi ſaxum perpetuo reuolubile. Vbi feræ mordaces inſeparabiliter corporibus ſe circumplicant. Vbi faces inextinguibiles carnes exurũt. Vbi homines impii, omniformibus ſuppliciis cruciati perpetua punitione uexantur. Hæc equidem a` Gobria percepi. Tu uero de his iudices o' Axioche. Ego enim ratione coactus hoc ſolum plane`, firmiter'q; cognoſco, animam omnem immortalem exiſtere, & eam, quæ pura ex iis locis abierit, ſine triſtitia uiuere. Quamobrem ſiue ſurſum, ſeu deorſum tendas Axioche, beatum fore te oportet, ſi modo pie, ſancte'q; uixeris. Axiochus. Erubeſco mi Socrates, & ulterius loqui uereor. Tantum a`me formido mortis abeſt, ut iam mori uehementer exoptem, Adeo mihi ſermo ſuperior, quaſi cœleſte oraculum perſuaſit. Nũc igitur hãc uitam ſperno, utpote in potiorem locum feliciter tranſiturus. Quapropter in præſentia, quæ dicta ſunt, mecum ipſe tacitus animaduertam. Tu uero poſt meridiem, o' Socrates ad me redibis. So. Faciam, ut dicis, ſed interim in Cynoſargem reuertar deambulationis gratia, unde huc ad te deductus ſum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Marsilii Ficini Florentini adhuc adolescentis, Liber de uoluptate, ad Antonium, Canisianum, ciuem Florentinum, procœmium.

TRIA DISSERENDI GENERA.

m Emini, cum adessem una` tecum in campolitano uestro, & cum regionis illius præcipua amœnitate, tum uariorum pomorum, quibus ea uilla in primis abundat, suauitate duceremur, nos in uoluptatis disputationem incidisse, quam ipse a` me requisisti, & cum primũ daretur otium, literis traderem. Hoc ergo ad te de uoluptate opusculum, ut primum Figinum redii, summa ipse cum uoluptate cõscripsi. Tria uero sunt, ut hinc potissimum exordiamur, apud philosophos disserẽdi genera, unum quo certam aliquam quæstionis partem disputando defendimus, atq; approbamus, ut peripatetici, ac stoici effecere. Alterum, quo quæstione proposita, diuersas ad id, quod quęritur, sentẽtias, rationes q; referimus, ut propositis pluribus, inuicem q; collatis, qd ex iis probabilius, uerisimilius q; appareat, eligamus, quo academici, ac socratici pene` omnes utebãtur. Tertium uero genus scepticorum maxime proprium est, qui, cum omnia indifferentia esse putent, nec certum, aut probabile habeant quicquam, quod sequantur (ea enim, quę naturæ ordine seiuncta, distincta q; sunt, confundunt, atq; permiscent) ab excellentioribus quibusq; philosophis reiicitur. Ego igitur ex iis omnibus academicorum, socraticorum q; in disserẽdo rationẽ hoc tempore proponendam mihi decreui. Etenim Plato, quem tanquam philosophorum deum sequimur, atq; ueneramur, uetat eos, qui adhuc in tenera ætate constituti sunt, suam aliqua de re sententiam afferre, ne, ut in iunioribus sæpe accidit, quod primis annis maxime probauerimus, Id maturiori deinde ætate, & grauiori iudicio reuocãdum, & in contrariam sententiam conuertẽdum sit. Satius igitur esse censui cæterorum philosophorum de uoluptate sententias breui sermone percurrere, qua`m meam exprimere, ne cõtra id, quod a` Platone nostro docemur, aliqd impudenter asseuerarem, & ut tuæ, quam noui in philosophiæ studiis ardentissimam, satisfacerem uoluntati. Sed hæc hactenus. ad philosophorum iam opiniones deueniamus.

Caput primum. De partibus animæ.

¶ Item de lætitia, & gaudio, & uoluptate, secundum Platonem.

p LATO igitur (ut ab eorum principe initium faciã) cum animum in duas partes distribuisset, mentem scilicet, ac sensum, menti lætitiam, & gaudium attribuit, sensibus uoluptatem. Verum prima duo hęc inter se differre putat, quod omne gaudium laude sit dignum, lætitia uero partim laudanda, partim uituperanda sit. Esse enim lętitiam in bonis alicuius possessione quandam mentis elationem, quæ tamen modestiam excedere pariter, atque seruare queat. gaudium uero illam ipsam, quæ ex contemplatione, ut alio quopiam uirtutum usu suscipitur, iucũditatem. Itaq; & ipse idem in Phædro, cum de prima illa, ac uera uita, qua in cœlorę sedibus animus fruitur, loqueretur, ait, ueritatis cõtemplatione nutritur, & gaudet, unde sæpenumero gaudiũ mẽtis alimoniam uocitat, nam ipsam agro similem uult esse ueritatem, frugibus uero ueritatis ipsius contemplationem. Alimonię deinde, quę ex iis duobus capitur, gaudium, quo mens ueritatis contemplatione perfruitur. Quapropter & idem in eodem Phædro, cum de iis tenebris, in quas animus e` summa, ac uera luce depressus, ac demersus est, disputaret, ubi inquit, multus inest conatus ueritatis cãpus, quonam sit intueri, nam conueniens animæ cibus ex illo extitit, & alarum natura, qua anima eleuat, ac alitur. Alas Plato uocat, quibus animus ad supera, unde ob terrenarum rerum cogitationem descenderat, reuolat. id autem cum duabus uirtutibus, cõtemplatiua uidelicet, atq; morali consequi possit, easdem Plato, ut ego interpretor, uirtutes animæ ipsius alas intelligit, quas ueritatis, diuinarum q; rerum contemplatione recuperet, quemadmodum horum appetitione terrenorum amiserat. Cum uero per utriusq; philosophiæ naturalis pariter, & moralis exercitationem recuperatis alis ad superos reuolauerit, tũ redeunti animo duo putat prędia reddi, & unum quidem esse diuinitatis contemplationem. Alterum perfectum quoddam, atq; absolutum gaudium, quo in ea ipsa dei cognitione animus perfruatur.

Illud quidem

» Illud quidem ambrosiã, hoc nectar Plato in Phædro appellat his uerbis, Quæ uere est specula
» ta anima, atq; iis enutrita subiens rursus intra cœlum domum reuertitur. Cum autem redierit
» auriga ad præsepe sistens equos obiicit ambrosiam, & super ipsam nectar potãdum. Aurigã more Pythagorę rationem uocat. equos uero cæteras animi partes, atq; naturas, quod illa ducat. reliqua uero ducantur omnino, atq; regantur, atq; idem arbitror a` nonnullis præstantioribus uatibus, cum aut ambrosiam, aut nectar, aut aurigam circa animum nominant, plerunq; significari. Hæc igitur est diuina Platonis nostri de ipsius gaudii natura sententia, quod idem uidetur intellexisse Mercurius Trismegistus, cum de summo deo hæc diceret. Cõdonas nos ratione, sensu, intelligentia. Ratione, ut te suspicionibus indagemus. sensu, ut te cognouerimus. cognitione, ut te cognoscentes gaudeamus, quod te ostenderis nobis totum. Sed de gaudio hæc hactenus.

¶ Caput. II. Quid sit uoluptas, & quod non sit per se bonum, multis rationibus, secundum Platonem.

u Oluptatem uero esse Plato uult suauem quandam motionem in sensibus, quæ ex indigentię repletione proficiscatur. Esse enim indigentiam, eius q; repletionem inuicẽ quodammodo pugnantia, & ex illa cupiditatem, ac dolorem, ex hac uoluptatem sensib⁹ nostris accidere. Neq; hanc ipsam, de qua nunc loquimur, uoluptatem in bonis connumerandam putat, quod cum plurimis, ueriss imis q; rationibus demõstrauerit, hæc tamen ex omnibus prima est, atq; potissima. Quod quemadmodum caloris præsentia ea, aquæ calor aduenerit, calida efficiuntur. ita & eo, quod bonum est, absistẽte, bona fiunt omnia, quibus ipsa bonitas adsit. Neminem autem uoluptatis possessione meliorem fieri. cum & bestiis insit uoluptas maior etiam, qua`m hominibus, quę tamẽ nedum his meliores, sed nec omnino bonę quidem sunt. Mulieres pterea, & pueri stulti deniq; atq; ignaui omnes uoluptatẽ sectentur, totis q; complectantur uiribus multo etiam magis quam uiri boni, atq; præstantes ingenio. Atqui absurdum foret, si quod bonum sit, magis ĩprobis, atq; ignauis, q̃ probis, & prestãtib⁹ hominibus cõpetat. Neq; possunt, ut ille putat, cõtraria inuicem cõmisceri. uoluptatem uero etiam, ubi mala sunt, proculdubio reperiri, cum improbis, atq; iniustis non desit. Nullo igitur pacto bonum esse. Etenim cum eo, quod malum est, congredi, Bonum uero cum malo, qa repugnantia sunt, coire nullo modo posse. Adde illud, quod in Gorgia a` Socrate dicitur. bonum ac malum nunquam simul in eodem homine reperiri. Eundem tamen, eodem q; tempore sæpenumero affici dolore pariter, atq; uoluptate. Oẽm quippe indigentiam doloros am esse, omnem q; eius repletionem sensibus uoluptariã. Sitire autem indigentiam uocat naturę, potare uero repletionem. Illud ergo molestum, hoc contra iucundũ, bibere porro`, ac sitire simul contingit, ex quo effici uult, ut dolorem simul, atq; uoluptatem habere quis possit. Immo cupiditatem, solicitudinem, suspicionem, inuidiam, & misericordiam. quæ omnia dolorem in se contineant, uoluptatis comites esse. Vnde Timæus cupidinem inquit dolori simul, & uoluptati permistam a` sensibus proficisci, quo fit, ut uoluptas cum dolore copulata, confusa q; sit. Cum q; bonum malo non sit commistum, negat ille dolorem, malum, uoluptatem q; bonum esse posse. Præterea cum omne bonum stabile, ac permanens esse debeat, quis dixerit uoluptatem, quæ nullam stabilitatem habet, bonum esse? Atqui negari non potest, Siquis eius definitionem cõsyderet, instabilem, atque incertam esse uoluptatem, motio nanque in definiendo (ut supra retulimus) appellata est. Nihil autem contrarium stabilitati magis est, quã motus, neq; quisquã est, qui mõ uoluptatem corporis ullã gustauerit, qui nesciat q̃ fragilis sit, q̃ breuis, quanta celeritate labatur, ac defluat, quam q; cito in contrarium conuertatur. Insuper qd bonũ est, bono ŏrium esse nunq̃ poterit. Voluptatẽ uero, cũ plurima ac maxima bona impediat, bono ŏriã esse qs dubitet? Impediunt. n. prudẽtiã uoluptates, mẽti infundũt tenebras, deprauãt iudiciũ, suisq; blanditiis, ac lenociniis, q̃si meretriculæ quædã mentes ad se alliciunt hominum, atq; illaqueant, omnem q; naturam hominis in uitiorum, atq; scelerum luto, cœno q; prosternũt. Diuine enim Plato in epistola ad Dionysiũ, Voluptas inquit, hominibus detrimẽ
» tum affert, insciti am, inquietudinem, stultitiam, & petulantiam pariens. Præterea nullum bonum est, quod non aut laude, aut ueneratione dignum sit. Voluptatem uero nemo sanæ mẽtis laudat, neque quisquam eo, quod maximis fruatur uoluptatibus, honore iudicatur esse dignus, & gloria. Sed potius, qui talis est, ut eas alto, atque inuicto animo aspernetur, & negli-

gat Accedit ad hæc, quod nullum bonum merito noſtrum dici poſſe uidetur, niſi quod aut in ipſa cuiusq; natura inſit, aut a` nobis ipſis profectum fuerit. Neque nos aliud quicquam ſumus præter mentem, & rationem. Corpus autem carcer, & ſepulchrum eſt nobis. Senſus uero uelut ſatellites quidam, atq; inſidiatores, qui id potiſſimum curare, atq; contendere uidentur, ut nos in huius carceris tenebris altius mergant, atq; aſtringãt, ut nec ad locum ſuum, patriã q; cœleſtem animi reuolent, nec auras reſpiciant clauſi tenebris, & carcere cæco. quo efficit, ut ea duntaxat noſtra, atque in nobis exiſtere uideantur, quæ ab animo, & ratione profecta ſint. cætera uero a` fortuna, uel ab inimico nobis carcere oriuntur, neq; tam noſtra ſunt, quàm corporis, & fortunæ. Rectéque inquit Varro. nemo ſuũ dicat, quod extra ipſum eſt. Voluptas igitur, cum in corpore, ac ſenſibus ingenita, & inſita ſit, qui eam in bonis noſtris connumeraue rit, abſq; dubio uidebitur inſanire. His adde, ſi placet, quod ait apud Platonem Socrates ĩ Gorgia. omnia animi bona ab arte, rectitudine, ordine q;, & electione proficiſci. atq; in hoc omnis etiam moralium philoſophorũ diſciplina conſentit, omnem uirtutis, bonorum q; animi uim in electione conſiſtere. uoluptatem uero quis dixerit ab electione proficiſci? non ne quæ in electionem cadunt, in iis prius oportet conſilium, deliberationem q; locum habuiſſe? nihil enim eligitur, niſi quod ante conſultum, iudicatum q; fuerit. uoluptatem uero ut habeat, in ſe nemo deliberat. ea nanque nobis ingenita eſt. quapropter Socrates duas in uno quoque noſtrũ ideas eſſe putat, quas ſequamur, quocunque ducant. unam opinionem optimi affectatricem. alteram uoluptatum cupiditatem, & illam quidem ideam acquiſitam, hanc autem innatam uocitat. Nec igitur artem, neque rationem, neque ordinem prorſus ullum uoluptas ſequitur, ſed potius naturæ, ac ſenſuum repentino, & temerario quodam impetu, quam aut certo aliquo iudicio, aut conſilio excitatur in nobis, blanditur ſenſibus, corpus ſuauitate quadam pernicioſa delinit, atque titillat. effœminat animum, atque e` ſuo ſtatu mentem, rationẽ q; dimouet. Inſuper ea eſt bonorum natura omnium, ut futura dum ſint, ſpem hominis erigant. cum uero adſint, tranquillum efficiant animum poſſidentis, ac quietum, & eo, quod adeſt, contentum reddant, ſuaque expleant poſſeſſione, ut nullo ulterius egeat, nihil requirat, nil appetat, quaſi id unum poſſideat, quod ſua ſit natura ſufficiens, atq; perfectum. qđ ſiquid ultra deſyderet, qui boni alicuius poſſeſſione fruitur, ſolicitudine tamen, ac moleſtia penitus uacare uidetur. futuræ autem uoluptates intolerabili quodam cupiditatis ardore ſenſus afficiunt, cura accendunt, animum onerant ſolicitudine, & (ut breui complectar) in furorem quendam, rabiem q; compellunt. cum uero quis eas, quarum cupiditate exarſerat, uoluptates præſentes amplectitur, continuo metum una` ſecũ, ſuſpicionem q; ducunt, occæcant q; nos, dum fruimur, & ad ferarum redigunt immanitatem. nec dum hauſtæ, immo (ut uerius loquar) nec adhuc primis labris deguſtatæ, incredibili quadam animum pœnitentia, uerecundia, tædio, ſtomacho, langore prorſus afficiũt, ut ueriſſimum ſit illud Socratis in Phædone, dolorem, ac uoluptatem ex eodem capite ambo eſſe connexa, naturam q; in unum eorum apices coniunxiſſe. Eaq; de cauſa fieri, ut cuicunq; eorũ alterum adſit, eundem poſtea ſequatur, & alterum, in de rurſus cupidinis ignes exoriuntur, & quo auidius uoluptates hauſtæ ſunt, eo plura, atq; uberiora libidinum germinia, ſemina q; repullulant. Hinc (ut opinor) poetę apud inferos Tityon

» inducunt, cui tota nouem per iugera corpus
» Porrigitur, roſtro q; immmanis uultur adunco
» Immortale iecur tondens, fœcunda q; pœnis
» Viſcera rimatur epulis, habitat q; ſub alto
» Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis.

Quapropter diuine Architas Tarentinus, ac Plato eiuſmodi animum perforato uaſi ſimilem eſſe uoluerunt, ob inſatiabilem, atque infinitam uoraginem appetendi, quod quæ nullis uoluptatibus expellatur. Epicharmus Pythagoricus, ac Socrates non modo perfracto uaſi, uerũ etiã euripo libidinoſum animum comparauerunt. quod quemadmodum in euripo aqua fluit, ac refluit, & ſurſum deorſum q; iactatur, Ita & in huiuſmodi animo, nunc cupiditas, ſeu uoluptas inſit, nunc ceſſet, ac fluat, & iterum renaſcatur, ac refluat. modo lætetur, ac ſperet, & quaſi ſurſum erigatur libidinoſus animus, modo doleat, diffidat, metuat, ſolicitetur, deorſum q; cadat, tum id uelit, tum nolit, immo eodem quoq; in tempore, aliud quidem ratio uelit, aliud ſenſus affectent, atq; ita fit, ut eiuſmodi animus non modo, tum ad hoc ſe, tum ad illud intendat, Verum etiam uno in tempore in contrarios affectus, diuerſas q; ſententias diſtrahatur. Itaq; Socrates malle dicebat, ut lyra ſibi diſſona foret, chorus q;, quem duceret, & multos alios homines

ſibi contradicere,

ſibi contradicere, quàm ut ipſe unus ſibi ipſi contratrius, ac diſſonus eſſet. unde rationabiliter Pythagoras harmoniam quandam uirtutem nuncupat. Sequuntur deinde reliquæ tres contra uoluptatem Platonis argumentationes. Etenim contrariam ille boni, ac mali naturam eſſe cenſet, ut illud difficile conſequamur. In hoc autem ueluti per lubricam uiam quandam facile dilabamur, igitur fore, ut mala quę ſunt, ita excreſcant, ut omnem bonorum naturam deleri penitus, atq; extirpari neceſſe ſit, niſi huic tam pernicioſæ peſti aptiſſimum quoddam natura remedium adhibuiſſet, ita enim inſtitutum eſſe, ut ſingula bona ob maximam naturæ cognationem ſeſe inuicem appetant. In unum q; tendat, nec ullo pacto abinuicem diſcernantur. ſed quadam quaſi confuſione coeant. & cui unum aliquod ex iis adſit, nullum ſibi bonorum deeſſe queat. uirtutes q; tanta ſe connexione conſequantur, ut qui unam adeptus ſit, omnium iam uirtutum poſſeſſione fruatur. Quapropter laboribus, difficultatibus q; bonorum conſequendorũ, eorundem quoq; coniunctionem, copulationem q; deus oppoſuiſſe uidetur. At uero mala inter ſe diſſident, atq; diſſentiunt, nec ullo modo inuicem coire, confundi ue poſſunt. Rectéque Ariſtoteles malum inquit, ſeipſum corrũpit, quod ſi integrum undequaq; ſit, intolerabile eſt. Nec unquam in eodem prodigalitas, atq; auaritia, aut audacia, timiditas q; conueniunt, eodem q; modo, nec alia ulla uitiorum extrema, cum penitus oppoſita ſint, inuicem connectunt. Quapropter optimum id aduerſum delinquẽdi procliuitatem a` natura remedium adhibitum eſſe uidetur, ut qui ad lapſum eſt pronior, in omnem tamen præcipitii partem labi nequeat, qui uero ſumma difficultate adſcendit, totum atque integrum deinde cacumen neceſſario conſequatur. Cum igitur malorum, bonorum q; huiuſmodi conditio ſit, neceſſaria ratione concluditur, ea, quæ ſeſe minime conſequuntur, bona eſſe non poſſe, uoluptates autem nedum inuicem congrediantur, ſed ſibi quodammodo repugnare, ſæpius q; impedimentum afferre uidentur. Nam, dum aliquis corporis ſenſus maxima ſuauitate mouetur, reliqui eorum, quæ ſibi tum offeruntur, uix iucunditatem percipiunt. illud quoque accidit, ut alter altero, plures, maiores q; admodum uoluptates perſentiat, nec omnes animantes pariter delectentur, uirtutes autem, & omnino quæcunque bona ſunt, ob eam, quam pauloante retulimus, rationem, ſic inuicem copulantur, ut cuncta ſimul eidem adſint, nec plura ex his uni, quàm alteri adeſſe queant. Cum ergo bonorum, atque uoluptatum diſſimilem inter ſe naturam eſſe perſpicuum ſit, nemo profecto corporis uoluptatem, niſi qui nimium eius amicus exiſtat, bonam dixerit. Altera deinde Platonis argumentatio eam eſſe probat bonorum proprietatem, ut ad communem humani generis utilitatem, ſalutem q; tendat. uoluptatem uero propriam dicit libidinem, amorem q; gignere, & qui huic obnoxius eſt, propriæ duntaxat cupiditati ſemper intendere, nec ullam ſibi alterius curam eſſe, modo propriæ uoragini uigilantius obſequatur, omnia q;, quæ agit, ad eam, quæ ſenſibus percipitur, ſuauitatem, iucunditatem q; referre. Poſtrema Platonicorum ratio illa eſt, qua bonum, ac finem idem omnino eſſe dicũt, finem uero id, ad quod quaſi quiddam extremum appetitio referatur. Quapropter cum naturalis homini appetitio uoluptatem alterius ciuſdam gratia ſolummodo concupiſcat, nec ſane` finem, nec omnino bonũ, hanc eſſe, quis ſanæ mentis exiſtimet? Etenim ob eam cauſam ſuauem eiuſmodi perceptionẽ uiuentibus a` natura datam exiſtimant, ut quæ ad uiuendum neceſſaria ſint, acquirant, & parent, quod enim uiuit, duobus potiſſimum indiget, ut quæ nocere poſſunt, reiiciat, atque repellat, quæ uero prodeſſe, capiat, atque aſciſcat. Cum uero illa a` ſe propellere, hæc autem conſequi laborioſum, atque difficile ſit, ne ob hanc ipſam difficultatem uiuentia ad ea, quibus indigent, comparanda tardiora forent, in omni huiuſmodi actione quandam natura uoluptatẽ implicuit, quo fit, ut hac dulcedine, uelut eſca delinita, ac penit9 capta, nec pericula ulla, laboré q; fugiant, nec parandi uictus, difficultatem q; percipiant, ſint q; ad paranda uitæ neceſſaria promptiora. quod autem horum gratia uoluptas nobis a` natura data ſit, hoc uelut ſigno demonſtrant, quod omnes animantes, cum quid e` corpore, quod ſuperfluum ſit, expellunt, ſiue quod neceſſarium capiunt, hac, quam ſæpe iam commemorauimus, ſuauitate mouent, quæ q; magis id agunt, maiorem quoque delectationem percipiunt. Cum uero naturæ indigentiam prorſus expleuerint, nullam ulterius uoluptatem perſentiunt, ſed ea, quandiu indigentiam replent, moueri uidemus, quaſi ad uitæ neceſſaria conſequenda, explendam q; indigentiam ſenſuum uoluptatem natura retulerit, uitæ igitur tum ſeruandæ, tum etiam generis ppagandi gratia uoluptas tradita eſt, nec propter ſe expetenda, neque finis, propterea q; ne bonum quidem, ut ſæpius demonſtrauimus, appellari debet. Architas quoque Pythagoricus, hac aduer-

ſus corporis uoluptatem argumentatione utebatur, quod cauſæ ſemper eaque, quæ cauſas con
ſequuntur, cognata eſſe debeant. Ideo'q; nemini dubium eſſe putat, quin illud, ex quo mala plu
rima conſequuntur, bonum eſſe non poſſit, uoluptatis autem gratia peſtiferas omnes animi p/
turbationes, adulteria, ſtupra, homicidia, furta, diſſenſiones, ſcelera denique omnia naſci per/
ſpicuum eſſe. Ex quibus efficitur (ut ille putat) non modo non bonum, ſed maximum quoddā
malum, ac deteſtandum uideri, eadem'que ratione Antiſthenes Socraticus extremum, ſum
mum'q; malorum corporis uoluptatem eſſe probat. quia quod omnium malorum cauſa, & ori
go ſit, cæterorum quoque peſſimum merito iudicari poſſit, cum'q; delicta omnia ab ignorantia
proficiſcantur, nihilque eſſe poſſit, quod æque ac uoluptas iudicium, conſilium'q; corrumpat,
neceſſe eſt (ut ille concludit) ab hac & ignorantiam, & mala omnia proficiſci. Vnde inſania di
cere ſolebat potius, quàm uoluptate corripiar. Præterea Mercurius Triſmegiſtus Ægyptio/
rum omnium ſapientiſſimus, duabus potiſſimum rationibus hanc nefariam labem ex animis
hominum extirpare conatur. Id enim cuiq; bonum eſſe cenſet, quod aut rē ipſam, cui quidem
adſit, in propria natura contineat, aut ad meliorem frugem perducat. primi generis eſſe uirtutes
eas quæ in actione poſitæ ſunt, uidemus. earum nanq; proprium eſt animum ab omni pertur/
bationum tumultu liberum, tranquillumque reddere. Perturbationum uero detractio, & qua
ſi quędam mentis ſerenitas ſua cuiusque animi, ac naturalis proprietas exiſtit. Secundi generis
eas uirtutes, quæ in contemplatione uerſantur, eſſe conſtat. Quippe cum animum rerum diui/
narum ſtudio, intelligentia'q; ſupra humanam quodammodo naturam erigant, atq; extollant,
ut ad dei uitam, quę duntaxat in contemplatione conſiſtit, quamproxime uideatur accedere. uo
luptatis uero conditionem utriq; contrariam eſſe patet. Ardentiſſimis enim, innumeris'q; affe/
ctibus animum quaſi quibuſdam furiis agitat, ut longe abſit ab illa, quam magnopere natura
requirit, tranquillitate. Cum'q; humanum genus inter deum, ac beſtias mediū teneat, ob eāq;
cauſam utrorunq; participes eſſe merito uideaturin, alterum quoq; migrare, & quaſi conuerti
poſſe Triſmegiſtus exiſtimat. Etenim qui mente præcipue utit', eum profecto beatiſſimam deo
rum immortalium uitam agere, qui uero corpore, ac ſenſibus, beſtiarum. Quapropter cum uo
luptatis uſus in corpore, ſenſibus'q; exiſtat, qui maxime huic deditus eſt, non modo non adſcē
dit ad ea, quæ meliora, diuiniora'q; ſunt, ſed ne propriæ quidem naturæ ſtatutum, dignita/
tem'que retinet, ac uelut ex animo ad corpus, ex mente ad ſenſus, ex homine ad beſtias labitur.
Diuine apud Platonē Socrates in Phędone. uoluptas inquit quaſi clauum tenens animum cor
pori affigit, atq; coniungit, efficit'q;, ut infectus corporea ſpecie ea putet eſſe uera, quæ ſuadeat
corpus. Nam cum eiſdem rebus commoueatur, atque eadem ſentiat cum corpore, cogitur (ut
puto) eorundem morum, atq; eiuſdem alimoniæ fieri. Ex iis altera quædam argumenta/
tio a' Triſmegiſto contexitur. In omnibus quippe rerum generibus unum aliquod maximum,
atq; ſummum eſſe uult, cuius participatione reliqua in eodem genere reponantur, ut omnia,
quæ calida ſunt, ignis natura, cui ſumma caliditas adſit, calida fieri. eodē'q; modo, & bona quæ
cunq; ſunt, quod ſummum, primum'q; bonum ſequantur, atq; imitentur, bona dici debere. Sū/
mum uero bonum eſſe deum, qui dubitet, is nihil omnino intelligit. Quæcunq; igitur bona
dicunt', qa deum quodāmodo imitētur, eiuſmodi appellatione digna eſſe putat. unde uirtutes
omnes, quod deo cognatiſſimæ ſunt, non immerito perfectæ, atq; optimæ iudicantur. Primi
nanq; (ut ſupra diximus) uirtutum generis opus eſt trāquillitatem afferre. Alterius autem ad ue
ritatis cognitionem perducere. Tranquillitas uero, ueritatis'q; ſciētia (ut Plato quoq; diſputat)
diuinitatis maxime propria ſunt. Quapropter nemini dubium eſſe poteſt, quin utraq; uirtutum
genera homines immortali deo cognatos efficiant, at uero uoluptati, quæ poteſt eſſe cum diui
nitate cognatio? Deus quippe ab omni corporis concretione ſolutus, ac liber exiſtit, uoluptas
autem corpus mouet, ſenſibus'q; blanditur, efficit'q;, ut in corporis luto, ſenſibus'q; demerſi, nō
modo ab immortalium deorum præſtantia, ſed ab hominum quoq; natura degenerare uidea/
mur, omnem'q; humanam rationem exuti porcorum ſpurciſſimas ſordes induere. Quapropter
non immerito inquit Plato, uoluptas a' deorum natura ſequeſtrata eſt, ſed qd uerius, aptius'q;
aduerſus hanc peſtem dici poteſt? quàm quod ab Hippocrate diuino profecto uiro dictum fe/
runt. Is enim, cum de ueneris uoluptate loqueretur, partem eſſe dixit illam morbi teterrimi, quē
noſtri comitialem uocant.

Caput III.

¶ Caput. III. Obiectiones peripateticorū contra platonicam uoluptatis definitionem.

h Æc igitur eſt diuina Platonis de uoluptate ſententia, in qua Mercurius Triſmegi/
ſtus, & Pythagorici omnes, ac Socratici, qui'q; excellētiores, abſq; ulla dubitatiōe
cōſentiunt. At uero peripatetici acuti ſane' uiri, ſed hac in re cōtentionis forte ſtu/
diоſiores, quàm ueritatis, tam optimam, tam'q; diuinam Platonis ſententiam ſuis
quibuſdam argutiis peruertere, atq; deprauare contendunt. Tria uero ſunt, in quibus ni/
tuntur Platonicos carpere. Primum, quod Plato uoluptatem motum in definiendo uocauerit,
motum nanq; omnem uelocem aiunt eſſe, uel tardum, uoluptatem uero nullam uelocem, aut
tardam dici poſſe. ſed aut breuem dici, aut diuturnam oportere, neq; motum ullum ſimul to/
tum poſſe conſiſtere, ſed alteram ſemper alteri motionis parti ſuccedere partem. ita ut una de/
ficiente, naſcatur & altera, neq; poſſint duæ quædam motionis partes ſe inuicem expectare. uo
luptatem contra ſimul fieri totam, omnes'q; eius partes inuicem (ut ita dixerim) commanere.
Nam cum animus boni alicuius poſſeſſione frui ſe nouerit, hūc ſtatim putant uoluptatem per/
cipere. Itaq; fieri, ut uoluptas animi cognitionem, perceptionem'q; ſequatur, & ut perceptio eo
quod bonum uidetur, extrinſecus obiecto puncto temporis tota conficitur, ſic uoluptatem, quę
apprehenſionem eiuſmodi ſequitur, puncto quoq; temporis perfici. Quæ uero ſic fiunt tota, ſi
mulac pariter fieri, atq; indiuidua quadam, ſimplici'q; natura conſiſtere. Ex quibus concludi
uolūt, uoluptatem ſenſibus ſimplici quodam puncto prorſus innaſci, ac ſtatim primo ſui exor
dio totam, perfectam'q; exiſtere, nec partem alteram, ut abſolutior ſit, deſyderare, quo fit, ut mo
tus eſſe non poſſit. Deinde Platonem reprobant, quod repletionem indigentiæ uocauerit
uoluptatem. id'q; ob hoc falſum eſſe, putant, quoniam in animo uoluptas inſit. repletio autem
exiſtat in corpore, nec omnem uoluptatem cōſentiunt talem eſſe, ut cum indigentiæ repletio/
ne conueniat. ſiquidem quæ oculis, auribus, ac naribus, ex formis, ſonis, odoribus'q; percipun/
tur uoluptates, nullam priorem expleant indigentiam. Eſſe præterea in contemplatione quan/
dam ineffabilem uoluptatem, quæ nihil indigens impleat. eam quippe mentis propriam eſſe,
mentem uero nec aliquo ſuſtentaculo indigere, nec aliqua ratione repleri poſſe, impleri enim,
contra'q; exhauriri corporibus conuenire, quæ & plena eſſe poſſunt, & uacua. Animo autem
cum ſimplex, atq; incorporeus ſit, illa nullo pacto poſſe contingere. Tertio uero loco id
arguunt, quod uoluptates nullas Plato bonas eſſe dixerit, pleraſq; malas. At illi plurimas arbi/
trantur optimas, & laude digniſſimas, tales'q; eſſe illas, quę ex honeſtis actionibus ſuſcipiantur.
uideri nanq; actiones huiuſmodi iucundiſſimas, eamq; uoluptatem, quę in illis inſit, optimam,
puriſſimam'q; exiſtere.

¶ Caput. IIII. Reſponſiones ad obiecta.

h Ae ſunt peripateticorum argumentationes, quibus ego reſpondere me poſſe diffi
derem, niſi idem ipſe, contra quem pugnant, ſuo (ut dicitur) ſe marte defenderet.
Prima igitur argumentatio, qua uoluptatem nequaquā motum eſſe poſſe conclu
dunt, etſi forte uera ſit, nihil tamē in Platonicos ualet. Nam & ipſe Plato docuit
duo eē motuum genera. alterum quidem corporum, alterum animorum, motum'q; corporum
eorum, in quibus eſt, naturam ſequi corpus, ſiquidem indiuiduo, ac ſimplici ſtatu collectum eē
non poteſt. Sed alteram eius extra alteram partem iacere neceſſe eſt. alioquin diuiſione careat
oportet, qd' uero indiuiſum remanet, id iam naturam corporis exuit, quapropter cū omne cor
pus extenſum, atq; diuiduum ſit, neceſſe eſt, ſiquando agat, patiatur'ue quippiam, aut ex loco
in locum alterum transferatur, propinquiores, anteriores'q; partes prius cæteris uel pati, uel
agere, uel conuerti. Itaq; omnis corporum motus temporis ſpatium exigit. & ſucceſſione qua/
dam ab eo, quod prius eſt, in poſteriora diſtenditur. Animus autem indiuiduus eſt, ac ſimplex
nullam penitus diſcretionem, diſtantiam'q; partium habens. igitur animi motio indiuidua eſt,
& ſimplex, atq; uno temporis puncto ſimul tota conficitur. Vnde Thales Mileſi⁹ nihil animo ī
quit eſſe uelocius. Cum ergo uoluptas apud Platonem, non corporis, uerum animi motio defi
nita fuerit, nihil ſane' prohibet eam motionem eſſe, ac etiam ſimul totam conſiſtere. præſertim
cum in Platonicis libris motio non modo fluxum, ſucceſſionem'q; (ut peripatetici uolunt) uerū
omnem quoq; operationem actum'q; ſignificet. Deinde quod aiunt Platonem uolupta/
tem indigentię repletionem, indigentiam uero dolorem appellauiſſe, fortaſſe minus uerum ui/

deri poteſt. Nam & ipſe in Gorgia uult uoluptatem in repletione ꝓſiſtere. uoluptatem uero in uoluptate, aut aliud quippiam eorum, quę natura fiunt, in ſe ipſo conſiſtere, præter eos, qui Platoni diſſimillimi ſunt, nemo diceret. Præterea in eodem libro inquit, repletionem eſſe uoluptatem, indigentiam uero plurimum doloroſam. At quis adeo inepte loquit', ut uoluptatem uoluptariã, dolorẽ doloroſum uocitet? Quis item dixerit pulchrã pulchritudinẽ, iuſtitiã iuſtã? eodem quoq; modo nec Plato uoluptariam uoluptatem, nec dolorem doloroſum appellauiſſet. Non igitur dolorem indigentiam, nec repletionem uoluptatem eſſe uoluit. Inſuper uoluptatẽ inquit a' repletione fieri, dolorem ab egeſtate. Ipſe uero idem nihil exiſtimat a' ſe ipſo fieri poſſe. Quonam igitur pacto uoluptas, ſi ſit repletio, ab ipſa fiet repletione? aut dolor, ſi ſit egeſtas, ab egeſtate naſcetur? Quin etiam idem ipſe in Timæo uoluptatem in ſenſu ponit, eamque motum, affectum'q; nominat. affectum uero, ſenſus'q; motum repletionem eſſe uir tantus nunquã diceret. Quod ſiquis in Gorgia legerit uoluptatem eſſe corporis repletionem, is attentius eum locum conſyderet, ac demum reperiet Platonem non id ipſum ſentire, ſed eam eſſe Calliclis uoluptuoſiſſimi hominis ſententiam, aduerſus quem Socrates accerime diſputat. Verum dant hæc nobis peripatetici. nonnulli negant tamen omnem uoluptatem ab ipſa repletione indigentiæ fieri. quippe cum illa, quam nobis affert, contemplatio, quæ'q; in mente conſiſtit, ex nulla fiat indigentiæ repletione, ego uero, etſi luce clarius oſtendere id poſſim, illam quoque mentis, quæ ex contemplatione capitur, iucunditatem ab ipſa repletione originem ſumere, demus tamen hoc illis, ne uideamur nimis forſan contentioſi, ſit ita ſane', ut uolunt, quid tum? Non'ne Plato (ut ſuperius quoq; diximus) uoluptatem in ſenſibus, gaudium in mente locauit? Si ergo peripatetici eam etiam in mente ponant, qd ad nos? Nõ enim hoc ſentit Plato. Quod ergo in contemplando percipitur, non uoluptatem, ſed gaudium nuncupamus. Quod ſi minus a' repletione naſcatur, nihil contra Platonem, qui non gaudium, quod in mente eſt, ſed uoluptatem, quæ in ſenſibus inſidet, inquit a' repletione creari. ſed inſtat acrius Ariſtoteles in eo, qui de moribus liber eſt decimus, probans illam quoq; quæ fit in ſenſibus, uoluptatem, nõ ſemper ab ipſius repletione indigentiæ proficiſci. id enim in tactu, ac guſtu uerum eſſe uult. At uero in iis, quas ex odoribus, formis, ſonisq; capimus, uoluptatibus nullo pacto contingere. Neq; enim illum, qui lætatur ſonis, aut formis, iis ipſis, in quibus oblectatur, rebus ulla ratione repleri, neq; his antea eguiſſe, nec uero, etſi ueriſimilia forſan uideant', non tamen talia ſunt, ut Platoni aliqua ex parte detrahere poſſint. Nam uerba illa Platonis, quibus inquit uoluptatem ab indigentiæ repletione gigni, duobus (ut uidetur) modis poſſumus interpretari. Hæc enim duo, egeſtas, atq; appetitio, ita inuicem ſunt cõnexa, ut alterum nequeat ab altero ſeparari. Ea n'q; quibus egemus, appetimus, neq; appetimus quicquam, quo non ante concupiſcentiam egeri mus, neq; quiſquam eſt egens, quin appetat, neq; appetit unquam, qui non eget. Quo fit, ut utraq; ſic inuicem uideantur eſſe coniuncta, ut alterum ſemper alterum comitetur. Quapropter apud excellentiores quoſque philoſophos hæc eſt conſuetudo, ut ſæpenumero egeſtatis nomine appetitum ſignificent, eodem'que modo & appetitionis nomine egeſtatem uelint intelligi. Vnde recte Cicero, non caret inquit is, qui nõ deſyderat. Socrates quoq; opibus, delitiis'q; noſtris, quibus cæteri ardentiſſime ſtudent, egere ſe negabat, quod eas nequaquam appeteret. Epicurus autem, non qui parum haberet, ſed qui plus cuperet, egere dicebat. Itaq; ſiquis uelit egeſtatem pellere, non pecunię adiiciendum, ſed cupidini potius detrahendum. Eodem'q; modo, cum Plato inquit repletionem indigentiæ, appetitionis repletionem intelligi uoluit. Repletur autem concupiſcentia, cum id, quod cupiebat, aſſequitur. Repletio autem appetitionis nihil aliud eſt, niſi conſecutio quædam eius, quod in concupiſcentiam uenerat. Ex iis ergo, quæ diximus, ſic Platonem interpretamur. Repletio indigentiæ cauſa uoluptatis exiſtit. hoc eſt, cũ appetitio, quæ eget, quam'q; indigentiam appellamus, id, quod exoptauit, adepta eſt, eius'que præſentia fruitur, & quaſi repletur, ſenſibus ſtatim ille motus innaſcitur, quam ſuauitatem, delectationem, uoluptatem'q; dicimus. Vnde epigramma deliacum, iucundiſſimum eſſe inquit, re amata potiri. Hæc autem interpretatio cunctis in ſenſibus, ac etiam in mente (ſiquis uelit) locũ habet. quippe cum omnes ſenſus rem ipſam, cuius cupiditas anteceſſit, adepti, ineffabili quadam uoluptate deliniantur. Atq; primus eſt hic reſpondendi modus, quo Platonici peripateticorum laqueos poſſint effugere, & ſicui forſan uideat' hæc interpretatio durior, age tentemus aliam, ne noſtri uideantur illorum iaculis ſuccubuiſſe. Explere igitur indigẽtiam quid aliud eſt, niſi id, quo indigeas, aſſequi? egemus autem quibus, niſi iis, quæ uel ſalutem, dum adſit, noſtrã tueri, ſi amiſſa ſit, reddere poſſint, uel alio quopiam modo nobis ſint utilitatem aliquam allatu

ra? Nos uero

ra. Nos uero homines ſumus. Eſt autem homo, ut peripatetici, ac ſtoici arbitrantur, id, quod ex anima rationali conſtat, & corpore. Pythagorici ac Platonici pauliſper a' cęteris diſcrepantes, hominem eſſe putant diuinam quandam mentem terrenis uinculis alligatam, quo fit, ut apud cæteros philoſophos animus naturam, ac nomen cuiuſdam partis hominis habeat, apud Platonicos animus noſter homo totus exiſtat. Quapropter Socrates a' Critone interrogatus, quẽadmodum ſe ſepeliri iuberet, ut libet inquit, ſi modo comprehenderitis me, nec ego uos effugero. Atq; idem apud Platonem cum Alcibiade diſputans, pluribus rationibus hominem probat nihil aliud præter animum eſſe. Corpus autem non eſſe hominem, ſed hominis. Externa uero non hominis, ſed fortunæ. Nec tamen animum noſtrum ſemper, & ubiq; exiſtentem hominẽ uocitat. uerum quandiu in cœleſtibus ſedibus uitam agit, tum deus, tum etiam dæmon a' Platonicis nuncupatur. Cum uero habitaculis terrenis includitur, ab ipſa humi natura, in qua merſus eſt, humanitatis nomen accipit. Itaq; Origenes platonicus nobiliſſimus hominem in dæmonem, ac deum conuerti poſſe, & in beſtias quoq; migrare nonnunquam aſſeuerat. Seneca item Platonis plurimum ſtudioſus animum noſtrum appellauit deum in humano corpore hoſpitatum. Sed ii omnes, & ipſe etiam Plato, Heraclitum, Empedoclem, Pythagoram imitati ſunt. Nam Pythagoras animum noſtrum ex homine in deum transferri his uerſibus aſſerit.

» Corpore depoſito cum liber ad æthera perges,
» Euades hominem factus deus ætheris almi.

Cum igitur (ut ad propoſitum reuertamur) homo ſit ariſtotelicorum ſententia, quod ex anima rationali conſtat, & corpore, ut uero Plato uult, diuinus quidam animus, qui terreni corporis miniſterio utitur, ſequitur ut duarum profecto rerum animi ſcilicet, & corporis cura nobis ſuſcipienda ſit. Animi quidem (ut ille iubet) ſui tantum gratia. corporis autem cura omnis ad animum, quaſi ſeruus ad dominum referri debeat. Eorum ergo, quibus egemus, duo ſunt genera. Indigemus enim iis, quę ſint animo, et iis, quę ſint corpori profutura, proſunt uero corpori, quæ uitam, quæ ualetudinem, quæ uires, quæ formam, quæ naturam propriam aut reficiunt, aut ſeruant. Animo autem ea conueniunt omnia, quæ ad mores optimos, quæ'q; ad rerum cognitionem aliquid conferant. His adde illa præ cæteris, & animo prodeſſe, & corpori, quę alterutri ſimilia, & cognata uideantur. Similia nanq; (ut dicitur) ſimilibus conſeruantur, & ſingula ſalutem propriam expetunt. Hæc ergo ſunt, quibus homines indigent. Quapropter, quando hęc adſunt, uel ea ſaltem, quæ horum ſpeciem quandam, & ſimilitudinem habeant, uoluptate afficimur. Siquidem quæ bona nobis eſſe uidentur, ſi præſentia ſint, uoluptatem afferunt. Quo fit, ut uoluptatem præcedat opinio, ut enim placet ſtoicis, nulli quicquam poteſt eſſe iucundum, niſi quod quiſq; ſibi cognatum, ac bonum exiſtimauerit. Cum uero uoluptas corporis ſenſibus percipiatur, horum uero ſpecies quinq; ſint, erunt ſimiliter quinq; genera uoluptatum, una quidem tangendo, altera guſtando percipitur, odores aliam præſtant, aures, atq; oculi reliquas ſuggerunt. Atq; ii ſenſus ita ſe inuicem habent, ut ordinem quendam & loci pariter, & naturæ contineãt. Oculi enim puriſſimi ſunt, & , ut Timęus platonicus diſputat, ac probat, ignis, lucis'q; naturæ cognati. Aures ſecundum ordinem puritatis obtinent, atq; aeri comparantur. Nares tertium deinde tenuitatis gradum poſſident, & craſſiori quadam natura concretę, medium inter aerem, aquam q; continent. Deinceps uero guſtandi organum craſſius eſt, & aquæ naturę ſimillimũ. Poſtremo tenuitatis gradu hæ, qbus tãgimus, partes diſtribuunt', hæ nanq; ad corporis naturam accedunt propinquius, ac terræ craſſitudini deputantur. Cernis hos quinq; ſenſus gradatim diſpoſitos ſic inuicem ſeſe habere, ut qui eminentiori parte corporis collocantur, potiorem quoq; ordinem puritatis obtineant, & aliis alii, diuerſis'q; rebus cognati exiſtant. Quod quia in iis, quos in Platonis Timæum edidimus, commentariis latius diſputauimus, ſufficiat hoc loco breuiter attigiſſe. Cum ergo tangendi ſenſui ſolida quædam, & craſſiora corpora admouentur, eadem prædita humoris, caloris'que natura, qua ipſe quoq; ſenſus affectus eſt, horum tunc præſentia corporum, quia ſibi cognata ſunt, quia eandem naturã habent, quia propriam eius concretionem, qualitatem'q; tuentur, exultat quodammodo, ac geſtit, totus'q; ſuauitate perfunditur. Guſtus uero liquidioribus (ut patet) corporibus recreatur. delectatur enim ſaporibus iis , qui humoris decocti, maturi'q; naturam habent. Quippe cum & ipſe (ut Platonici putant) eadem proportione concretus ſit, quo fit, ut ſimili, & quaſi ſuo quodam familiari accedente, cum eo ſuauiſſime conquieſcat. Odorãdi præterea uis odoribus iis reficitur maxime, qui inter aquæ, aeris'q; naturam commiſti ſunt, quod in pomis, floribus'q; percipitur, ſiquidem & ipſa eandem naturam ab origine ſortita ſit. Aures inſuper eiuſmodi dele-

ctantur ſonis, qui ex puriſſimo aere confecti ſunt, atque ex eadem, qua & ipſæ harmoniæ conſi
ſtant, itaque uidemus ob naturæ diuerſitatem hos remiſſioribus, illos uehementioribus, alios
grauioribus, alios item liquidioribus concentibus delectari. Oculis autem, quod luci familiariſ
ſimi ſint, ea uident esse gratiſſima, quoꝝ natura quamſimillima luce temperata eſt, eiuſmodi
uero ea ſunt omnia, quæ ex colorum, qui omnes a' luce proficiſcuntur pulcherrima temperatio
ne reſultant. Nec ſolum rebus iis, quas ſenſibus haurimus ad uitam augendam, reparan
dam'que naturam indigemus, uerum etiam ad mentis peritiam conſequendam, quo efficitur.
ut ſenſus duabus de cauſis, optimis quibuſdam rebus, quæ extrinſecus offerũtur, indigeat. tum
quia ſibi cognata, ac ſimilia ſint. ſingula uero ſimilibus conſeruari, perfici'que neceſſe eſt, tum
quod ad rerum, atque artium cognitionem, quę res maxime a' nobis expetitur, ĩſtruere poſſint.
Quoties igitur ea, de quibus diximus, ſenſibus offeruntur, admittuntur'que intro penitus ad
fruendum, ſenſuum indigentia illa, quæ antea cupidinem peperit, expletur. Eaque, quam quæ
rimus, uoluptas ex hac indigentiæ repletione contingit. Hæc eſt igitur ſecunda platonicæ defi
nitionis interpretatio, quam neminem arbitror, modo ſanę mentis ſit, uituperaturum, quapro
pter de his hactenus, pergamus ad reliqua. Tres ſunt ariſtotelicorum aduerſus Platonem
propoſitæ quæſtiones, prima quod falſo' uoluptatem uocauerit motionem. Alia, quod nec re
pletio, nec a' repletione uoluptas omnis eſſe poſſit. His omnibus non meo quidem ingeniolo,
nec enim tantum mihi arrogo, ſed iis, quæ ab ipſo Platone latiſſime diſputata ſunt, ſatis iam
reſponſum arbitror. Poſtrema uero Ariſtotelis obiectio fuerat, quod plurimæ uoluptates, con
tra Platonem, qui id negaſſet, bonæ, honeſtæ'que forent. cuiuſmodi ſunt, quæ ex actione, atq;
uſu uirtutum, & contemplatione proueniant. Ego uero dixerim ſuperius a' principe, ac præce
ptore noſtro propoſitum eſſe, quid huic obiectioni reſpondendum ſit. Quæ enim in mente cõ
ſiſtunt, uirtutes'que ſequuntur, Plato noſter (ut ſupra retulimus) non uoluptatis, ſed gaudii no
mine nuncupauit, quapropter quod uirtuti miſtum ſit, bonum eſſe, Ariſtoteli dabimus, nec ta
men uoluptatem dabimus bonam eſſe, ſed gaudium. utitur enim pro arbitrio ſuis quiſque uo
cabulis, & nomine quidem diſcrepat Ariſtoteles a' Platõe, re congruit. Pythagorici uero, Stoi
ci, ac Cynici cum noſtris re pariter, ac nomine congruunt.

¶ Caput V. Opiniones uarię quid ſit uoluptas. Prima opinio Ariſtotelis.

Riſtoteles autem, ut ad eius ſententiam deueniamus, uoluptatis nomine utitur ia
tius, eoque uult non modo illam, quæ ſenſibus inhęreat, iucũditatem, ſed illam
quoque, quæ in mente conſiſtat, ſignificari. quid uero ipſa uoluptas ſit, magis an
nuere, quàm exprimere uidetur. Veruntamen quę de hac in ſeptimo, ac decimo
de moribus diſputat, hoc, quo dicam modo, interpretari poſſumus. Tres ſunt (ut
Ariſtotelis uerbis utar) animi poteſtates, quarum una nobis cum plantis communis eſt, quam
uegetandi uim nominant. cuius officia tria ſunt, alere proprium corpus, atque augere, ac demũ
aliud extra ſe gignere ſimile alteram deinde naturam animæ ſentiendi uim uocitat, quæ nobis
cum cæteris quoque animalibus communis exiſtit. Senſuum uero, alios intimos, alios externos
eſſe. externi autem, qui etiam ad propoſitum magis pertinent, quinque ſunt, uulgari propemo
dum diuiſione notiſſimi. tertia uero animi uis, ſolis ex omni animãtium mortalium genere ho
minibus conuenit, eumq; intellectum, mentem'q; nuncupat. His addit mouendi poteſtatem,
ſed eam, quod ad propoſitum nil ualeat, dimittamus, de prima uero animæ natura, quæ plan
tis conuenit, philoſophi ueteres diuerſa ſenſerunt, ſiquidem Plato arborum, herbarum'q; ani
mas tacitam quandam appetitionem, quem naturæ nixum uocat, habere putat, Empedocles
non modo naturalem inclinationem, uerum ſenſum etiam plantis ineſſe uoluit. Anaxagoras
autem, ac Democritus uoluptate, dolore'que eas affici, nec ſentiendi modo, ſed & cogitandi,
& intelligendi uim hebere cenſent. At uero Ariſtoteles, nec ratione, nec omnino ſenſu prædi
tas, nec uoluptatis alicuius participes arbitratur, quo fit, ut nutriendi, augendi'que illa pote
ſtas nihil ad Ariſtotelis de uoluptate ſententiam conferat. Reliquæ igitur animæ uires, qui
bus uoluptatem attribuit, duæ ſunt, ex quibus unam (ut eius uerbis utar) intellectum, alteram
ſenſum nominat, his'que ſuas actiones, quas cognitiones uocat, aſſignat. Intellectus igitur ſiue
(ut latine loquar) mentis, atque rationis operationem, intelligentiam, cogitationem, contem
plationem'que dici uult. Viſus uero uiſionem, auditus, auditionem, odoratus, odorationem,
guſtus, guſtationem, tactus denique tactionem. ut uiſus quidem ipſa ſit animæ uis, ac natura,
qua uidere

qua uidere quis poteſt, uiſio uero actio ipſa, hoc eſt uidere, eodem'que modo in ſenſibus cæte
ris, uiſionem autem (ut unum pro ſingulis proſequamur) duo potiſſimum habere principia, a'
quibus ueluti quibuſdam cauſis oriatur, uiſum ſcilicet ipſum, in quo ſit, & inſuper rem externã,
quæ cernitur, a' qua uiſus excitatur, ut uideat, & uiſum quidem animi uim, ac poteſtatem no
minat Ariſtoteles. Quod autem uiſu cernitur obiectum, uiſionem uero perfectam eſſe dicen
dam, cum & animi uis optime affecta ſit, & illud quoque, quod cernendum eſt, obiectum ſu
apte natura ſit optimum, & naturæ inſuper animæ conſentaneum, quod ſi alterutrum defece
rit, uiſionem imperfectam fore, utriſque uero cõcurrentibus in unum, perfectam, quę uero per
fecta ſit uiſio, eandem quoque iucundam eſſe, quæ perfectior, iucũdiorem, quæ perfectiſſima,
iucundiſſimam. Viſionem igitur (ut idem ſæpius repetam) quia perfecta ſit, iucundam eſſe, per
fectionem igitur uiſionis iucunditatem quandam uideri. Quapropter & uice uerſa iucundita
tem uiſionis perfectionem eſſe. Cum uero iucunditas, ac uoluptas, ut ad propoſitum ſpectat,
idem ualeant, effici uult, uiſionis perfectionem eſſe uoluptatem, quod'que de uiſu dictum eſt,
idem etiam de ſenſibus cæteris, de'que ipſa mente intelligi uolumus, in cunctis enim eſt opera
tio propria, in auditu quidem, auditio, odoratu, odoratio, de cæteris'q; ſimiliter. Voluptas igi
tur communi definitione apud Ariſtotelem nihil aliud eſt, niſi perfectio quædam operationis
animi, idem autem cognitionis. Cum'que omnibus ſenſibus uoluptas inhæreat, uoluptas uiſus
erit uiſionis perfectio, auditus auditionis, guſtus guſtationis, ac de reliquis eodem modo, ut cu
iuſq; uoluptas ſit propriæ operationis perfectio. Eſt autem apud Ariſtotelem perfectio duplex,
altera quidem prima, annexa altera. prima uero illa eſt, quæ pars eius naturæ, cuius ꝑfectio uo
catur, exiſtit, uelut anima hominis. hæc enim hominis perfectio eſt, & pars quædam humanæ
ſubſtantiæ, annexam uero perfectionem illam dicimus, quæ cum nulla ſubſtantiæ pars exiſtat,
ſubſtantiam tamen ipſam conſequitur, ac ueluti comes rei ipſius, quam perficit, naturæ anne
ctitur, atque adiungitur, cuiuſmodi eſt in iuuentutis flore pulchritudo, nec enim pulchritudo iu
uentus ipſa eſt, neque pars aliqua iuuentutis, ſed ipſam ſequitur iuuentutem, atq; ornat, perfe
ctam'que reddit, uoluptas igitur, cum ſit operationis illius, quæ in ſenſibus, aut mente conſiſtit
perfectio, quæ tandem perfectio hæc erit? prima'ne? at hoc Ariſtoteles utiq; negabit, Voluptas
enim, quæ uiſu efficitur, nec ipſa uiſio eſt, nec pars aliqua uiſionis. Erit igitur uoluptas in uiſu ui
ſioni quædam annexa, atque adiuncta perfectio. Nam etſi in ipſa uiſione implicita ſit, neq; ta
men uiſionis pars eſt ulla, neq; uiſio tota. Alioquin abſq; uoluptate uiſio, quam ſæpe iam com
memoro, fieri nullo modo poſſet, uerum ab ipſa oritur uiſione, & quaſi comes conſequitur, mi
ſcetur illi, hæret, ornat, perfectam'q; efficit, nam & diligentius, & perfectius quiſq; id agit, quod
delectat, quod profecto notius eſt, quàm ut probatione aliqua indigere uideatur. Quamobrẽ
non abſque ratione uoluptas operationis illius, cui competit, ut contemplationis, uiſionis, au
ditionis, cæterarum'que omnium adiuncta quædam perfectio definitur, quod ſi honeſtæ actio
nis fuerit, ipſa quoq; uoluptas honeſta ab Ariſtotele nuncupatur, ſin turpis, & ipſa turpis. me
diæ uero, uoluptas quidem eſt media, qua quidem in re a' pleriſque ueterum philoſophorum
diſcrepat Ariſtoteles. Alii nanque uoluptatem eſſe putauerũt rei cuiuſdam, quæ nobis cõ
ueniat, naturam impoſitam ſenſibus, ueluti ſuauem mellis linguæ ſaporem imbibitum. Alii ue
ro uoluptatem rei conuenientis perceptionem definire, ueluti cum guſtui dulcedo liquoris ap
ponitur, nec dulcedinem ipſam, neque liquorem, neq; guſtum uoluptatem appellauerunt, ſed
ipſam potius guſtationem, hoc eſt dulcedinis perceptionem, quorum ſententiam Auicenna ꝓ
bare uidetur. Nonnulli uero nec ipſam etiam ſuauis liquoris perceptionem uoluptatem eſſe uo
luerunt, ſed illud potius animi iudicium, quod primam ſenſuum apprehenſionem, quam ple
rique phantaſiam uocãt, ſequatur. Primo nanq; ſenſum, quod ſapor dulcis ſit, noſſe. poſtmo
modum, quod bonus, aſciſcendus'que ſit, iudicare, id pleriq; iudicium uoluptatis nomine ſigni
ficari putant. Nec defuerũt, qui neq; ſuauem ſenſibus impoſitam qualitatem, nec eiuſdem qua
litatis perceptionem, neque iudicium uoluptatem uocauerint. uerum commotionem quãdam
corporis, ac ſenſus, quæ quidem perceptionem ipſam, iudicium'que conſequitur, ueluti lique
factionem, effuſionem, elationem, exultationem, petulantiam, atque his ſimilia. At uero alii q
dam ipſam membrorum ſuauem, & gratam, quæ ante iudicium fit, concitationem, titillatio
nem'que uoluptatem eſſe iudicauerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput VI. Opiniones peripateticorum de uoluptate.

Ristoteles autem horum nihil uoluptatem nuncupare uidetur. Cæterum apprehẽ
a sionis ipsius quandam perfectionem, ut prior quidem dulcedinis perceptio sit, ex
hac aliud quiddam nascatur, eius quasi comes, & annexa perfectio, eademq́ue uo
luptas existat. Quid uero sit huiusmodi perfectio, quam uoluptatem nominat, nũ
quam satis (ut uidetur) explicuit. Peripatetici autem, qui fluxerunt ab Aristotele, dum id, quod
ab eorum principe obscure dictum fuerat, explicare, & in lucem edere uellent, in diuersas sunt
sententias distributi. Nam alii quidem in sensibus, alii uero in eo, qui sensus sequitur, appetitu
uoluptatem collocauere. Et qui in sensibus, diuersis quoq; modis Aristotelem interpretantur.
Etenim nonnulli duas in sensibus esse putant perceptiones, quarum prima ab iis, quæ extrinse
cus offeruntur, in animum quodammodo proficisci, ac fluere uidetur. altera uero ab animo ma
gis profecta, ad ea, quæ extra sunt, porrigi. Primo nanq; animus exempli gratia dulcedinem per
cipit, quæ prima perceptio ex ipsius rei, quæ obiecta est, suauitate oriri uidetur. deinde cõsyde
rat se dulcedinem consecutum fuisse, illam percipere, habere, eaque perfrui, atq; hanc illi secun
dam animi perceptionem, seu cogitationem, siue meditationem, seu animaduersionem, uolu
ptatem appellatam esse ab Aristotele censuerunt, ut uoluptas sit illa ipsa consyderatio, qua bo
norum præsentia se frui quis cogitat. Nonnulli non sensum, cum sese dulcedinem conse
cutum animaduertit offerri, & quasi erigi, & quandam uelut hilaritatem concipere, ac per se
ferre, eamque uoluptatem ab Aristotele dictam arbitrantur. Itaque uoluptatem esse eleuatio
nem, siue hilaritatem animi adepti iam illud, quod cupierat, bonum. At uero qui uolupta
tem in ea parte animi, qua appetimus, posuerunt, duas appetitus proprietates esse putant. Vna
quidem moueri nos, ad eaque inclinari, quæ procul a` nobis sunt, bona, nec dum illa fuerimus
consecuti. Altera uero in eo, quod adepti iam, consecuti'q; sumus, consistere, primam, cupidita
tem, alteram, quietem nuncupant, & illam quidem molestia, solicitudine, cura, anxietate, ple
nam esse uolunt. hanc uero ineffabili quadam suauitate perfusam, eamque uoluptatem a` peri
pateticorum principe nuncupari, ut nihil aliud uoluptas esse dicatur, nisi terminus quidam, si
ue quies, appetitus in bono, quod iam fuerit consecutus. Vnde Lucretius.

Requies inquit, hominum, diuúmq; uoluptas.

» Cæterum quid ipsa quies sit, non eodem omnes modo exposuerunt. Alii nanque cessationẽ
ipsam, ac ueluti finem aliquem appetendi quietem definiunt. Appetitum etenim cum id, quod
cupierat, bonum adeptus fuerit, ab appetendo desistere. Itaq; solicitudine, & anxietate uacare,
quæ uacatio quies ipsa sit, eademque uoluptas ab Aristotele nũcupata. Ideo'que uoluptas est,
ut isti definiunt, acquisitio, quod cupitum fuerat, boni, ab omni appetendi solicitudine, & an
xietate uacatio. Nonnulli uero peripatetici aliquid huic uacationi aliud addiderunt. Care
re quippe omni molestia non dum plenam, ac perfectam uoluptatis naturã possidere. Fieri ue
ro integram, atq; absolutam, si in eo ipso statu sic omnis appetitio conquiescat, ut non mõ non
ulterius appetat quippiam, sed huic, quo fruitur, bono totis neruis, ac uiribus hæreat, assentia
tur sibi esse satis, atque in id penitus diffundatur. Est ergo, ut cẽsent isti, uoluptas assensio, atq;
diffusio appetitus in id, quod possideat, bonũ, quo fit, ut mediis in uoluptatibus liquescere cor
pus totum, ac diffluere uideatur, cum omnis animi, corporis'q; uis, ac motus in id, quod extrin
secus obiicitur, inclinetur, ac penitus rapiatur. Eiuscemodi uero diffusio non modo in corporis
membris, partibus'que, uerum etiam in appetitu, natura'que animi esse debet, neq; enim in rẽ
aliquam corpus nisi appetitus in pulsu, animi'que potestate diffunditur. Quapropter & ipsum
quoque appetitum, animum'que diffundi necesse est, atque auidissime affigi, & hærere illi, qđ
propriæ uideatur naturæ congruere. Omnis igitur huiusmodi animi, appetitus'que nixus, co
pulandi, hęrendi, affigendi ei, quod iam possidetur, bono uoluptatem continet, nec aliud quic
quam, ut istis placet, uoluptas esse uidetur, nisi assentiri, hærere, affigi præsenti bono, in id'que
diffluere, penitus'que diffundi, modo hæc intelligas in animo, in eaque animi parte, quę appe
tendi uis nominata est, fieri. Nam huiusmodi motus in calore quoque, sanguine, spiritibus, to
to'q; corpore reperitur, qui nec tamẽ uoluptas est, nec pars aliqua uoluptatis. uerum ab ea, quæ
in animo est, diffusione, assensione'que, quam uoluptatem dicunt, illa quoque corporis liquefa
ctio, effusio'que ueluti uestigia quædam intimæ uoluptatis proficiscuntur. Nam qualia hæc in
corpore sunt, talis & in animo uoluptas existit.

Caput VII.

Caput VII. Quæ Platonicorum cum Aristotelicis concordia, & quid Pla
to de sensibus, & affectibus.

Æc est igitur peripateticorum de uoluptatis definitione sententia, quam ipse arbi
h tror, ne minima quidem in parte a` Platonis nostri sententia discrepare, nisi quod
Aristoteles latius loquitur eodem nomine uoluptatis, & eam, quæ in mente est,
iucunditatem, & eam, quæ in sensibus nominans. Plato uero uoluptatem uocat,
eam, quæ sensibus accidit, quod uero in mente est, id gaudium nuncupat. Quin etiam inter
dum & ipse Plato uoluptatis, & gaudii nomina confundit, utroque uocabulo utens ad utrũq;
significandum. Nomine igitur uel nullo modo, uel uix, ac minimo discrepant, ex uero re cõgru
ant testes esse possunt nonnulli Platonis libri, nec non Platonici plerique haudquaquam phi
losophi contemnendi. Nam Apuleius, Chalcidius, Contius, Ptolemæus Platonici nobiles
eo, quem breuiter referam, modo Platonis sententiam obscurissimis in Timęo uerbis positam,
interpretantur, sensum profecto aiunt a` Platone primam animi perceptionem, quæ ab ipsa cor
poris passione nascatur, intelligi. Etenim rerum omnium, quæ noscendæ sunt, species quasdã
ad nos fluere, sensuum foraminibus hauriri in eo, qui in cerebri uentriculis est, spiritu imprimi,
atque consignari, eiusmodi rerum species in spiritu, quod quidem corpus est tenuissimum, atq;
perlucidum figuratas pulsare animum, atque efficere, ut illa ipsa obiecta externa, quorum hæ
sunt imagines, intueatur, atque percipiat, hanc animi perceptionem ab ipsa corporis passio
ne, impulsu'que nasci uidemus, spiritus siquidem ab externis motus corporibus, ipse animum
consimili pulsat, format'que imagine. Cum igitur eiusmodi perceptio a` spiritus impulsione
nascatur, consequens est eam a` corporis passione, ideſt pulsu, motione'q; proficisci, quod imi
tatus Aurelius Augustinus Platonicus bonus in eo libro, qui de animi quantitate inscribitur,
» Sensus est, inquit, passio corporis per seipsam non latens animam, ideſt per ipsam corporis spe
cies sensibus hausta eiusdem quoque passionem corporis, prima quadam, & propria imagi
ne percipi. Ex quibus fit, ut gemina corporis passione sentiamus. Nam cerebri, spiritus'que im
pulsu externorum corporum passiones apprehendimus. Passionem uero illam, quam corpus
proprium extrinsecus accipit, Platonici bifariam diuidunt, quarum una leniat corpus, ac mul
ceat, nec tam membra, uiscera'que pulset, quam palpet, atq; titillet, altera uero asperius, ac du
rius agitet. Cum uero animus primæ illi corporis motioni, cuius mulcere proprium est, consen
tiat, uoluptatem fieri, cum ab altera, quam asperam dicimus, abhorreat, atque desciscat, dolorẽ
asserunt. Assentitur autem animus corporis motioni, cum ei libenter adhæret, affigitur'que, co
pulatur, perfunditur, atq; in ea suauissime conquiescit. Quapropter Aurelius Augustinus uolu
ptatem definit appetitionis ipsius, cum eo, quod amauerit, unionem. Non'ne & hoc idem pe
ripatetici uoluptatẽ superius definiere, requiescere animum, perfundi, ac penitus copulari?
Quid ergo restat, cur non dicantur Platonici, peripatetici'que unum, atque idem de uoluptate,
& dicere pariter, & sentire? Quo alio discrepant, nisi quod illi consentire animum, isti quiesce
re, ac sistere dicunt? Immo & ob hoc nihilo discrepant, nec enim quiescit animus unquam, ni
si consentiat, nec consentit quidem, nisi pariter & quiescat.

Caput octauum. Quomodo peripatetici diuidant uoluptatem, & de uiribus animæ.

Vid ergo Platonici, ac peripatetici de uoluptatis definitione tradiderint, & quẽ
admodum in diem utrorunque disputationes conueniant, satis iam arbitror de
q claratum. Quod uero de uoluptatis diuisione peripatetici senserint, exequamur.
Omnem peripatetici naturam hominis ex anima cõstare putant, & corpore, ani
mam uero in duas partes, ut ad propositam quæstionem pertinet, mentem uide
licet, sensum'que distribui, rursus'que mentem uim pariter geminam, naturam'que habere. Ea
rum profecto unam in ueritatis indagatione, alteram in consultatione, & actione uersari, atque
illum (ut eorum uerbis utar) contemplatiuum intellectum, hunc actiuum nominant, illius pro
prium esse rerum earum, quæ naturæ ordine continentur, causas, proprietates, progressus que
perquirere, sola'que ueritatis contemplatione contentum esse, huius autem opus dici uolunt,
quę agenda, fugienda'ue sint, consultando discernere. Sensuum uero alios qdem intimos, ex
ternos alios uocãt. Intimos (ut uult Auerrois peripateticoq; interpretũ acutissimus) quatuor in

ſpecies diuidunt, quorum primus omnes, quæ per externos quinque ſenſus hauriuntur, imagines colligat, atque percipiat, ob id'que communem ſenſum appellant. Altera deinde uis imaginandi ab iis nuncupata eſt, cuius officium ſit, cum ipſa nihil perſentiat imagines, quæ à prioribus ſenſibus acceptæ ſunt, retinere, easque tertiæ ſentiendi naturæ, quam illi phantaſiam, exiſtimandi'que, ac cogitandi uim dicunt, afferre. cuius opus eſſe arbitrantur, ut iis acceptis imaginibus, quid, aut quale ſit id, cuius illæ imagines ſint, iudicet, atq; percipiat, eaque ipſa, quæ diſcreuerit, ſiue coniunxerit, ſeu conceperit, iudicando, poſtremæ cerebri ipſius, ſenſus'q; particulæ, quam memoriam dicunt, ſeruanda commendet. Senſus uero illos externos, qui ad id, qđ quærimus, magis ualent, quinq; in ſpecies, quæ cunctis notæ ſunt, diuidunt, eosque ſic inuicem ſeſe habere putent, ut qui eminentiorem corporis locum poſſident, puriores, ſimpliciores'que ſint. Reliqui craſſiores. Ideo'que uiſum auditu, hunc odoratu, odorandi uero uim guſtu, hunc deniq; tactu puriorem uideri. Nam ad uiſum lux, atque colores, ad aures ſoni. ad nares odores. Sapores ad guſtum, ſoliditas uero, ac mollicies, calorque, & frigus ad tangendi uim pertinent. Quapropter quo lux, colorq; ſono, ſonus odoribus, hi uero ſapore. ſapores autem iis, quæ tactui ſubiiciuntur, puriores exiſtunt, eo uiſus auditui. hic narium ſenſui. ſenſus hic guſtui, guſtus denique tactui, puritate, dignitate'q; præſtant. His autem quinque uiribus ſentiendi, quinque pariter in corpore (ut illi uocant) organa, atque ſubiecta, & quaſi fundamenta quędam attribuuntur. Nec aliud quicquam hæc eſſe uidentur, niſi corporis quędam affectiones, quas alii diſpoſitiones, alii qualitates, nonnulli complexiones nominant, quæ elementorum uaria commiſtione diuerſis in partibus corporis diuerſæ naſcuntur, ac ſunt diuerſorum quoque ſenſuum fundamenta. Alia nanq; corporis affectio eſt, qua uidendi poteſtas ſuſtinetur, ac uiget. Alia uero qua audiendi, idem'que eſt de reliquis omnibus iudicandum præter has quinque ſeu affectiones, ſiue ſubiecta, quinque pariter inſtrumenta, ſolidiora'que corporis membra, quibus tum ſenſus, tum etiã affectiones ipſę inhæreant, uelut receptacula quædam adinuenta, conſtituta'que ſunt. oculi nanque uaſculorum inſtar affectionem, uim'que uidendi recipiunt, cætera'q;, ut perſpicuum eſt, corporis membra certo quodam ordine cæteris qualitatibus, ac ſenſibus aſſignantur. His præterea membris, inſtrumentis'que proprii quidam motus, qui cuiusque affectum intimum demonſtrare uidentur, innati ſunt, Itaque in ipſis animi perturbationibus, modo rubeſcere, modo palleſcere, & aliâs quidem contrahi, ac rigere, aliâs uero diffluere, & quaſi liqueſcere cernimus. Ad hæc omnia, quæ longo iam ordine dinumerauimus, uoluptatem, ita pertinere Ariſtoteles arbitratur, ut in ea mente, quam contemplatiuam appellat, perfecta quædam, atq; abſoluta uoluptas inſit. In cæteris deinde hominis partibus gradatim degeneret. Nã ſeptem (ut putat) de cauſis, prima illa uoluptas, altera, quæ in actiua mente ponitur, uoluptate perfectior eſſe uidetur. Omnis enim, quæ ex ueritatis indagatione, contemplatione'que ſuſcipitur, uoluptas honeſta eſt, ac laude digniſſima. Cum uero mens altera de rebus agendis, fugiendis'que deliberat, gaudet'que eiuſmodi rerum electione, non omnis tamen uoluptas illa laudari ſolet. quæ ex his conſiliis, actionibus'que, quæ legibus optimis aduerſantur, prouenit, merito uituperatur. ueluti ſi mens conſilio contra patriæ, parentum'que ſalutem, cõtra'que ius ſuſcepto gaudeat. cum honeſtis actionibus delectatur, uoluptas honeſta eſt. cum uero mediis, illa quoque eſt media. quo fit, ut prima in mente, unum duntaxat gaudii genus, id'q; laude dignum exiſtat. In altera uero tria (ut diximus) genera. honeſtum, turpe, ac medium reperiantur.

Illa quoque ratio, qua ille in decimo de moribus utitur, non parum ad id, quo de agimus ualet. diutius enim contemplari nos inquit, quàm aliud quiduis agere poſſe, cum'que ueritatis inquiſitio firmior, ſtabilior'que, quàm quodlibet agendi officium ſit, neceſſe eſt eam quoq;, quæ ex illa prouenit, uoluptatem ſtabiliorem, ac perfectiorem exiſtere. Adde, quod ſapientis uita, contemplatio'que pauciorum quàm ciuilis indiget. quapropter illius uoluptas, cum ipſa quoque paucis, minimis'que contenta ſit, proculdubio magis ex ſeipſa ſufficiet, ac perfectior iudicabitur. Eſt præterea pars ea mentis, cui naturæ contemplationem tribuimus, altera ut nemo, utique negaret, perfectior, propterea'que præſtantiorem cæteris omnibus uoluptatẽ aſſert. Cum'q; actiuæ mentis motus, agitatio'q; ad aliud quoddam, aut eligendum, aut reiiciẽdum feratur, primæ uero mentis contemplatio ſeipſa contenta ſit, nec aliud oĩno quicquã præter ſeipſa deſyderet, neceſſaria ratione conficitur, uoluptatem, quæ cõtemplationi propria eſt, ſui dũtaxat gratia deſyderari. Alterã uero aliud pręter ſe quiddã uelut finem expetere, atq; iccirco primã illã admodũ pręſtantiorẽ iudicandã eſſe. Accedit ad hæc, qđ prima cuiusq; pars, atq; perfectior,

perfectior, totius quaſi uicem, appellationem'que gerit, ex quo ſequitur, ut cum hominum, quiſque pluribus ex partibus conſtitutus ſit, ea tamen, quæ contemplationi deputata eſt, qa cæteris dignitate præſtet, integram pene naturam hominis complectat', eaque maxime homo, ut Ariſtoteles inquit, exiſtat, quamobrem & illius actio nobis præcipue congruit, atque ineffabilem continet uoluptatem, quæ enim natura cognatiora ſunt, maiorem utique uoluptatem afferre ſolent. Poſtrema uero Ariſtotelis argumentatio probat', propriam immortalium deorum operationem in ſola contemplatione conſiſtere, ideo'q; neque quicquam in nobis præter primam (ut diximus) mentem, contemplationem'que, atque eam, quæ ex illa oritur, uoluptatem, quod deo cognatum ſit, ineſſe uidetur, quod ſi uoluptas huiuſmodi, quia ſola diis immortalibus conuenit, maxime diuina eſt, reliquis omnibus uoluptatibus præſtantior meritо iudicabitur. His igitur argumentationibus, ut contemplandi uoluptatem illi, quæ agẽdo percipitur, anteponeret, Ariſtoteles utebatur. uerum ad eas iam, quæ quaſi titillant ſenſus, & ad eos ſuauitate quadam affluunt, atque illabuntur, deueniamus. Has in duas ab Ariſtotele ſpecies diuiſas comperimus, e quibus aliæ quidem naturales, aliæ contra naturam eſſe uidẽtur, atque naturales eas uocat, quæ cum naturam reficiant, ab omnibus, aut pluribus appetuntur, easque pari quoque numero bifariam diuidit, quarum aliæ cunctis animantibus æque cõmunes ſunt, aliæ uero ſingulis pro diuerſitate naturæ quodammodo propriæ, atque cognatæ, nanque, quod cibum cuncta, potum'que, ac ueneris uſum expetunt, communis, naturalis'que libidinis, ac uoluptatis eſt proprium, quod autẽ ſingula pro naturæ diuerſitate ſingulis, certis'q; rebus uarie delectantur, aliis'que alia gratiora contingunt, id naturali quidem, attamẽ propriæ uoluptati competit. nam cum id uoluptarium cuique, quod eius naturæ congruit, uideatur, diuerſæ'q; ſint diuerſorum animantium affectiones, atque naturæ, neceſſe eſt differentibus animalibus ea quoque, quæ congruant, diſcrepare. Atque iccirco certam, & quaſi propriam ſingulis animantibus cupiditatem (ut inquit Heraclitus) uoluptatem'que competere. Delectat enim quenque, quod naturæ ſuæ ſit aptum, trahit ſua quenq; uoluptas. Atque hæ ſunt, quas naturales appellat, contra naturam uero eas eſſe uult, a quibus uniuerſum pene hominum genus abhorret, easque in tria diuidit genera. Alias enim flagitioſa quadam, corrupta'que natura, alias conſuetudine peſſima, nonnullas morbis, aduerſis'que caſibus euenire, peruerſitate uero naturæ contigiſſe ſcribit Ariſtoteles, ut mulier quædam pręgnantium uiſcera reſcindere, pueros'que uorare ardentiſſime niteretur, uel quod de efferatis quibuſdam gentibus circa pontum ferunt. Alios enim crudis, alios humanis carnibus delectari, nonnullos tradere natos inuicem, ut in conuiuiis comedantur. Troglodytas uero ſerpentinis carnibus ueſci. Diuturna quoque conſuetudine plerisque contingit, ut pilorum euulſione, aut unguium eſu delectentur. Sæpe etiam aut animi, aut corporis morbis id euenit, ut ille, qui matrem immolauit, comedit'que, & qui patris, ac filiæ carnibus ut ueſceretur, utrunque decoxit, qui'que conſerui iecur ardenter concupiuit, eoque interfecto, ſumma cum uoluptate uorauit. Nos quoque uidimus certo corporis morbo affectos, alios quidem lapillos, alios gypſum, nonnullos terram, quoſdam carbones, alios calcem, ut prægnantibus ſæpe accidit, dentibus auidiſſime terere. Tria hæc contra naturam genera uoluptatum, non humani, ſed ferini, immanis'q; eſſe putat ingenii, unde eiuſmodi uoluptates, in eo, qui de moribus inſcribitur ſeptimus, immanes appellat. Ex his, quæ hactenus numerauimus, tria eſſe uidentur apud Ariſtotelem genera uoluptatum. prima quidem in contemplatione, altera uero in conſultatione, atque actione uerſatur, & utræque ſane in mente, ſed diuerſo quodam (ut diximus) modo conſiſtunt. tertiam deinde in ſenſibus poſuimus, eamque in duas diſtribuimus ſpecies, naturalem ſcilicet, & contra naturam, naturalium uero alteram communem, alteram propriam nuncupamus, immanium præterea unam corrupta, flagitioſa'que natura, alteram uitioſa conſuetudine, tertiã morbis cõtingere. primam igitur, quæ ex contemplatione naſcitur, uoluptatem, quod deo ſimillima ſit, quod'que non ut homines, ſed ut dii ſimus, nobis contingat, diuinam uocitat. eam uero, quæ actiuæ mentis eſt propria, honeſtam ſane, non tamen diuinam nominat. eſt enim honeſtas nõ ipſa quidem diuinitas, ſed perfectum quoddam diuinitatis ſimulachrũ, atq; imago. unde ſecunda mens, atq; uoluptas a prima degenerat, quod primæ diuinitas, alteri uero diuinitatis ſimulachrum tribuat'. Quæ autem corpus deliniunt uoluptates, nec diuinitatis amplius, nihilo'q; magis honeſtatis participes eſſe queũt, quippe cum honeſtas ſolius mentis decor, pulchritudo, atq; ornatus exiſtat, atqui is ornatus, partium'que omnium conuenientia in mentis habitu hone-

ſtas, in affectibus moderatio, in actionibus modeſtia, in operibus ordo, in corpore forma a' pleriſque Platonicis appellatur, habent tamen & ipſæ, quæ ſenſus mouent, uoluptates exiguam quandam honeſtatis imaginem. Quæ enim ex iis mentis, rationis'que legibus obſequuntur, ob eamque cauſam moderatæ fiunt, ob hanc ipſam moderationem honeſti, atq; decori naturam imitari uident, cum'que honeſti appellatione haud omnino digne ſint, boni uocabulo ab Ariſtotelicis appellantur, atque effrenatiores, minusq; ratiõis participes ſunt, eas nec diuinas, nec honeſtas, nec denique bonas, ſed uituperatione potius dignas, ac malas eſſe cenſet, cum'q; non adeo modum exceſſerint, ut ab hominum moribus, ingenio'que abhorrere penitus uideantur, uitioſas quidem, humanas tamen uoluptates nominat, easque in duas diſtribuit partes, alias enim appetitionem duntaxat corrumpere, ut qui his afficitur, appetat profecto præter rationẽ, & agat, neque id tamen conſulto efficiat, nec agendum extra perturbationem conſtitutus exiſtimet, ſed quodam deinde ardore libidinis excreſcente contra id, quod recta ante mens elegerat, inclinetur, atque trahatur, eiuſmodi uero incontinentis animi uoluptates eſſe putat, alias uero non modo appetitionem, uerum etiam mentis iudicium deprauare, ut & contra quam deceat concupiſcat, & id ipſum agendum, bonumq; mens iudicet, conſulto'que eligat, pro uiribus uoluptati corporis indulgere, easq;, quæ ſic mentem occęcant, intemperantis hominis uoluptates eſſe probat. Omnes tamen, quas hactenus in ſenſibus poſuimus, humanę uidentur. At uero cum ab hominum conſuetudine, ingenio'que alienæ uoluptates homini cuipiam, uel peſſime nato, atque educato, uel morbis extra ſepoſito dominantur, quoniam beſtiarum potius, quàm humani ingenii propriæ ſint, ſeruiles, atq; immanes appellat, Sed hę omnes, quas ſenſus nobis porrigunt, uoluptates, in quinque ueluti gradus, pro numero quoque ſenſuum ab Ariſtotelicis digeruntur, atque eas eundem, quem & ipſi ſenſus, ordinem tenere cenſent, ut uidendi uoluptas illa, quam aures præſtant, purior, ac dignior ſit. aliæ'que ſimiliter aliis eodem ordine puritate, dignitate'q; præſtent.

¶ Caput IX. Voluptates auditus, atque uiſus, excellẽtiores ſunt cæteris ſenſuum uoluptatibus. Item de omnibus ſenſibus, & inſtrumentis eorum.

e St autem ratio quædam optima a' Platonicorum principibus adinuenta, qua oculorum, atque aurium uoluptates, cæteris, quas corpus offert, omnibus præferunt, ſoni quippe, & hæ, quę oculis cernuntur, figuræ, optima quadam, atque aptiſſima partium coniunctione conficiuntur. Id autem abſque proportiõe fieri nequit, nec abſque ordine eſt ulla proportio. Ordo autem maxime rationis eſt proprius, quo fit, ut in pleriſq; ſonis, figuris'que, quibus ille compoſitionis ordo inſit, ueſtigium quoddam rationis ineſſe uideatur, quæ quidem rationis imago in cantuum, uocum'que numeris, harmonia, in partium uero, membrorum'que conuenientia, pulchritudo a' Platonicis nuncupatur, quo efficitur, ut hæc non modo auribus, atque oculis blandiantur, ſed mentem quoque, rationem'que his ipſis, quæ in ſe continent, rationis ueſtigiis moueant, cum'que maximam cum mente naturæ cognationem habeant, occupant eam penitus, rapiunt'que, ac ineffabili quadam complẽt animum uoluptate, atque iis duabus imaginibus, uoluptatibus'que duę quoque furoris diuini ſpecies, ut in libello de diuino furore latius diſputauimus, oriuntur. At uero odores, ſapores, calidum, ac frigus, cætera'que eiuſmodi, quæ ad olfactum, guſtum, tactum'q; pertinent, nec harmoniam, nec proportionem, neque ordinem, multo'que minus ſimilitudinem aliquam rationis habere, aut præſeferre uidentur. Itaque ſenſuum duntaxat, corporis'que naturam permulcent, menti uero aut nullo modo, aut uix congruunt. Propterea'que, quæ ex his proficiſcuntur, uoluptates nec rationis, nec dignitatis quicquam poſſident, nec aliquod menti (ut ita dixerim) pabulum afferũt. Accedit ad ea, de qbus pauloante Peripatetici diſputabant, quod ſentiendi uis, quo craſſior eſt, eo pluribus animantibus cõpetit. Vnde nõ omnibus uiuẽdi, aut audiẽdi poteſtas a' natura tributa eſt. Pluribus, odorãdi, guſtãdi forte oĩbus tãgendi deniq;, qd oĩbus aĩalibus inſit, nemo utiq; dubitaret. Eodem quoq; modo hoꝛ ſeſe uoluptates habebũt, ut alię quidẽ aliis cõmuniores, uiliores'q; iudicentur. uerum ex oĩbus eas, quæ in guſtu, tactu'q; poſitæ ſunt, cõmuniſſimas, atq; uiliſſimas eſſe ꝓſtat, q̃propter eas Ariſtoteles ferinas, ſeruiles, abſurdas eſſe dicit. Plato incontinentiſſimas, atq; furioſiſſimas. Hippocrates autem (ut ſuperius diximus) ex illis alteram comitiali morbo ſimilem iudicauit. Nec uero illud parum ualet, quod o-

mnes pene', qui circa mores philoſophentur, eos, qui in his duabus uoluptatibus modum exceſſerint, incontinentes, aut intemperantes dici uolunt. At circa reliquas uoluptates, quod magis admodum liberales ſint, neq; incontinentiam, neque intemperantiam poſuerunt. Hactenus tria, quibus uoluptas tribuitur, mentem uidelicet contemplatiuam, atq; actiuam, ſenſus'q; retulimus. At uero poſt ſentiendi uires, affectiones ipſæ, membra'q; corporis, quæ ſenſibus ſubiacent, diſponuntur, quæ cum nec delectationem, nec moleſtiam per ſeipſa percipiant. Ipſis tamen motibus, concitationibus'q; corporeis, quibus aut iucunditas, aut dolor infertur ſenſibus, ſubiiciuntur. Vnde fit, ut ipſa quoq; membra uoluptatis intimæ ueſtigia quædam tenere uideãtur. Atque hanc ipſam uiſcerum, partium'q; corporis agitationem, quæ intra gaudendum, dolendum'que fit, plerique philoſophorum ueterum uoluptatem, ac dolorem appellauerunt. Alii uero ipſam naturæ manifeſtam ſenſibus refectionem, uoluptatem eius autem, quod naturæ proprium eſt, reſolutionem, imminutionem'que dolorem eſſe cẽſuerunt. Cæterum præter has intimas motiones externi quidam geſtus, qui occultarum affectionum ſigna præbeant, ſubſequuntur, nec defuerunt, qui ea ipſa ſigna uoluptatis, doloris'que nomine nuncuparent. Sed huius opuſculi breuitas exigere uidetur, ut Ariſtotelicæ diſputationi finem imponamus, id'q; iam fiet, ſi hoc prius admonuerimus, ut quoties in hac ipſa diſputatione uoluptas a' nobis in mente poſita eſt, intelligatur in ea mentis parte, quę appetit, & uult quippiam poni, mentis enim pars una cogitat, conſyderat'que, altera meminit, tertia uult, et ſi aliter diuidi queat, hæc tamen ad præſens ſufficient. Nec eſt aliud quicquam mentis uoluptas, niſi illa ipſa perfecta, grata'que aſſenſio, qua uoluntas in eo, quod mens conſyderat, utpote familiari, ac ſibi proprio penitus cõquieſcit.

¶ Caput decimum. Opiniones ſtoicorum, aliorum'q;, de uoluptate, omnibus'que affectibus.

Æc igitur ad Ariſtotelis ſententiam ſatis eſſe debent, Ad ſtoicos deueniamus. Stoici igitur, quorum princeps Zeno extitit, gaudium non ſecus ac Plato definiunt, uoluptatis uero, ac lætitiæ nomen confundunt inuicem ſæpius, atque idem utroque nomine diſputando deſignant. Cum enim ita mouemur, ut in bono ſimus aliquo, dupliciter id contingere putant. Nam cum ratione mouetur animus placide, atque conſtanter id gaudium dici uolunt, cum uero effuſe, inaniter'que exultat, lætitiam geſtientem, uoluptatem'que nuncupant, quam ita definiunt, irrationalem animi elationem exiſtimantis magno quodam bono ſe frui. quanquam Cicero ſecũdo de finibus iis nominibus ita nos latine uti uult, ut gaudium, lætitia'que ſola in mente conſiſtant, uoluptas uero, cum ſenſibus prẽcipue tribuatur, ad mentem quoque transferri poſſit. Eſſe lætitiam mentis elationem exiſtimantis ſe magno bono frui, gaudiũ uero rõnalẽ mentis elationẽ, uoluptatẽ eſſe illam, quę ſenſibus percipitur, ſuauitatem, eamq; ad mẽtem quoq; transferri poſſe, atque eam ſemper in mente eſſe uituperandam. Hæc ille, cum de philoſophia diſputat, cum'que harum rerum differentiam exprimit. Reliquis uero in locis uoluptatis nomen & pro gaudio, & pro lætitia ſæpius ponit. Ariſtoteles autem a' Cicerone, ac ſtoicis plurimum diſſentire uidetur, cum nec gaudium, neq; uoluptatem aliquam lætitiam dici uelit. Nam cum in eo, qui de moribus ſecundus inſcribit, affectus dinumeraret, lætitiam interpoſuit. Adiecit deinde eos eſſe affectus, quos uoluptas, aut moleſtia ſequitur, quo fit, ut uoluptas apud Ariſtotelem affectus eſſe non poſſit, alioquin falſum eſſe, quod pauloante dixerat, neceſſe eſt. Nam cum uoluptas ſeipſam ſequi nequeat, qui eam affectum uocauerit, is uoluptatem omnes affectus ſequi, quod poſuerat Ariſtoteles, negare uidebitur. Præterea, cum in eodem ſecundo affectus animi motus appellauerit, In decimo uero uoluminis eiuſdem uoluptatem nullo pacto motum uocandam eſſe demonſtret, quis non intelligat Ariſtotelem eam eſſe affectum penitus negauiſſe? Cum ergo uoluptas huius ſententia, neque motus, neque affectus ſit, lætitiam uero affectum eſſe uoluerit, neceſſaria ratione concluditur, uoluptatem, atque lætitiam inter ſe admodum diſcrepare. Nec uero lætitia apud peripateticos talis eſt, ut aĩo, dũ bono p̃ſenti fruit', adſit. eſſe nãq; illã animi motũ, nemo inter peripateticos dubitat. Etení affectus, cũ appetitus paſſiões quędã ab iis definiãtur, paſſio uero eorũdẽ opinione fluxus, motus'q; exiſtat, motiones erũt. Itaq; & lætitia affectus exiſtens, neceſſario motus eſſe uidebitur. Animus autem id iam, quod cupierat, conſecutus, nõ amplius mouetur quidem, ſed ceſſat cõcitatio omnis appetendi, atque in eo, quod adeptus eſt,

bono suauissime reqescit, quo circa ab appetitu, dum fruitur, affectus omnes, qui circa id ipsum, quod adeptus est, uersantur, amouere oportet. Ergo & ab illo, cum bono aliquo fruetur, lætitiã amouebimus. Quid sit ergo lætitia, quærat forte quispiam, si nec uoluptas, nec gaudium est, nec in appetitu, dum fruitur præsenti bono, consistit, etsi id non satis ab Aristotelicis explicatum fuerit, in hunc tamen modum arbitror me haudquaquam absurde Aristotelem interpretaturum. Cum nobis quippiam, quod bonum appareat, obiectum est, id primum iudicat animus capiendum, tum appetitus ad id ipsum, quod iudicatum fuerit, inclinatur, quam cupiditatem, seu libidinem dicimus. Deinde inquirit animus ipse secũ, possit'ne facile, quod cupiat, adipisci, quam curam, solicitudinem'q; uocamus quod si minus consequi se posse comperiat, tum hæc ipsa opinio diffidentia dicitur, quam sequitur desperatio, ideſt cum non amplius expectat se eo, quod cupiat, facile fruiturum. Oritur hinc tristitia, ideſt desperantis, diffidentis'q; animi depressio, atque abiectio, quanquam hæc in uultu non minus, quàm in animo ab iis, quibus latine loquendi cura est, ponitur. Sin autem crediderit quis se id, quod cupit, facile cõsecuturum, hæc ipsa fides confidentia nuncupatur. Spes deinde confidentiam sequitur, ideſt futuri boni firma, ac facilis expectatio. Nascitur hinc lætitia erectio quędam, atque elatio animi sperantis sese absq; ulla dubitatione, quod petierit, possessurum. Etenim certa confidentia, spes'q; firmissima, & ipsius, quod speramus, uehemens consyderatio, id ipsum, quod petimus ita animo repręsentant, ut non multum absit, quin id omnino præsens esse uideatur. Quo efficitur, ut quiddã uoluptati simillimum, ex hac ipsa spe, & cogitatione nascatur, eamq; ipse lętitiam Aristotelem uocauisse arbitror imaginem quandam futuræ uoluptatis, ac speciem, quam Lucretius Epicureus guttam ueneris appellauit, quod sit exigua quædam, ac leuis amatæ rei perceptio. uoluptas uero perfecta, absoluta'que rei desyderatę (ut platonice loquar) fruitio. Quapropter & idem ipse Lucretius in quarto de natura rerum libro, cum de hac prima gutta ueneris loqueretur, ait.

» Nanq; uoluptatem præsagit muta cupido.
» Hæc uenus est nobis, hinc autem est nomen amoris,
» Hinc illata primum ueneris dulcedinis in cor
» Stillauit gutta, & successit feruida cura.

Ideſt cum ipsa cupido, quam amorem uenereum nominamus, muta ideſt, adhuc latens, atq; intimo motu, secum ipsa (ut ita dicam) consyderans ob ipsam spem, ac confidentiam præsentit, ac uelut prægustat futuram uoluptatem. In ea statim prima illa gutta ueneris oritur, quam lætitiam nominamus. Sit igitur apud peripateticos lætitia suauis quędam futuræ uoluptatis ex ipsa spe nata præsensio, & qualis est in appetitu uoluptas, dum fruitur, talis in eodem quoque, dum sperat, lętitia. Atque hęc est de huiusmodi nominibus, lætitia, gaudio, uoluptate inter Platonẽ, Aristotelem, Zenonem, & Marcum Tullium controuersia. Sed utantur suis, ut placet, nominibus, nos ad stoicos redeamus. Est autem perturbatio (ut stoicis placet) auersa a` recta ratione contra naturam animi commotio, eamq; ab opinione nasci putant. Nam simul ut obiecta cuiuspiam species est. Id aut malum, pestiferum'q;, aut bonum animus opinatur. Ex hac autẽ opinione quatuor animi perturbationes proficiscuntur. Nam quæ nobis obiiciuntur, seu mala illa quidem, seu bona sint, aut futura, aut præsentia esse uidentur. Quod si mala quædam futura animus cogitauerit, ab his statim declinare conatur. Quæ declinatio, si cum ratione fiat, cautio appellatur, eaque nec perturbatio est, nec a` sapientis animo aliena. Quæ autem sine ratione, & cum exanimatione humili, atque fracta, nominatur metus. Est autem metus a` ratione auersa declinatio, siue futuri mali solicita expectatio. Cum uero iam illud, quod malum uidetur, impendet, præsentia'q; animum afficit, ea perturbatio, quam siue ægritudinem, seu dolorem nominant, oritur. ægritudo uero est animi aduersante ratione, contractio, pręsentis autem mali sapientis affectio nulla est. At cum species cuiuspiam, quod futurum bonum appareat, offert' ad id adipiscendum, impellit (ut stoice loquar) ipsa opinio. Id cum constanter, prudenter'q; fit, eiusmodi appetitionem appellamus uoluntatem, eam illi putant in solo esse sapiente, nec ullo modo perturbationem dici debere, quam sic definiunt, uoluntas est, quæ quid cum ratione desyderat, quę uero ratione aduersa incitata est uehementius, ea libido est, uel cupiditas effrenata, quę in omnibus stultis inuenitur. At cum ita mouemur, ut bono fruamur aliquo, duobus id modis contingit. nam aut grauiter, & tranquille mouetur animus, id'q; gaudium uocitant. Cum autẽ leuiter, effuse'q; gestit, tum illud lætitiam gestientem, uoluptatem'q; nominant, quam cum definierint irrationalem, & gestientem animi elationem existimantis se magno bono frui. Cum illis peripateticis, quorum opinionem superius, cum de Aristotele loqueremur, secundo loco retulimus

tulimus consenserunt, utriq; enim in hoc congruunt, ut uoluptas sit ipsa animi elatio existimantis se maximum quiddam bonum consecutum. Diuidunt autem stoici uoluptatem in partes plures, nam quinq; in sensibus, quatuor in mente, dum sensibus assentitur, esse censuerunt. quæ sensus mouent, nec distincta nomina, neq; propria apud stoicos habent præter eam, quæ auditu percipitur, hanc siquidem delectationem illi uocant, atque ita definiunt. Delectatio est uoluptas suauitate auditus animum deliniens, reliquæ uero cæteris sensibus blandiuntur, uerũ præter eas, quibus corpus afficitur, quatuor adinuentæ sunt, quæ in mente quoq;, postquam ab appetitione deprauata est, comperiuntur. Hæ uero sunt oblectatio, effusio, iactatio, maleuolentia. Est autem oblectatio animi inclinatio ad uoluptatem emolliens. Neq; hanc quicquam aliud esse arbitror, nisi ipsam mentis molliciem, atq; assensionem, qua illi, quam sensus porrigunt, suauitati libentissime iungitur, consentit, paret, atq; obsequitur. effusionem uero definiũt uirtutis animi remissionem, ac dissolutionem. Nec enim solum mens ipsa mollicie quadam, ut sensuum uoluptatibus pareat, inclinatur, & trahitur, quod per oblectationem fieri diximus, uerum etiam, quod maius est, omnis mentis nostræ uis, omnis'q; intentio præsentis boni dulcedine deliquescit, ac diffluit, sese'q; ad id fruendum effert, penitus'q; diffundit. Hanc igitur stoici nominant (ut arbitror) effusionem. Sequitur deinde iactatio, uoluptas gestiens, & se efferens insolentius. Hic quoq; mentis est morbus, cum eius, quod bonum apparet, possessione exultat, & inaniter gloriatur. Maleuolentia uero est uoluptas ex malo alterius sine emolumento suo. Nam cum ob utilitatem propriam, alterius malo quis afficitur uoluptate, uidetur potius benefiniendo illa adiuncta est, sine emolumento suo. uolentia in se, quàm ulla in alios maleuolẽtia hoc perpeti. Quapropter merito particula in de-

Caput XI. Cyrenaici de uoluptate, quod sit finis.

h Hæc igitur de stoicorum sententia dicta sufficiant. Cyrenaicos iam philosophos audiamus, qui ab Aristippo Socratis discipulo fluxerunt. Cyrenaici duas posuerunt perturbationes dolorem, & uoluptatem, hanc lenem motum, illam uero motum asperum appellantes. nihil differre a` uoluptate uoluptatem, neq; plus altera mulcere alteram. atq; hanc quidem omnes animantes adscisцere, illum autem aspernari. uoluptatem uero corporis intelligunt, quam & finem esse dicũt, non eam, quæ in statu sit, & in doloris prĩuatione consistit, & ueluti a` perturbatione quietem agit, quam suscepit Epicurus, finem'q; cõstituit. testimonio putant esse nobis finem haberi uoluptatem, quod a` pueris hanc nobis natura conciliauerit, etiam absq; iudicio rationis, cum animi iudicium nec consuetudine aliqua deprauatum est, nec opinione informatum, quo fit, ut solo naturę instinctu uoluptatem summum bonum existimare uideamur. Cum'q; illa fruimur, nihil aliud præter eam inquirimus, quasi ex petendorum omnium, ultimum, extremum, summum, ac finis existat, neq; est quicquam, quod æque ac dolorem naturaliter fugiamus, itaq; uoluptatem maxime omniũ expetimus. uoluptatem præterea bonam esse etiam si a` turpissimis rebus proueniat, etsi enim fœda sit uoluptatem tamen per se ipsam esse eligendam, bonumq; existimandã, porro` illa doloris abiectio, quam tuetur Epicurus, eis nõ uidetur uoluptas esse, neq; priuatio uoluptatis dolor, utraq; enim esse in metu constituta, neque tamen corporis solum esse uoluptates, uerum animi etiam, quæ scilicet ex præteritarum rerum recordatione, uel spe futurorum bonorum, uel disciplinarũ studiis percipiuntur. Longe tamen esse præstantiores corporis, quàm animi uoluptates. Deteriores'q; corporis dolores, quàm animi. uirtutes uero, & omnino quicquid aliud præter uoluptatem sit, eius gratia bonum, & expetendum esse. Et quæcunq; mala uidentur doloris causa, mala, fugienda'q; uideri. Solam profecto uoluptatem propter se bonam, atq; expetendam, dolorem uero propter se malum, ac reiiciendum. uoluptatem quoq;, & dolorem ex assensione, & compassione animi ad corpus contingere. Corpus nanq; uariis, diuersis'q; motibus agitari. his uero si lenes, blandi'q; sint, assentiri animũ, atq; id esse uoluptatem. Sin autem asperiori quadam corpus passione pulsetur, contrahi animum, & compati, atq; dolere. Quamobrem in hac doloris, uoluptatis'q; definitione, cum plerisq; platonicorum, peripateticorum'q; consentiunt, dissentiunt tamen cæteris nonnullis in rebus, ut ex iis, quæ retulimus, esse potest perspicuũ, & eo insuper, quod nec suaue quicquam, nam nec insuaue opinabantur. cæterũ cuiusuis rei, uel nouitate, uel uarietate, uel satietate, lætari alios, alios angi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput XII. Opinio Eudoxi, quod uoluptas sit summum bonum.

Adem ferme est Eudoxi Architæ auditoris sententia, iis enim, quas ponam, rationibus uoluptatem summum bonum probat. quod expetendum est, inquit, id bonum uidetur. quod uero magis expetitur, melius, quod denique maxime, id maximum ac summum esse bonum, nemo utique dubitaret. Voluptatem uero præ cæteris expeti, e duobus patere arbitratur. Nam nihil est ex omnibus, quod uehementi⁹, ardentius q̃, quàm uoluptatem uiuentia concupiscant, nec bonum est aliquod præter eam, quod ab omnibus expetatur. Voluptatem quippe non solum homines, uerũ cætera quoq; animalia omnia, infantes præterea statim, ut nati sunt, iuuenes deinde, ac senes affectant. Nihil autem e cæteris bonis, quod ab iis omnibus appetatur, reperiri potest. Item quod est secũdum naturam maxime, summũ id esse bonum nemo uel indoctus negaret. uoluptatem uero potissimũ naturæ congruere, ex his patebit, quod hac gignantur animantes, ipsi q̃ adeo generationi necessaria sit, ut plerique uetu rum philosophorũ plantas quoq; inuicem utriusq; sexus commistione coire, ac per uoluptatem gignere, surculos q̃ emittere disputauerint, quod q̃ eam uiuentia uix in lucem edita eueſtigio concupiscant ante, quàm aut aliud quicquam appetant, aut consilio aliquo id, quod quærunt, eligere ualeant, uoluptatis præterea illecebris ab ipso nutricis lacte, per omnem uitã nutrimur, educamur, atq; augemur, huius delitiis erudimur, huius in gremio uitam agimus, hæc cunctis sensibus innata est, ac uelut esca omnia uitæ necessaria perficiuntur officia, neq; enim aut quæ pestifera sunt, expellimus, aut quæ utilia sine uoluptate consequimur. quapropter maxime naturæ congruere, ac generi nostro familiarissima (ut Aristoteles inquit) esse uidetur. Præterea bonum, quo latius est, eo diuinius est existimandum, cum q̃ uoluptas omnibus animantibus competat, cunctis q̃ bonis immista sit, quis eam dubiter latissime patere, & ubiq; diffundi? nec ulla sane uirtus est, quæ cæteris omnibus uirtutibus insit, aut cunctis animalibus natura conueniat. uoluptas autem omnibus uirtutibus immista est, nec ulla omnino uirtutum absq; uoluptate inueniri potest. Ipsa uero uoluptas absq; uirtute in pluribus reperitur, nec esse potest ulla boni sine uoluptate possessio, ex quibus concluditur eam cunctis bonis infusam, propterea q̃ amplissimam, optimam q̃ existere. Insuper nihil est præter uoluptatem, quod non ob aliud qddam expectamus. Immo quod maius uidetur, ob eam ipsam reliqua omnia concupiscimus, nec enim aliam ob causam ullam, quod bonum est affectamus, nisi ut eo tandem, si fieri ullo modo potest, acquisito fruamur, fruitionis ergo (ut ita loquar) gratia bona omnia perquirunt, uoluptas autem, cum nihil aliud sit, nisi suauissima quædam acquisiti iam boni fruitio, quis neget, eius gratia bona reliqua desyderari? nec ullus est, qui boni qppiam appetat, nisi, ut id ipsũ pro uiribus consequatur, nec consequi uult, nisi ut possideat, atque in eo suauissime requiescat, suauis autem illa quies, siue quietis illa suauitas, qua bonum iam nacti perfruimur. uoluptas ab omnibus pene philosophantibus nominata est, eius q̃ gratia, ut probauimus, bona omnia desyderantur, nec ulli uoluptas unquam potest contingere, nisi prius, quod cupierit, bonum consecutus sit, quo fit, ut uoluptas bonorum adeptionem sequatur. cum q̃ id, quod aliud necessario sequitur, eius quoq; finis existat, necesse est uoluptatem eum profecto finem, cuius gratia bona omnia petamus, existere. duo sunt igitur in Aristippi, Eudoxi q̃ disputatione præcipua, quod uidelicet uoluptas corporis potior sit, quàm animi, quod q̃ in ipsa corporis suaui commotione omnis beatitudo consistat.

Caput XIII. Rationes Aristotelis contra Aristippum, & Eudoxum de uoluptate, probant uoluptatem mentis potiorem esse corporis uoluptate.

a T Aristoteles aduersus utranque sententiam rationes uerissimas, probatissimas q̃ contexit. In primis q̃ pluribus rationib⁹ potiorẽ esse animi, q̃ corporis uoluptatem demonstrat. Ex omnib⁹ enim corporis uoluptatibus uehementissimæ sunt, quæ tangẽdo, ac gustando ꝓcipiunt. hæ uero ea natura est, ut absq; indigẽtia, aut nullo modo, aut certe uix corp⁹ mouere possint. unde Socrates cibi ꝓdimẽtũ famẽ esse dicebat, potionis, sitim. oĩs aũt indigentia, cũ naturę inimica sit, dolorẽ affert, Cũ q̃ eiusmodi uoluptates sine indigẽtia fieri nequeãt, necesse est doloris semp participes esse. ꝓpterea q̃ nec integras, neq; puras hẽri, ꝑsertim cũ pœnitẽtiã, satietatẽ, morbos q̃ pariãt. animi uero uoluptas nullã penit⁹ egestatẽ mistã hẽt, ob eamq; cãm nec doloris est ꝓticeps, nec ulla satietate, aut molestia mentẽ affi-

cit. Quid? quod sensuum delectationes, quo magis, atq; auidius hauriuntur, eo citius in contrarium recidunt. mentis uero gaudium, quo magis quæritur, eo maius, perfectius q̃ habetur.

Præterea uoluptatis causæ, ac uelut principia, duo sunt, ipsa uidelicet animæ uis, quæ motum eiusmodi recipit, id q̃ insuper, quod extrinsecus nobis obiicitur, illud quidem uoluptatis subiectum, hoc obiectum nominant. suauitatis corporeæ subiectum est sensus, obiectum uero, corporis qualitas, atq; natura, quam sensibus hauſtæ species offerunt. eius autem, quo animus fruitur, gaudii subiectum quidem mens, obiectum, res incorporea, simplex, absoluta, æterna, ueritas q̃ existit. quo igitur huius, quam superioris illius uoluptatis principia diuiniora sunt, eo hæc est, quàm illa, perfectior. Et (ut disputat Auicenna) sensus rerũ, seu superficies, siue prorietates quasdam extrinsecus attingunt, nec rebus ipsis, sed earum potius imaginibus copulantur. mens autem intimam, atq; absolutam naturam eius, quod obiectum est, inspicit, atq; ita cum eo, quod consyderat copulatur, ut uel e duobus unum (ut uult Auerrois) fiat, uel (ut Aurelius Augustinus inquit) indissolubili connexione cohæreant, qua comprehensione, coniũctione q̃ maior admodum menti, quàm sensibus, qui id assequi nequeunt, uoluptas contingit.

His adde, quod mentis natura una semper, eadem q̃ existit, & iccirco idem sibi semper simile, ac proprium est. ex quo sequitur, huic idem semper esse iucundum, eandem q̃ uoluptatem adesse. Corporis autem natura, aut nunquam eodem in statu permanet (ut Heraclitus, & Plato uolunt) aut breui in multas affectiones transfertur, ut Aristoteles putat, aliasq; alia eius qualitas est, quapropter neq; idem omni tempore corpori congruit, quod q̃ nunc secum natura consentire uidetur, statim, aut certe paulopost dissentit, & dissidet, nec illi ob id idem semper est uoluptarium, quibus profecto intelligitur, mentis uoluptatem certam, & stabilem. corporis uero breuem, fluxam, ac fragilem esse. Sensus, item præsentium dũtaxat suauitate rerum mouentur, nec ex aliis rebus ullis, nisi corporeis, uoluptatem suscipiunt. mens autem præteritorum memoria, futurorum uero spe, præsentium contemplatione similiter delectatur, nec solũ eorum, quæ carent corpore, uerum etiam ipsorum corporum cognitione gaudere potest.

Cum q̃ animus, pars hominis omnium præstantissima sit, nemini dubium esse potest, quin id, quod menti consentaneum est, homini cognatius, similius q̃, quàm quod sensib⁹ conuenit, iudicari debeat. quod autem cuiq; cognatissimum est, idem proculdubio iucundissimũ, ex quo intelligitur, animi gaudium corporis dulcedine, maius, ac præstantius esse. Accedit ad hæc quod animus indiuiduus est, ac simplex. cognitio quoq; ueritatis pariter indiuidua. uoluptas ergo mentis, cum ex iis duobus uelut quibusdam causis profluat, simplex esse uidebitur, nec se ipsa minor maior ue fieri posse, quippe cum nec eius principia uarietatem eiusmodi patiantur. sensus autem per membra disseminati, distributi q̃ sũt propterea q̃ multiplici uarietate cõcreti, obiecta quoq; sensuum nihil aliud esse uident præter formas quasdam, qualitates q̃ corporum, quæ ex quadam partium ipsarum conuenientia proficiscuntur, ut figuræ, colores, soni, odores, cætera q̃ eiusmodi, cui q̃ ea ipsa corporum proportio, qua sensus mouentur proportioni quoq; sensuum consona, ac similis est. ascisount eam sensus, utpote sibi propriam, familiarem q̃, ac bonam, uoluptate q̃ afficiuntur. cum uero eiusmodi corporum harmonia magis, minusq; ad sensuum harmoniæ similitudinem accedere possit, consequens est, ut sensus eiusdem quoq; corporis proportiõe maiorem aliãs, aliãsq; minorem suscipiat uoluptatem. id aũt in cantibus, ac sonis intueri licet, eodem nanq; temporis (ut ita dixerim) momento, eadem ipsa, quæ ex eodem quoq; cantu percipitur, delectatio uocibus, modo suauius, modo absurdius editis, uehementior, remissior q̃ efficitur. cum igitur uoluptas animi simplex, immutabilis q̃ permaneat, corporis autem delectatio mista sit, ac maior, minorq; fiat, nemo sanæ mentis illam hac præstantiorem esse, perfectiorem q̃ negabit. Postrema uero ad id ipsum Aristotelis argumentatio sic patet, quæ propter se ipsa expetuntur (inquit) iis, quæ alterius gratia, potiora uidentur. gaudium uero mentis, propter se ipsum amari, ex eo potissime declaratur, quod mens, eius q̃ motio cæteris omnibus, quæ nobis insunt, dignitate magnopere præstant. unde sequitur, nihil nobis inesse, ad quod illa, uelut ad finem aliquem referamus, eadem q̃ ratione, neq; eam, quæ illis inhæret, uoluptatem propter aliud quippiam appetemus. Voluptatem uero corporis trium præcipue rerum causa concupiscimus. horum sane unum est, mens. naturæ indigentia reliquum. postremum dolor intimus, atque perpetuus. Etenim cum deteriora ad illa, quæ potiora sunt, natura retulerit, ut esset inexplicabilis quidam ordo rerum, ac partium inter sese perfecta connexio, necesse est, corporis quoq; sensus, eorum q̃ motus ad men-

tem uelut ad dominam, reginam'q; referri. Deinde (ut supra etiam diximus) ob eam causam tam uehementem sensibus natura uoluptatem ingenuit, ut huius illecebris ad ea, quæ uitæ necessaria sunt, comparanda propensiores efficeremur. id autem ex eo maxime patet, quod quandiu id, quo natura indiget, in corpus admittimus, huiusmodi suauitate mouemur. postquam uero omnis naturæ egestas expleta est, non modo nullam amplius uoluptatem gustamus, sed quod maius est, aut pœnitentia, aut satietate afficimur. Id uero ea de causa natura institutum arbitror, ut quemadmodum uoluptate allicimur ad indigentiam depellendam, sic pœnitētia, ac satietate absterreamur, nec ultra quàm opus sit, admittentes naturam lædamus. Doloris quoq; occulti leniendi causa (ut septimo de moribus disputat Aristoteles) iucundum corporis motum, ueluti medicinam quandam appetimus. Neq; enim manifesti modo, uerum etiam occulti quidam, medii'q; dolores contingunt. uiolenti quippe motus, qui extrinsecus inferuntur, manifestum dolorem efficiunt. Naturales autem, quæ intus fiunt agitationes, tacitum, atq; medium. Inesse quidem nobis perpetuos arbitrātur naturæ spiritus, sensuum, mentis'q; motus. Nam & continet anima corpus, alitq;, & gignit, a` membris præterea corporis ipsius ad membra, humorem, spiritum'q; alterno, ac perpetuo motu transfundit. utitur deinde ad sentiendum corporis instrumentis, sensibus quoq; ad contemplandum. Rationabile uero esse uidetur, hos tantos, tam uarios, tam'q; perpetuos motus naturam defatigare, atq; occulto quodam (ut ita dixerim) dolore afficere, quem iccirco minus aduertimus, quod hunc a` primo ortu dolorem ad extremum usq; diem perpetimur. Igitur diuturna consuetudo sensibus eum quodammodo familiarem efficit, ac mentis intentionem dissoluit. Cæterum ab ipsa rerum artifice, ac magistra natura institutum est, ut quod diuturna illa consuetudo deleuit, ne ob eam negligentiam animal deperiret, necessario quodam, cæco'q; instinctu excitetur, quo quasi coguntur omnia, ut uoluptatem corporis intimo huic dolori oppositam ueluti medicinam concupiant. Quapropter & illi quoq;, quibus nulla penitus manifesta egestas accidit, ob hanc tamen insitam, cæcam'q; indigentiam uoluptatem affectant. quo fit ut ueriſſimum sit illud Platonis, de quo superius disputauimus, omnem scilicet uoluptatem ab egestatis expletione proficisci. Nam quibus nulla aperta egestas apparet, his intima, & occulta, quandiu uiuunt deesse nunquam potest. Eaq; ipsa, de qua differimus, insita indigentia iuuenibus potissimum, melancholicis'q; contingit. illis profecto quoniam ob augendi, perficiendi'q; corporis necessitatem plurimis, uehementibus'q; motibus concitantur. quibus accidit, ut maiori egeant medicina, maxime'q; omniū hac de causa uoluptates sequantur. Quibus uero atra bilis, quam græci μελαγχολίαν dicūt, dominatur. corpus (ut inquit ille) iugiter consumitur, atq; ob eius humoris uehementem siccitatem arroditur. Propterea'q;, & ii magnopere uoluptatibus obsequuntur. quapropter iuuenes, ac melancholici maxime omnium incontinentes, atq; intemperantes esse solent. Medius uero dolor fames, atq; sitis, & quæuis alia corporis concupiscentia dici potest. neque enim latens hic penitus dolor est, neq; aperto, aut uehementiori motu corpus excruciat. unde medius non immerito nominatur, cuius quoq; pellendi gratia, ut nemo non uidet, uoluptates expetimus.

Caput quartumdecimū. Rationes Aristotelicæ contra eosdem, quod uoluptas corporis non sit summum bonum.

1 Ongo iam ordine declarauimus Aristotelis sententiam iudicantis uoluptatem animi, corporis suauitate præstare. Restat nūc alia aduersus Eudoxum, Cirenaicos'q; Aristotelis disputatio, qua corporis uoluptatem summum nullo pacto esse bonum demonstrat. Summū profecto bonum philosophorū omniū authoritate eiusmodi esse debet, ut nec præter ipsum melius qppiam sit, nec ipsum ullo modo ad aliud referatur, uoluptas aūt corporis, mentis gaudio (ut pauloante monstrauim⁹) admodū deterior est, eius'q; gratia, cæterorum'q; (de qbus diximus) desyderat'. Insuper quod per se, summū'q; bonum est, semper atq; omnibus bonū, expetendū'q; uideri debet, omnibus'q; eius ex partibus approbādū. neq; tamen omnis corporis delectatio, neq; semper, neq; a` cunctis expetitur. Nam quod uniuoluptatem, molestiam alteri sæpenumero præstare solet, quæ'q; pueris grata, uiris molesta uidentur, quod'q; sobrii dum sumus, concupimus, postmodum saturi effecti eius etiam aspectu nauseamus. Ad id quoq; facit, quod ea summi boni natura est, ut quicquid agimus, id eius gratia, quasi necessitate compulsi penitus eligamus. Hunc autem plurima laboriosissima negotia sunt

tia sunt, periculorum'q; officia quædam pleniſſima, quæ etsi certo sciamus nullam nobis uoluptatem corporis allatura, honoris tamen, aut honestatis, aut mentis gaudii gratia, suscipere nō dubitamus, quin & ad mortem fortissimi, ac sapientissimi plurimi uiri certā se se pro honesto, pro patria, pro parentibus contulerunt, quos si quis dixerit ea suauitate corporis irretitos, aut libidine inflammatos effecisse, aut horum iudicio uulgi, ac bestiarum opinionem, impetum'q; prætulerit, is profecto stultissimus est omnium iudicandus. Potest præterea quiuis frui corporis uoluptatibus, uel abiectus quisq; non minus quàm optimus. At felicitatem nemo diceret abiecto competere. Nec rationabile est uilissimos, ac semiuiuos homunculos æque ac magnos, sapientes'q; uiros beatos asserere. Item cuiusq; naturæ summum illi proprium esse debet, uoluptas uero corporis, cum uix quoq; uiuentibus bestiolis communis sit, nullo pacto summum hominis bonum iudicari debet. An uero summum bonum tu dixeris id, quod ne bonum quidem esse uideatur? quàm uero turpis, quàm pessima, quam pestifera sit inanis hæc sensuum elatio, a` Platone nostro superi⁹ satis arbitror persuasum. Quo autem Eudoxus, atq; Aristippus potissimum nitebantur, quod uidelicet uoluptas corporis ab omnibus expetatur, id Aristotelicis parum ad id, quod probare contendunt, ualere uidetur. esse nanq; putat uarias diuersorum corporum affectiones. propterea quæ his natura cognata sint, atque ob eam ipsam cognationem, uoluptatem pariant, inter se plurimum discrepare, ex quo intelligitur uarias admodū, differentes'q; diuersis animantibus uoluptates contingere. quod si omnes corporis uoluptates percurreris, nullam tandem, quæ ab omnibus summopere cupiatur, inuenies. mentem uero, aut in omnibus unam, aut prorsus simillimam esse constat. Ideo'q; quod mentis proprium est, id omnium mente utentium proprium, cognatum'q; uidetur. Mentis autem proprium est ueritatis indagatio, atq; cognitio. Id igitur cunctis hominibus consentaneum, ob id'q; desyderandum esse patet. Quapropter omnes (ut Aristoteles inquit) homines scientiam natura desyderāt. quod autem appetitur, si absit, molestiam, si uero præsens fuerit, uoluptatem gignere solet. cunctis ergo hominibus unum natura cognatum, unum omnibus expetendum, unum deniq; iucundissimum, atqui id totum in ueri contemplatione consistit, quod mentis (ut Plato inquit) est pabulum, atque ineffabili quadam complet animum uoluptate. uoluptates igitur corporis, aliæ quidem ab aliis appetuntur. mentis uero gaudium, unum, atq; idem a` cunctis amatur.

Caput XV. Cur homines ad uoluptatem corporis sint procliues.

a T quærat forte quispiam, cur homines propemodum innumeri sint ad uoluptates corporis proniores. huius profecto causam Aristoteles arbitratur, quod sensuū illa suauitas eius, quo mens alitur, gaudii umbra quædam, atq; imago sit. Igitur a` primis annis cum sensibus duntaxat utimur, qui nec ueritatis naturam, nec eius gaudium assequi possunt. eius uoluptatis, ad quam naturæ prima intentio fertur loco, illam, quæ sensibus blāditur, hac decepti similitudine sequimur, auide'q; complectimur. Cum uero ætas iam adoleuerit, ac uelut expergefactis animi oculis, ueritatem suspicari, eius'q; gaudium deguſtare cœperimus, tum quoq; plurimi ante actæ uitæ cursum ad senectutem usq; prosequuntur. diu nanq; sensibus credere, eorum'q; motibus obsequi consueuere, eaq; ipsa consuetudo radices altius iam, profundius'q; egit, ut impossibile, aut certe difficillimum sit, eas iam solidas, atq; altissimas extirpare. quibus perspicuum est, duo esse præcipua, ignorātiam uidelicet, ac flagitiosam consuetudinem, quæ nos extra beatitudinis callem in miseriæ syluis uersari cogant, quod Cicero in tertio Thusculanarum disputationum elegantissime describit his uerbis. Natura inquit, paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibus'q; deprauatis sic restinguimus, ut nusquam naturæ lumen appareat. Sunt enim ingeniis nostris semina innata uirtutum, quæ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam uitam natura perduceret. Nunc autem simul atque in lucem editi, & suscepti sumus, in omni continuo prauitate, summa'q; opinionum peruersitate uersamur, ut cum ipsius nutricis lacte errorem suxisse uideamur. Cum uero parentibus redditi, ideſt magistris traditi sumus, tum ita uariis imbuimur erroribus, ut uanitati, & opinioni confirmatæ natura ipsa cedat. hæc Cicero. Vt autem ad propositū redeamus, uoluptas pro hominum diuersitate uaria, & incerta est, mentis uero unicū ab omnibus gaudium natura expetitur. Cum'q; duo hæc cōtemplatio, scilicet ueritatis, eius'q; uoluptas in mente consistant, atq; ex his summi boni natura constare uideatur, utrum sit horum ad beatitudinem potius, præstantius'q;, philosophi ueteres dubitauerunt. Trismegistus enim, & Theo

dorus Dionysii dialectici discipulus, Democritus, Piro, Euriloch⁹, Philotimon, Phliasius, Nausiphanes, Theius, Epicurus, Origenes, Auicenna, Algalzel in beatitudinis natura gaudium, qđ contemplationis comes est, præcipuum iudicare uidentur. Thales autem, Bias, Anaxagoras, Socrates, Euclides Megarensis, Aristoteles, Herillus Calcedonius, Auerrois cõtemplationem ipsam præponere, atq; hæc quidem disceptatio, & cõtrouersia usq; in nostram uiguit ætatem. & inter christianos quoq; theologos agitatur. Sed de hoc aliâs. Nunc uero admonuisse sufficiet, quemadmodum Aristoteles in duobus potissimum (ut supra declarauimus) ab Eudoxo, & Aristippo dissentiat.

Caput XVI. Quid de uoluptate Sceptici senserint, quid Dionysius, quid Theodorus.

p Iro quoq; Eliẽsis, atq; omnes, qui ab eo fluxerũt, philosophi Sceptici nominati, hoc uno cum Aristippo Cyrenaicorum principe consenserunt, quod nihil ex omnibus rebus natura iucundum aut asperum esse queat, uoluptatem'q;, ac dolorem, aut ab hominum opinione, aut usu fieri, aut certa nostrorum corporum affectione. nam quod modo iucundum appareat, cras contra molestum futurum, quod'q; alteri aliter affecto suauissimum, quod uero eiusmodi uarietatem recipit, negat suapte natura, quale uideatur, existere. uerum pro diuersitate hominum, quæ sensibus admouentur, uaria quoq; uideri putant. Dionysi⁹ autem Heracleotes, non modo id unum, sed cũcta Cyrenaicorum instituta defendit, finem'q; bonorum dicit esse uoluptatem. cum enim in dolorem oculorum incurrisset, noluit dolorem indifferentem dicere, cum illo fuisset acriter cruciatus, cum'q; Zenonem stoicum audiuisset, post se ad Cyrenaicos contulit. Theodor⁹ uero Dionysii dialectici discipulus, & ab hoc, & a Cyrenaicis plurimum discrepat. nam uoluptatis nomine solum utitur ad eam, qua tangũtur sensus, suauitatem significandam, nec modo non summum bonum, sed ne bonũ quidem eiusmodi uoluptatem esse putat. summum quippe bonum mentis gaudium, eiusdem'q; ægritudinem summum malum, alterum quidem prudentia constare, alterum imprudentia. atqui bona, quibus beatitudinem comparamus, esse prudentiam, ac iustitiam. mala uero contrarios habitus, uoluptatem autem, & dolorem, ut stoici quoque putant, indifferentia.

Caput XVII. Quid Epicurei de rerũ primordiis, De uoluptate, & affectibus, atq; moribus.

a T uero Epicurei uoluptatis nomen ueluti genus quoddam constituunt, cuius species duæ sunt, alteram porro uoluptatem in motu, alterã in statu consistere arbitrantur. quæ uero in motu posita est, bifariam diuidunt. unam quippe in mente esse, in sensibus alteram. illud gaudium, ut plurimum nominant, hanc uero lætitiam. gaudium definiunt suauem mentis commotionem, eo, quod petierat, perfruentis. lætitiam uero iucundum motum, quo sensus hiant, ac diffluunt. Quemadmodum uero hæc ipsa, quæ ponitur in motu, iucunditas oriatur, sic docent. Rerum aiunt, quæ sunt omnium primordia, corpuscula quædam minima, ac penitus indiuidua, quas ob eam causam, quod insecabiles sint, ἀτόμους nuncupant, easq; magnitudine inter se, ac figura differre, ut hæc quidem semina maiora sint, alia minutiora, hæc rotunda, leuia'q;, illa curua, & hamata, & aspera. hæc omnia immensum per inane perpetuis motibus uolitare, contingere sese, ac fortuitis concursionibus cohærentia, quæcunq; in rerum natura sunt, constituere, horum concreatione tria præcipua rerum genera fieri putant. Quædam his atomis, quæ rotũdæ, minutæ, leues'q; sint, effici, alia maioribus, asperioribus'q;. Nonnulla uero inter hæc duo medium obtinere, nec leuia esse, nec penitus aspera. corpus quoq; nostrum, & animam iisdem seminibus concreta esse uolunt, hoc interesse tamẽ, quod corpus amplioribus, crassioribus'q;, hæc autem e minutis, leuibus, rotundis'q; confletur. inesse præterea inane cunctis mistum corporibus, atque naturis, quos meatus, poros'q; nominant. quibus efficitur, ut corpora sese mutuo capere, ac ueluti combibere possint. Cum igitur prima illa semina genera nobis obiecta sunt, quia (ut diximus) minima existunt, sine ulla offensione corpus, atq; animam undiq; penetrant. quia uero rotunda, & leuia, atq; iccirco animę naturæ cognata, mulcent continuo illam, ac sensibus blandiuntur, cuius generis mitia poma, mellis'q;, atq; lactis liquores, cantus, odores'q; suauissimos, cætera'q; eiusmodi esse putãt. Quapropter ea, quibus anima contexta est, semina cum lenibus hisce, blandis'q; corpusculis attinguntur. assentiuntur illa quidem dulci huic commotioni, sese'q; in ea, quæ sensibus, ac meatib⁹ hausta sunt, corpuscula, maxima quadam auiditate diffundunt, iucunde adhærent, firmiter co-

pulantur,

pulantur, suauissime complectuntur. eamq; ipsam assensionem, effusionem, coniunctionem, complexionem'q;, uoluptatem in motu positam arbitrantur. contra uero accidit, cum tertium illud corporũ genus, quod asperis, ponderosis'q; seminibus constructum est, sensibus admouetur. quod enim grandia sunt, quibus constãt elementa, difficile corporis, atq; animæ foraminibus intruduntur, & ui quadam animæ corpuscula pulsant, perrumpunt'q;, ac distrahunt, quod uero aspera sunt, & hamata, mordent quodammodo animam acriter, corpus'q; compungunt. talia quidem esse censent absynthium, fel, colores, sonos, odores'q; molestos. cætera denique omnia, quæ asperitate aliqua, & amaritudine sensus contingunt, horum quippe seminibus animæ primordia concita distrahuntur, horrent, diffugiunt, ac sese celeriter contrahunt. eiusmodi dispersionem, contractionem'q; dolorem secundum motum definiunt. Hæc Lucretius epicureus nobilis in secundo de rerum natura, his uersibus exprimit.

» Vt facile agnoscas de leuibus, atque rotundis
» Esse ea, quæ sensus iucunde tangere possunt.
» At contra quæ hamata, atque aspera cunq; uidentur,
» Hæc magis hamatis inter se nexa teneri,
» Propterea'q; solere uias rescindere nostris
» Sensibus, introitu'q; suo perrumpere corpus. Item eodem in libro hæc.
» Præterea, quoniam dolor est, ubi materiai
» Corpora ui quadam per uiscera uiua, per artus
» Sollicitata suis trepidant in sedibus intus,
» In'que locum quando remigrant, fit blanda uoluptas.

At uero illa, quæ mediis quibusdam elementis coagumenta sunt, in plura genera partiuntur. Nam alia quidem ad lenia, blanda'q; corpora propinque accedunt, alia ad illa potius, quæ sensibus aspera. quædam uero ab utrisque æqua fermè differentia distant. Prima quidem tacito quodam motu animam ad uoluptatem alliciunt, altera ad tristitiam, dolorem'q; sensim, ac latenter incitare uidentur. Illa uero, quæ dicuntur indifferentia, motum ambiguum, dubium'q; efficiunt. Quapropter horum impulsu pigrescit animus, ac torpet nec ad agendũ, nisi nouo aliquo accedente motu, excitatur. Neq; uero silentio prætereundum puto, quod inter ea, quæ penitus leuia, rotunda'q; sunt, & ea insuper, quæ aduncа omnino, & aspera, medium quoddam genus corporum interponitur. Id'q; his constat atomis, quæ nec rotundæ penitus, nec inflexæ, aduncæ'q; sunt, sed angulis quibusdam exiguis, ac mollibus eminent, cuius generis uina quædam, ac poma, quæ agresti, & acri, atque (ut aiunt) acuto sapore modice temperata sunt, esse uolunt. Hæc autem nec leniunt animum, neq; dissipant, nihilo'q; magis langueſcere cogunt. uerum leuiter, ac modice pungunt, & quasi titillant, uoluptatem'q; efficiunt. Id totum ex his Lucretii uersibus intelligitur.

» Sunt etiam quæ iam nec leuia iure putantur
» Esse, neque omnino flexis mucronibus unca,
» Sed magis angellis paulum prostantibus, & quæ
» Titillare magis sensus, quàm lædere possint.
» Fecula iam quo de genere est, uini'q; sapores.

Quo fit, ut tres sint earum, quæ motum sequuntur in sensibus, species uoluptatũ, una quidem affectio quædam ad molliciem, quam illectionem nuncupant. altera lenis, ac dulcis commotio, postrema uero exigua quædam compunctio, & (ut aiunt) uelut pruritus, atq; titillatio. utitur & alia quadam diuisione uoluptatum Epicurus. alias enim naturales, & necessarias dicit, ueluti quæ dolorem, ac uehementem naturæ concupiscentiam sedant cibis, atq; potionib⁹, cæteris'q; omnino, ad quæ uehemens naturæ motus impellit. alias naturales quidem, non tamen necessarias, cuiusmodi sunt, quæ delectationem uariant solum, nec dolores tollunt, nec uoluptatem exaugent. naturæ siquidem expleta indigentia, eoq;, qui hanc sequitur, dolore detracto, putat Epicurus summam corporis terminari uoluptatem, ut postea uariari uoluptas, distingui'q; possit, augeri, amplificari'q; non possit. hoc ergo secundo in genere eæ uoluptates ab Epicureis positæ sunt, quæ condimentis uariis, exquisitis'q; epularum delitiis percipiuntur. Tertium deinde genus addit uoluptatum earum, quæ nec naturales sunt, nec necessariæ, ueluti quæ ex rerum externarum spectaculis nihil ad uictum, aut peritiam pertinentibus, & omnino omnes, quæ ex immenso diuitiarum, atq; opum cumulo capiũtur. Harum omnium uoluptatum ea ratio est, ut

carum, quæ neceſſariæ ſunt, libido, nec opera multa, nec impẽſa expleatur. nec naturalium uoluptatum cupiditates multa deſyderant, propterea quod ipſa natura diuitias, quibus contenta ſit, & parabiles, & terminatas habet. inanium autem cupiditatum, quæ nec naturales, nec etiã neceſſarias uoluptates affectant, nec modus ullus (ut ille putat) nec finis reperiri poteſt. unde ſi ad naturam uixeris (inqt Epicurus) nunquã eris pauper, ſi ad opinionem, nunquã diues. ſapien tem quippe locupletat ipſa natura, cuius diuitiæ parabiles ſunt, neq; uero tenuiſſimo, & contẽ ptiſſimo uictu minores, quàm ex rebus exquiſitiſſimis ad epulandũ uoluptates percipiuntur. Paucis enim, ac minimis natura contenta eſt. Nec eam ſolam Epicurus ſequitur uoluptatẽ, quæ ſuauitate aliqua naturam mouet, de qua ſatis iam diximus, ſed maximã illam uoluptatem exiſtimat, quæ percipitur omni dolore detracto, quam in ſtatu poſitam dicit, cũq; eam eſſe uoluptatem Cyrenaici negauiſſent. contra, Epicurus uoluptatem hanc dici debere, ſic docet. quoniam cũ priuamur dolore, ipſa liberatione, & uacuitate omnis moleſtiæ gaudeamus. omne aũt id, quo gaudemus, uoluptas eſt, ut omne, quo offendimur, dolor, doloris omnis priuatio recta nominata eſt uoluptas. ut enim cum cibo, & potu fames, ſitisq; depulſa eſt, ipſa detractio moleſtiæ, conſecutionem affert uoluptatis. ſic in omni re, doloris amotio ſucceſſionem efficit uoluptatis. Itaq; non placuit Epicuro medium eſſe qddam inter dolorem, & uoluptatem. Illud. n. ipſum, quod qbuſdam medium uidetur, cum omni dolore caremus, non modo uoluptatem eſſe, uerum etiam ſummam uoluptatem. quiſquis enim ſentit, quemadmodum ſit affectus, eũ neceſſe eſt, aut in dolore eſſe, aut in uoluptate. hanc præterea uoluptatem in ſtatu poſitam biſariam diuidunt. Alteram quidem in animo ponũt, in corpore alteram, hanc indolentiam, illam uero tranquillitatem uocant. Eſt autem (ut placet iis) in corpore indolentia doloris omnis detractio. Tranquillitas autem placida quædam, & conſtans animi ab omni perturbatione uacatio. nonnunquam uero utranq; uoluptatem uno uocabulo complectuntur, abſolutam, atq; integram tranquillitatem appellantes. quo fit, ut duplex tranquillitas ſit, una ſolius animi totius hominis, altera ea, quæ perfecta omnino, atq; abſoluta.

Caput XVIII. Modus in uoluptatibus, & quod felicitas non ſit in uoluptate concitata, ſed in tranquillitate apud Epicurum, atq; Democritum.

Mnem inſuper uoluptatem ſuapte natura bonam eſſe, atq; expetendam, ſugiendã
o tamen interdum alterius gratia. quæ enim ex immoderatis, & turpibus actionibus ſuſcipiũtur, uitare ob eã cauſam oportere, quod breuiſſimæ ſint, ac fragiles, ſecũq; ferant pœnitentiam, curam, ſolicitudinem, atq; dolorem. Dolores itidem per ſe fugiendos omnes eſſe, alterius tamen gratia, eos ſuſcipiendos, qui cũ leues, ac breuiſſimi ſint, maximas quaſdã ſint nobis uoluptates, & commoda præſtaturi, etſi uoluptates omnes bonæ ſint. non tamen in omnibus ſitam eſſe beatam uitam. neq; enim eam, quæ motu fit, ad beatam uitã ſe ipſa contentam eſſe, nec ad beate uiuendũ ſui gratia penitus neceſſariã. cæterũ abſolutam illam tranqllitatem, quæ placidam animi quietem, corporiſq; indolentiã cõtinet, ſummũ omnino bonum putant. His enim duobus omnem prorſus naturã hominis corporis uidelicet, atq; animi pariter eſſe perfectam, atq; hũc eſſe ſtatum, ad quem omnia referantur negotia. ſiquidem, labores q; ſubire omnes, ut in otio, deinde & quiete eſſe poſſint, easq;, quas in motione poſuimus uoluptates ſequi, ut dolores pellant, naturæq; indigentiæ ſatiſfaciãt. pellere uero dolorem, & indigentiæ ſatisfacere, ut omni dolore, qui ab egeſtate naturæ fit, ſoluti, ac liberi ſimus. Atq; hæc ea indolentia eſt, quam in ſtatu intelligi uolunt, quamq; in felicitate cenſent partem alteram obtinere, alteram uero partem tranquillitatem animi regere, cuius gratia uirtutes omnes quæſitæ ſint. Quippe cũ nihil aliud uirtutes deſyderent, niſi ut omni liberent animum perturbatiõe, id uero eſt ipſa trãquillitas, quapropter tranqllitatis ipſius gratia uirtutes omnes quæſitas eſſe uolunt, & multo magis reliquas omnes hominum actiones. Præterea cum cætera hominis bona, aut animi duntaxat propria ſint, aut corporis, ſola, ex omnibus abſoluta illa, ac perfecta trãquillitas uniuerſam hominis naturã continet. Ideoq; bonorũ omnium præſtãtiſſimum merito iudicari debet. Ad hæc quoq; non parum id ualet, quod omniũ philoſophorum authoritate confirmatum eſt. Id ſcilicet ſummũ uideri, cui nihil ulterius addi poſſit. Tu, uero quid tranquillitati adiicies? an uero id facies, niſi quid illi deſit? At ſiquid boni defecerit, neceſſe eſt eum, cui deſit, illud appetere. qui uero cupit, tranquillus eſſe nullo modo poteſt.

ubi igitur

ubi igitur tranquillitas eſt, ibi appetitio nulla. ubi uero nihil appetitur, nulla eſt indigentia, ubi nulla egeſtas, ibi deniq; ſtatus perfectus, copia rerum expetendarum, bonorumq; omniũ abſoluta complexio. ubi ergo tranquillitas eſt, ibi bona ſunt omnia. ubi omnia ſunt, & trãquillitas. quo intelligitur, ei nihil deeſſe, nihil omnino addi poſſe, bonorumq; in ſe naturam omniũ, rationemq; comprehendere. Ideoq; perfectum eſſe bonum, atq; extremum, ad quod naturæ omnis appetitio referatur. Cumq; bona plurima ſint, aut unũ aliquod ex his beatitudo eſt, aut omnia inuicem congregata, aut quiddam potius, quod ex omnium cæterorum bonorũ cumulata poſſeſſione conficitur. Aliquod uero bonorũ ſecretum a cæteris, quoniam plurima ſibi alia ſuperaddi queãt, ſummũ nullo modo bonũ uideri poteſt. Nec etiã ſimul collecta omnia. Beatitudo nãq; humanæ uitæ finis quidam ultimus, atq; extremus exiſtit. ultimus autem finis unus, atq; ſimplex eſſe debet. quapropter ſummum bonũ erit, quod ex aliorum omniũ accumulatione profectum ſit. Id uero præter tranquillitatem eſſe nihil poteſt. Eſt enim bonorũ natura duplex. nam & explent animum, & omni moleſtia liberant. eiuſmodi uero expletio, atq; liberatio proculdubio eſt ipſa tranquillitas. Quæ quoniam cæterorum bonorum poſſeſſionem ſequitur, conſequens eſt, ut eorũ omnium finis, atq; extremũ, ob eamq; cauſam ſummum merito uideatur. nec enim quieſcit animus unquam, niſi bona omnia conſecutus fuerit. quies autem, & tranquillitas, unum, atq; idem eſt. bonorũ igitur aliorũ poſſeſſioni ſuccedit. eius itaq; gratia bona quæſita uidentur omnia. quaſi hic ſit finis ultimus, atq; optimus ab omnibus expetendus. Quapropter Epicurus beatam uitam cenſet in animi tranquillitate conſiſtere, in ea uero tranquillitate, quę animi ſimul, & corporis indolentiam continet beatiſſimã. Sed ne uidear ea, quæ de Epicuro relata ſunt, ex me ipſo aſſeuerare, primum quod uoluptas, quæ motionis comes eſt, ſummũ bonũ non ſit, ipſe ſuis uerbis teſtatur in epiſtola ad Menecem inquiens.

» Cũ itaq; dicamus uoluptatem finẽ eſſe, nec luxurioſorũ uoluptates, easq;, quæ in guſtu ſunt
» poſitæ, ut quidam ignorantes, & a noſtra ſententia diſſentientes arbitrantur, ſed non dolere
» corpore, animoq; tranquillum eſſe, & perturbatione uacare dicimus. Non enim conuiuia, &
» commeſſationes, non puerorum, mulierumq; congreſſus, non piſcium uſus, cæterorumq; quę
» affert pretioſior menſa, ſuauem gignit uitam. uerũ ratio ſobria, cauſasq; perſcrutãs, cur quæq;
» uel eligenda, uel fugienda ſint, opiniones q; expellens, per quas animos, utplurimum tumultus
» occupat. Item in epiſtola eadem. Doloris inqt, perturbationisq; uacatio conſtantes ſunt uo
» luptates. gaudium uero, ac lætitia actio ſecũdum motum dicitur. ſumma uero uoluptas eſt dolo
» ris priuatio, & maiores quidem ſunt animi, quam corporis uoluptates. caro enim præſenti dun
» taxat ſuauitate perfunditur, animus præteritarum, præſentium, futurarumq; rerum cogitatiõe
» congaudet. Item in eadẽ epiſtola. Non poteſt iucunde uiui, niſi prudenter honeſte, ac iuſte
» uiuatur, neq; prudenter, honeſte, iuſte, niſi iucũde. ex his oſtendit Epicurꝰ, nec in uoluptatibus ſecundum motum, neq; in iis, quæ ex turpibus actionibus capiuntur, ſummum bonũ conſiſtere, uerum duo hæc indolentiam ſcilicet corporis, & animi tranqllitatem uitam efficere beatiſſimam. idem quoq; teſtatur Lucretius Epicureus in ſecũdo libro de rerum natura. ubi dum inanes hominum cupiditates, luxurioſasq; delitias uituperat, hæc inquit.

» O miſeras hominum mentes, o pectora cæca,
» Qualibus in tenebris uitæ, quantiſq; periclis
» Degitur hoc æui, quodcunq; eſt, non ne uidetis
» Nil aliud ſibi naturam latrare? niſi ut que
» Corpore ſeiunctus dolor abſit? mente fruatur
» Iucundo ſenſu, cura ſemota, metuq;?

Hic ergo uituperans luxuriam hominum, eos cæcos uocat, & miſeros, quod omnibus ſeſe moleſtiis onerent, neque uideant, quid natura tanquam ſupremum finem, bonumq; deſyderet. Quid uero id ſit, ipſe explicat dicens, hoc naturam appetere, ut dolor abſit a corpore, quod illam, de qua diximus, indolentiam ſignificat, quodq; cura metusq; ſemota ſint, quibus profecto uerbis animi tranquillitatem uult intelligi, atque horum duorum munerum beneficio fruatur, ac ſenſu iucundo, & mente, quaſi dicat, in his ſummam conſiſtere corporis, atque animi iucunditatem. Quod ergo duobus his, indolentia ſcilicet, & animi tranquillitate uita conſiſtat beatiſſima, hæc Epicuri, atque Lucretii teſtimonia ſatis eſſe debent. quod uero & ille, in quo mentis tranquillitas ſit, quamuis membra corporis crucientur, beatus exiſtat, teſtis eſt Epicurus in epiſtola ad Metodorum dicens, eum, qui ſemel ſit ſapiens, in con

trarium habitum transire non posse, neque perturbationibus cedendo errare, & siue crucietur, siue excarnificetur, sapientem nihilo minus felicem fore. In epistola quoq; illa, quam moriens
» ad Hermacum scribit, hæc inquit. Cũ ageremus uitæ beatum, & eũdem summum diem, scri
» bebamus hæc. tanti autem morbi aderant uesicæ, & uiscerum, ut nihil ad eorum ægritudinem
» posset accedere, compensabatur tamen cum his omnibus animi lętitia, quam capiebam memo
» ria rationum, inuentorum'q; nostrorum. In his uerbis beatũ se diem dicit agere, & tamen ma
ximis doloribus cruciari, atq; eadem fuisse dicitur Leucippi, Democriti, ac Theodori sententia, ut in tranquillitate mentis beatitudo sit. quod si huic indolentia corporis adiungatur, in hac tũ affectione animi, corporis'q; absoluta, atq; perfecta beatitudo consistat.

¶ Hæc nos ad te a` diuersis philosophis, de uoluptate disputata conscripsimus, quam uero ex his sequaris sententiam, uolo tibi potius ab illorum, qui hic disputãt, authoritate, rationibus'q;, quam meo iudicio suaderi. Mihi uero satis fuerit philosophorum pene` omniũ opiniones exercendæ memoriæ gratia retulisse.

Marsilii Ficini Florentini De uoluptate Liber absolutus est Figini. III. Calẽdas Ianuarias. M. CCCCLVII. anno ætatis suæ. XXIIII.

MARSILII FICINI PROOEMIVM IN LIBRVM DE SOLE AD MAGNANIMVM PETRVM MEDICEM.

OVAM Platonis interpretationem auspiciis iandiu uestris inceptam Magnanime Petre quotidie prosequor, atque (ut te non latet) crebrioribus articulorum distinctionibus, longioribus'q;, quantum res ipsa postulat, argumen-
n tis explano. Itaq; cum nuper ad mysteriũ illud platonicum peruenissem, ubi Solem ad ipsum Deum artificiosissime comparat, placuit rem tantam aliquãto latius explicare, præsertim quia Dionysius noster Areopagita Platonicorum primus, cuius interpretationem in manibus habeo, similem Solis ad Deum comparationem libẽter amplectitur. Dum igitur ad Solem hunc quasi lucernam pluribus iam noctibus lucubrarem, cogitaui rem hanc electissimam ex opere magno seligere, & proprio commendare compendio. Id'q; de Sole mysterium quasi phœbeum munus, ad te potissimum & Phœbi Musarum ducis alumnum, & Musarum patronum mittere, cui etiam uniuersa hæc noua Platonis interpretatio dedicatur, ut hac interim luce quasi luna quadam, quale futurum sit Platonicum opus totum tanquã Sol ad lunam, augureris, ac siquãdo platonem meũ, immo iãdiu uestrum amauisti, posthac lumine hoc accensus, ardentius ames, & tota mente complectaris amatum.

¶ Verba ad lectorem. Librum hunc allegoricum, & anagogicum esse potius quam dogmaticum. Caput Primum.

Ythagoricum præceptum est, magnanime Petre profecto diuinum de rebus, mysteriis'q; diuinis absq; lumine non loquendum. In quibus (ut arbitror) uerbis, non id solum sapiens ille significat, nihil in rebus diuinis
p audendum, nisi quatenus ipsa Dei lux illinc afflatis mentibus patefecerit, sed etiam admonere uidetur, ne sine huius manifestę lucis comparatione ad occultam diuinorum lucem uel percipiendam, uel declarandã proficiscamur. Ab hac igitur nos ad illam non tam rationibus in præsentia, q̃ comparationibus quibusdam deductis ex lumine, pro uiribus accedemus. At uero tu interim accuratissime lector utinam & nobis indulgẽtissime, Apollinei modo, & quasi poetici sub Sole promissi memor, seueriora posthac a` nobis, & (ut græci aiunt) dogmatica ne exigito. Allegoricam equidem duntaxat, & anagogicam ingeniorum exercitationem, fideiussore Phœbo, cuius hæc sunt munera, sum pollicitus. Non disputant unquam cũ Apolline Musæ, sed canunt. Ipse quin etiam Mercurius primus disputationum artifex, etsi cũ Saturno, uel Ioue tractat grauia, tamen cum Apolline ludit. Ille quidem non apte solum iocatur, sed diuine. Nos autem utinam saltem non inepte ludamus. Sed iam nostra hæc, luminis, qualiacunq; futura sint, acturi præludia, ipso bono, idest summo Deo feliciter inspirante prodamus in lucem.

¶ Quomodo Solis lumen sit ipsi bono scilicet Deo simile. Caput II.

Es nulla magis quam lumen refert naturam boni. Primo quidem lumen in gene
r nere sensibili purissimum, eminentissimum'q; apparet. Secundo, facillime omniũ, & ampliſſime, momento'q; dilatatur. Tertio, innoxium occurrit omnibus, atq; penetrat, & lenissimum, atq; blandissimum. Quarto, calorem secum fert almum, omnia fouentem, & generantem, atq; mouentem. Quinto, dum adest, ineest'q; cũctis, a` nullo inficitur, nulli miscetur. Similiter ipsum bonum totum rerum ordinem supereminet. ampliſſime dilatatur. mulcet, & allicit omnia. nihil cogit. amorem quasi calorem habet ubique comitem. quo singula passim inescantur, bonumq; libenter asciscunt ubiq; rerum penetralibus prędentissimum, cõmercium cum rebus nullum habet. Deniq; sicut ipsum bonum inæstimabile est, atq; ineffabile, ita ferme` lumen. Hoc enim nullus adhuc definit philosophorum, ut nihil lumine clarius sit alicubi. Nihil rursus uideatur obscurius, sicut bonum & notissimum est omnium, & pariter ignotissimum. Quamobrem Iamblichus Platonicus huc postremo cõfugit, ut lumen actũ quendam, & imaginem perspicuam diuinę intelligentiæ nominaret. Quemadmodum emicãs e` uisu radius est ipsius uisus imago. Forte uero lumen est ipse uisus cœlestis animæ, uel uisionis ipsius actus ad exteriora porrectus, eminus quidem agens cœlum interea non relinquens, sed semper ibi continuus, exterioribus non permistus. uidendo agens simul, atque tangẽdo. Nos saltem lumen solemus dicere uestigium quoddam uitæ mundanæ, quasi proportione quadam seipsam oculis offerentis, Vel quasi spiritum uitalem inter mundi animam, atq; corpus. Sed de hoc in theologia nostra satis diximus. Quamobrem ubi multas supra cœlum mentes angelicas quasi luces, earum'q; ordinem & inuicem, & ad unum Deum patrem luminum asseuerare studes, quidnam tibi longis inuestigationum ambagibus opus erit? Cœlum suspice precor cœlestis patrię ciuis, cœlum ad hoc ipsum perspicue declarandum ordinatissimum a` deo factũ, atq; patentissimum. Cœlestia igitur tibi sursum conspicienti statim per ipsos stellarum radios, tanq̃ oculorum suorum aspectus, atq; nutus enarrant gloriam dei, & opera manuum eius nuntiat firmamentum. Sol uero maxime Deum ipsum tibi significare potest.
» Sol tibi signa dabit, solẽ qs dicere falsum Audeat? Ita demum inuisibilia Dei, ideſt angelica numina per stellas potissimum intellecta conspiciuntur, per Solem uero sempiterna quoq; Dei uirtus, atq; diuinitas.

¶ Sol cœlestium illuminator, & dominus, atq; moderator. Caput III

Ol tanquam manifestus cœli dominus, omnia prorsus cœlestia regit, &
s moderatur. Magnitudinem eius ingentem, qua centies, sexagies'q; & sexties terram continere putatur, in præsentia prætermittam. Principio lumen stellis omnibus inserit,

siue natiuum illæ per se lumen exiguum habeant (ut nonnulli suspicantur) siue nullum (ut pluri
mi putant). Deinde illud in primis ex signis XII. uiuũ, ut inquit Aly, & Abraham, dicitur,
& apparet effectu, quod Sol eo tempore uegetat. Immo uero duo utrinq; signa Sol tanta uirtu
te complet, ut utrũq; spatium apud Arabes ductoria Solis, ideſt regiũ soliũ appellet. In quo pla
netæ dum sunt, incendiũ tamen interea deuitantes uirtute mirifica pollent. Præsertim si in hoc
ipso interuallo positi planetæ quidem superiores exoriant ante solem, inferiores uero post solẽ.
Rursus signũ illud, in quo regnat Sol, ideſt Aries, caput inde fit signorũ, caputq; in quolibet ui
uente significat. Illud quoq; signũ, quod Solis est domiciliũ, ideſt Leo, & cor est signorũ, & in
quolibet uiuente cor obtinet. Iam uero cũ Sol peruenit ad Leonem, epidimiam quasi pytoni
cũ uenenũ in regionibus multis extinguit. Præterea semper ab ingressu Solis in Arietem, An
nua totius orbis fortũa dependet. Et hinc qdem proprie natura ueris. Ab ingressu aũt Solis in
Cancrũ, æstatis qualitas iudicatur. Ab introitu in Libram, Autũni natura. Ab accessu in Capri
cornũ, Hyemis qualitas inuenitur. Comperta uidelicet ubiq; præsenti figura cœlestiũ. Merito
cũ tempus a` motu dependeat, Sol per quatuor signa mobilia, tempora q̃tuor anni distinguit.
Item a` reditu solis in natiuitatis uniuscuiusq; gradũ, atq; minutũ sua cuiq; uaria per annũ fortu
na reuoluit. Accedit ad hæc, quod motus solis tanq̃ primi, & principis planetarũ (ut Aristoteles
ingt) simplicissimus est, nec a` medio discedens zodiaco, sicut cæteri, neq; regrediens.

Conditiones planetarum ad solem. Caput IIII.

i Tem certa quædam in cœlis ab ipso sole ubiq; spatia definita uidentur. quæ cũ pri
mũ peregerũt planetæ, motũ, habitũq; permutant. Nam Saturnus, Iupiterq;, &
Mars per tertiam a` Sole cœli partem in conspectum Solis trinũ peruenientes, muta
to statim motu, uel ante, uel retro mouentur. Si orientales a` Sole fuerint, regredi
untur, Si occidentales, progrediunt. Venus, Mercurius q; breuiora quædam, certa tamen a` so
le, & ad solem spatia peruagant. Venus qdem ultra XLIX. Mercurius aũt XXVIII. gradus
discedere prohibet. Luna in quouis aspectu Solis figuram mutat, atq; naturam. Et quasi Sol al
ter, ætates quatuor agens, quatuor anni tempora repræsentat. Et quoties soli coniũgit, ab ipso
gradu coniũctionis, cœli q; figura declarat mensis futuri naturam. Proinde planetæ omnes cũ
primũ cor solis attingũt, cæteris eo tempore, q̃uis exiguo dominant. Aliter uero propinquan
tes soli, solito interim officio uacant. Congrediens qdem cũ Sole Saturnus rigiditatem pristi
nam Mars quoq; solitam ferocitatem ponere iudicat. Planetæ superiores quatenus ad eos sol
accedit, ascendunt. quatenus uero discedit, contra, descendũt. Coniũcti qdem soli, sunt epicy
clo summi. oppositi uero, sunt infimi. In quadratura sunt altitudine medii. Luna utrobiq; in
perferente sublimis existit. In quadratura descendit, Venus, atq; Mercurius, si progredientes
coniũguntur soli, excelsi sunt, si regredientes, infimi. Neq; fas est planetis epicycli sui pri⁹ exple
re circuitũ, q̃ solem quasi suũ dominũ coniũctione reuiserint. In his, quæ diximus, uident profe
cto planetæ superiores, quando in conspectu solis trino gressum mutant, regiũ reuereri Solis
aspectũ. Et coniũcti cũ Sole ideo esse summi, atq; directi, quoniam sũt interim cũ Rege concor
des. Contra uero quando discordes sunt, ideſt oppositi, retrogradi sunt, & infimi. Venus, atq;
Mercurius, quando solem attingũt, si recti, tũc incedũt, ideſt obedientes domino, sublimes eua
dunt. sin obliqui, quasi rebelles, interea sunt abiecti. Luna uero si etiam opposita soli, est subli
mis, nullam nobis admirationem debet afferre. Quid enim lũæ lumen est, nisi idem ipsum So
lis lumen hinc, & inde lunari speculo repercussum, atq; in plenilunio in Solem e` conspectu re
flexum? Descendere aũt Luna uidet in quadratura, quoniam torua tũc dominũ intuet. Rursus
sicut Sol, non refert pedem, ita neq; retrocedit Lũa, epicycli uelocitate præueniẽte. s. egressum.
Luna denique uirtute solari, ubi in uia Solis Septentrionem petit, ingenti Draconis capite con
stituto, signis ibidem augumentũ præstat. ubi uero meridiem, decrementũ Cauda proiecta.
Planetæ omnes orientales a` Sole facti, uel occidentales, conditionem utrobiq; mutant, atq; co
gnomen. omnes qdem uerent Solis uiam, quam eclypticam nominant. Inferiores planetæ
magis deinceps, atq; magis. Fœminæ deniq; s. Luna Venusq;, maxime. Ideo plurimũ digredi
unt in latus. Omnes deniq; uel in hoc tramite collocati, uel hinc digressi rursus ad Septentrio
nem, interim aut meridiem procedentes, conditionem ubiq; mutare putantur. Luna generatio
nis domina, nullũ habet manifestũ, nisi a` Sole lumen. atq; ex perfecto Solis aspectu omnium
cœlestiũ uires accipit, ut ingt Procul⁹, quasi in Sole sint oẽs, uiresq; similes ad nostra demittit.

Virtus

¶ Virtus Solis in generationibus, atq; temporibus. In genesi, & in omnibus. Cap. V.

d Enique in cuiusq; hominis natiuitate ipse Lunę locus declarat dominum genitu
ræ, conceptionisq; momentum. Et lunæ cum Sole coniunctio, uel oppositio ante
hominis ortum facta, ueritatem natiuitatis aperit, & fortunam. Atq; in prẽsenti fi
gura ea cœli portio, in quam incidit pars fortunæ natiuitatis, dæmon dicit ab an
tiquis, portendit q; uel ducit (ut placet Ægyptiis) totius uitæ tenorem, partem uero fortunę de
signat spatium inter Solem primo, atq; Lunam obseruatum, deinde ab ascendente gradu pro
iectum. Proinde Astronomi per motum Solis iam compertum planetarum motus inueniunt,
atq; metiuntur, & sol motu suo noctes, diesq; distinguit, & horas, & menses, & annos. Lumi
ne pariter & calore generat, uegetat q;, & mouet, & regenerat omnia, & exhilarat, atq; fouet,
& quæ occulta fuerant, primo aduentu, efficit manifesta, accessu q; uicissim, atque recessu qua
tuor efficit anni partes, & regiones nimium a` sole remotæ, semotæ pariter sunt a` uita. Ver qui
dem est temporum optimum, quoniam ab Ariete regno Solis incipit. Autũnus uero pessimũ,
quoniam a` Libra casu solis exordia sumit. Natiuitas postremo diurna communiter existimatur
melior quam nocturna, & illa quidem ex Sole plurimum, hæc uero iudicatur ex Luna tanquã
speculo Solis, Cœlestem in natiuitate figuram in partes duodecim partiũtur. Vbi cum nonam
quidem Soli, tertiam uero Lunæ destinent, illam profecto Deum nominant, hanc Deam, &
optima quæq; significare putant, sapientiam, fidem, religionem, gloriam sempiternã. Hæc enĩ
omnia sol & omnem simpliciter ueritatem, & uaticinium, regnum q; significat. Accedit ad hęc
quod quatenus sol ad medium ascendit cœlum, uitalem, & animalem spiritum in nobis mirifi
ce fouet, quatenus uero descendit, spiritus uterq; debilitatur. Quãobrem Dauid omnipoten
tis tuba dei diluculo ad citharam, & carmina surgens, atque interea clamãs, Vanum est uobis
ante lucem surgere, Solem declarat ad nos uenientem, bona secum nobis cuncta referre, spiri
tus q; nostros excitatos, illuminatos q; mirabiliter ad sublimia reuocare. Mitto, quod Sol, ut fe
runt, quasi uates, accessu suo uaticinia quædam sobrie dormiẽtibus afferre putat. Luna quoq;
solis coniux, quam Aristoteles minorem appellat solem, spiritum, humorem q; naturalem asce
dendo similiter recreat, deserit descendendo. Et quo magis lumine Solis abũdat, eo magis est
omnibus salutaris. Mitto nunc quemadmodum obseruanda sit, ad solis aspectum luna lumine
non deficiens in hoc signo deinceps, atq; illo significante membrum hoc, & illud. Atq; ita per
lunam a` sole trahicienda uirtus cœlestium omnium ad membra fouẽda per medicinas eo tem
pore rite compositas. Satis enim de his in libro de uita iam diximus.

¶ Antiquorum laudes in solem, & quomodo cœlestium uires in sole, & a` sole
sunt omnes. Caput VI.

q Vas ob res Orpheus Apollinem uiuificum cœli oculum appellauit. Atq; summa
tim hæc, quę dicam, ex hymnis orphicis congregantur. Sol oculus ęternus omnia
uidens. supereminens cœleste lumen, cœlestia temperans, & mundana. harmo
monicum mundi cursum ducens, siue trahens. mundi dominus. Iupiter immor
talis mundi oculus circum currens, habẽt sigillum, omnia mundana figurans. Luna stellis gra
uida. Stellarum Luna regina. Hæc Orpheus apud Ægyptios. Mineruæ templis aureum hoc le
» gebatur inscriptum. Ego sum quæ sunt, quę erũt, & quæ fuerunt. Velum meum reuelauit ne
» mo. quem ego fructum peperi, sol est natus. Vbi apparet, solem Mineruæ, ideſt diuinæ intel
ligentiæ partum, florem, fructum esse. Theologi ueteres eodem Proculo teste, dicebant Re
ginam omnium iustitiam e` medio solis throno per cuncta procedere, omnia dirigentem. qua
si sol ipse sit omnium moderator. Iamblichus Ægyptiorum sententia, ita narrat. Quicquid ha
bemus boni habemus a` sole, uidelicet uel ab ipso solo, uel si et ab aliis, id quidẽ uel a` sole abso
lutum, uel a` sole per alia. Item sol elementalium omnium uirtutum dominus. Luna uirtute So
lis generationis domina. Ideo Albumasar per solem inquit, & Lunam uitam cunctis infundi.
Moses cœlestium dominum, in die, Solem putat, in nocte, lunam quasi nocturnum solem. So
lem quasi dominum omnes in mundo medium, quamuis ratione diuersa collocauerũt. Chal
dęi quidem medium planetarum, Ægyptii uero inter duos mundi quinarios. Nẽpe super hunc
planetas quinq;. sub hoc, lunam & quatuor elementa. Propinquiorem uero terræ, quam fir
mamento positum a` prouidentia putant, ut eius fruente spiritu, & ingens Lunæ, aeris, aquę hu
mor, & crassa terrenorum materia foueretur. Alia quoq; ratione medium ipsa planetarum pro

speritas declarauit. quæ quidem dispositionem eorum ad Solem eiusmodi postulat, in qua Saturnus, Iupiter, Mars oriantur ante solem. Venus autem, & Mercurius, atq; Luna post solem, quasi regem agentes, itinere medium. Incedentes aliter, debiliores euadunt. Inter illos autem præstantiores habentur, quos ipse sol dominus præcedere iussit. Sed redeamus ad priscos. Physici ueteres solem cor cœli nominauerunt. Heraclitus luminis cœlestis fontem. plerique platonici in Sole mundi animam collocarunt, quæ sphæram Solis totam implens per globum illum quasi igneum tanquam per cor effundit radios, quasi spiritus, inde per omnia, quibus uitam, sensum, motum uniuerso distribuit. His forte de causis astrologi plerique putant, sicut Deus solus intellectualem nobis animam tribuit, ita solum sub influxu solis eam mittere, idest quarto duntaxat mense post conceptum. Sed hoc illi uiderint. Mercurius certe motum mentis nostræ significans motu minime omnium discedit a` sole. Saturnus denique significans statum segregatæ mentis eclypticam minime deserit. Præterea Iupiter, atq; Mars, quoniam ille per Sagittarium suum, hic per Arietem cum Leone congruunt apollineo, tantũ adepti sunt munus, ut Iupiter qdem religiosam iustitiam, leges'q; ciuiles, atq; prosperitatẽ significaret, Mars autem magnanimitatem, & fortitudinem, atq; uictoriam. Luna, Venus, atq; Mercurius Solis comites appellantur. Luna quidem ob frequentem cũ Sole coitum, uel aspectum, Venus autem, atq; Mercurius ultra uicinitatem, propter æqualem cũ Sole progressum. Hinc igitur uniuersæ generationis imperium, acceperũt. siqdem humidior Luna in coitu conspectu'q; Solis, uitalem calorem nacta, rebus subinde generandis, humorem subgerit calentem, atq; uitalem. Mercurius autem duo hæc, partes'q; omnes in rebus gignendis numerosa quadam proportione commiscet. Venus autem eiusmodi mistionibus decentes adhibet formas, & gratiam, atq; lætitiam. Sol prosecto quemadmodũ lumen totũ in se collectũ per uarias distribuit stellas inter se specie differentes, sic & omniformes uirtutes cum omniformi lumine digerit. Ex quo perspicue coniectare licet, tot saltem soli uirtutes inesse, quot stellæ in cœlis existunt.

Dispositiones signorum, & planetarum circa Solem, atq; Lunam. Cap. VII.

p Roinde Solem esse Regem, Lunam'q;, quæ solis, & soror est, & coniux, esse reginam cœlestium ipsa signorũ, in zodiaco dispositio manifeste declarat. Leo enim solis, & Cancer, Lunæ sedes se contingũt. Item Aries Solis, & Taurus, Lunæ regnũ. cæteri uero planetæ sedes quisque suas circa regem, reginam'q; undiq;, quasi medios circũponũt, Mercurius hinc qdem propè Leonem, habet Virginem. Inde uero propè Cancrum habet Geminos. Venus aũt hinc Libram, inde Taurũ. Mars quoque hinc Scorpiũ, illinc Arietem. Iupiter hinc Sagittariũ, inde Pisces. Saturnus hinc Capricornũ, illinc Aquariũ. Sed olim cum ita planetarũ sedes ad Solem, Lunam'q; disponerem, familiaris meus Bindaci⁹ Recasolanus profundo uir iudicio sic obiecit. Vides'ne Marsili sedes easdem, q̃uis ordine conuerso, eisdem tamen gradibus ad Saturni domos esse utrinq; dispositas? Video inquam hoc ipsi soli præcipue conuenire. interim uero altissimo etiam Saturno contingere. Quid uero? si hoc Saturnus dignus est honore, quoniam minime omniũ a` regia solis uia præuaricari uidet. Sed redeamus ad institutum. Quinq; igitur hi planetæ duas qsq; sedes habent. Vnam qdem solem quasi a` tergo sequentem, alteram in conspectu Lunæ. Illæ nominantur occidentales a` sole. Hę orientales a` Luna. Verũtamen totum zodiacum Sol, & Luna sibi uendicant. Nam prouincia Solis Leonem, Virginem, Libram, Scorpium, Sagittariũ, Capricornũ occupat. Prouincia Lunæ, Aquariũ, Pisces, Arietem, Taurum, Geminos, Cancrũ. Forte uero Cancrũ, hominũ portam appellauere, quoniam Sol ibi descensurus propemodũ iam uidet. Capricornũ uero deoꝝ portam, quoniam ibi sol statim uidetur ascendere. Sed hæc aliter quoq; alibi declarauimus. Profecto duo hæc signa, & Aries simul, atq; Libra dignitatem sibi uendicauerunt, ut cœli cardines uocarentur, quoniam ibi mutationes quatuor temporum sol decernit, & quoniam per Arietem Sol incedens, atq; Libram mediũ in ascensu, uel descensu tenet cursum, diemq; cum nocte librat, ideo circulus ab Ariete productus in Libram, Mineruæ, idest sapientiæ, iustitiæ'q; circulus, apud Aegyptios nũcupatur. Cœlestium quidem ordo tam mirabilis declarat mũdum non fortũa, sed prouidentia constitutum. Atq; obseruantia quædam omnium ad unum solem cunctorum moderatorem ostendit, & angelicas mentes, omnia'q; cœlestia uni supra cœlũ summo prorsus obtemperare, & nostros animos multo magis eidem obedire debere.

Planetæ

Planetæ concordes cum sole, & luna sunt felices, discordes contra. Item quomodo salutant solem, atque lunam. Caput VIII.

s Olem, lunam'q; Ptolemæus uitæ authores existimat, & hanc quidem, qd ad augmentum, uegetationem'q; pertinet, exhibere. Illum uero, quod spectat ad sensum. Iouem præterea, Venerem'q; iccirco uitæ salutares existere, quoniam proportione quadam harmonica cum sole consonant, atque luna. Iupiter quidem cum sole plurimum, aliquantum quoq; cum luna. Venus uero uicissim, Saturnus autem, atque Mars ideo sunt aduersi, quoniam a` sole, luna'q; dissonant. Saturnus a` sole magis, Mars autem magis a` luna dissidet. Iupiter uero præ ceteris almus, quoniam si solis, lunę'q; lumina perfecte conflẽtur, ex utrisq; Iupiter coalescit. Neq; uero prætermittendum est, quod planetæ, quãdo solis, aut lunæ faciem quasi quadam salutatione reuisunt, uim subito nouam adipiscũtur, quam Arabes almugeam nominauere, quando scilicet uel sequentes solem, ab ipso tanto spatio distant, quanto sua domus a` domo solis remota est, uel præcedentes lunam, eodem interuallo lunæ propinquant, quo domicilium suum est domicilio lunæ propinquum. Sic ergo Saturnus salutabit solem, quoties occidentalis, idest post solem exortus in signo sexto a` solis signo fuerit. Iupiter uero reuiset solem, cum in quinto. Mars in quarto. Venus in tertio. Mercurius in secundo. Similiter salutabunt lunam, quando orientales a` luna, idest ante illam orti eisdem illã interuallis aspicient. Hinc iterum apparet consonantia quidem Iouis, Veneris'q; cum sole, atq; cum luna, dissonãtia uero Saturni, Martis'q; ab utrisq;. Nempe Iupiter ad leonem solis sedem, sedem suam Sagittarium in trigono collocauit, aspectu perfecto. Venus Libram iterum ad leonẽ in hexagono aspectu quoque propitio. Mars scorpionem in quarto uidelicet spatio dissonãte. Saturnus, & in sexto non consono, & in septimo prorsus opposito. Opponit enim et leoni Aquarium, et Cãcro pariter Capricornum. Similter Venus ad Cancrum disponit Taurũ in hexagono, idest sextili. Iupiter Pisces in trigono, idest in trino. Mars Arietem in quadrato. Saturnus, ut dixim⁹ in sexto pariter, atque septimo. Ideo Iupiter, atque Venus fortunati dicũtur, utpote cum rege cœlestium, regina'q; concordes. Saturnus autem, atq; Mars infortunati, quoniam sunt inde discordes, sed Saturnus magis infelix, quoniam maxime dissidere uidet a` sole, immo etiam magis quam Mars a` luna. Hinc admonemur, animos illos, qui cum diuina uoluntate cõsenerint, felices fore, discordes uero miseros.

Sol, statua Dei. Comparatio solis ad deum. Caput IX

h Æc diuinus Plato noster diligentissime contemplatus solem ipsius boni conspicuum filium nominauit. Arbitratus quoq; est solem esse perspicuam Dei statuam, in hoc templo mundano ab ipso Deo positam intuentibus ubiq; præ cęteris admirãdam. Hũc ueteres, ut Plotinus ait, & Plato, uenerabantur ut Deum. In sole prisci gentium theologi omnia gentilium numina collocarũt. Quod quidem Iamblich⁹, & Iulianus, Macrobius'q; testantur. Deniq; quisquis non uidet solem in mundo, imaginẽ esse, uicarium'q; dei, is profecto neq; noctem consyderauit unquam, neq; solem suspexit exorientem, neq; cogitauit quantum excedat sensum. quam subito uiua reddat, quę procul ab ipso mortua putabantur. Neq; munera solis animaduertit, quibus solus ipse facit, quod stellæ cunctæ ꝓficere nequeunt. Solem igitur uel Phœbum Musarum, idest intelligentię ducem una` cum Platonicis, atque Dionysio, imaginem Dei conspicuam esse conclude. Esse quoq; Phœben, idest Lunam imaginem Phœbi, ferme` quemadmodum ille dei. Et, ut inquit Hipparchus, hãc esse solis speculum, uidelicet, incidens sibi a` sole lumen ad nostra deflectens, in prẹsentia disputare non expedit. Neq; tamen prętermittere decet cõparationem illam platonicam, alibi latius a` me descriptã. Quemadmodum sol & oculos generat, & colores, oculis'q; uim prębet, qua uideant, coloribꝰ qua uideantur, & utrosq; in unum lumine conciliante coniũgit, ita deus ad intellectus omnes, res'q; intelligibiles se habere putatur. Species enim rerũ intelligibiles, & intellectus omnes ipse procreat, atq; uirtutem inuicem agendi prębet utrisq; propriam semel atq; naturalem. Circunfundit insuper assidue cõmune lumen, per quod uirtutes, & intelligibilium, & intellectum, ad actum mutuum excitat, copulat'q; agendo. Quod sane` lumen in rebus quidem intelligẽdis ueritatem, in mentibus autem scientiam Plato nuncupat. Putat insuper ipsum bonum, scilicet deum ita saltem hæc omnia superare, sicut sol lumẽ, & oculos, & colores. Sed ubi Plato solem in-

quit omne uisibile superare, proculdubio supra corporeum solem, incorporeum auguratus est solem. diuinum. s. intellectum. Quoniam uero ab imagine ad exemplar partim adimendo, qđ deterius est, partim addendo, quod melio, ascendere licet, deme, si placet, soli, cui materiã subtraxit Auerrois, tu certam similiter quantitatem, sed interea cum luce relinque uirtutem, ut supersit lumen ipsum mirifica uirtute refertum, nec quantitate certa, nec figura aliqua definitũ, ideoq; immensum imaginatione spatium sua circum præsentia tangens. ita tunc excedens intelligentiam, sicut in seipso nunc exuperat aciem oculorum, hac ferme ratione deũ, qui in sole posuit tabernaculũ suũ, ex sole, pro uiribus inuenisse uideberis. Deniq; sicut nihil alienius est a' luce diuina, q̃ materia prorsus informis, ita nihil a' luce solis diuersius est, q̃ terra. Ideo corpora in quibus terrea conditio prævalet, tanquam ineptissima luci, lumen nullum intus accipiunt. non quia sit impotens lumen ad penetrandũ. hoc enim dum non illuminat intus lanam, aut folium, interim penetrat momento crystallum, alioquin difficilio admodum penetratu. Ita diuinum lumen etiam in tenebris animæ lucet, sed tenebræ non comprehendũt. Non & hoc habet simile deo? quod deus angelicis, beatisq; mentibus scientiam diuinorum prius inserit, mox amorem. Animis uero nostris hic utcũq; credentibus amorem accẽdit purgantem, atq; conuertentem, ante quàm diuinorum intelligentiam largiat'. Ita sol perspicuas ubiq; purasq; naturas, quasi iam cœlestes momento prorsus illuminat, opacas uero materias ineptas luci calefacit prius, & accendit, atq; subtiliat, mox illuminat. Atq; tam calore, q̃ luce iam leues, & peruias. Non nunquam eleuat ad sublimia. Hinc Apollo radiorũ aculeis, pythoneam molem transfigit, purgat, dissoluit, attollit. Neq; uero prætermittere fas est, quod quemadmodũ speramus Christũ tandem in suo regno uenturũ, & splendore sui corporis exundante humana e' terra corpora prorsus suscitaturũ, ita post hyemem letalem, quotannis expectamus solem in ariete regnantẽ. semina rerũ in terris quasi iam mortua & animalia semiuiua ad uitam, & pulchritudinem statim reuocaturũ. Hinc Mercurius tanquam solis achates caduceo quodam excitare dicitur dormientes, & Plato resurrectionem quandam quasi similem, in libro de regno describit.

Sol primo creatus, & in medio cœlo. Caput X.

q Vært' inter hæc quid potissimũ primo Deus creauit. Respondet Moses, lucem. Merito enim ab ipsa diuina luce plus quàm intelligibili statim emanat lux omniũ simillima deo. Lux qdem intelligibilis in mundo supra nos incorporeo, ideſt purissimus intellectus. Lux autem sensibilis in mũdo corporeo, ideſt lux ipsa solaris. Sed hæc forte primo quidem suũ gradu tanquam die primo, id ipsum simpliciter habet, ut luceat intus, illuminet'q; foris. Secũdo uero, ut uirtute calefactoria tum ipsa polleat, tum cætera uegetet. Tertio rursum, ut efficacia sua, iussu'q; dei seipsam propaget in molem. Quarto deniq; naturæ, ordinisq; gradu, quasi die quarto, ut molem suam ita sortiat' in orbem, quemadmodũ diuinæ intelligentiæ lux unde manauit, reflectit' in seipsam. Ideo Moses primo qdem die ipsam simpliciter lucem. Quarto uero, lucem rursus solari hac, ideſt orbiculari figura præditam asserit procreatã. Plato quoq; bis solis constitutionem repetit in Timęo. Primo qdem in numero planetarum, quasi consortem. Secũdo diuinitus mirabili præ cæteris luce, regiaq; authoritate donatum. Solem pleriq; astronomorũ in exordio mundi ad orizontem, primo habitabilem tradũt in Arietę regno suo, mediũ cœlum uelut arcem, atq; caput tanquam regem cœlestiũ tenuisse. Moses quoq;, ubi ait, factum esse diem unũ, non mane qdem, & uespere, sed uicissim uespere, atq; mane, designat post meridiem, quo sol est accensus, diem iam natũ deinceps in uesperam declinare, sequenti mane complendũ. Authoritatem profecto solis regiã confirmauit, ubi primũ mundo diem dominicũ assignauit, ideſt solarem. Si enim Deus mundũ sex qdem diebus absoluit, & septimo conquieuit, nimirum ab ipso solis die, ideſt potestate solari mundi uidet' auspicatus exordia. Saturnũ uero a' sole remotissimũ generationibo, actionibusq; iudicauit aduersum, ubi Saturni die præcepit ab actione uacandũ. Non'ne & author ille uitæ Christus, quem expirantẽ sol e' medio cœlo, quasi uates, obtenebrato uultu defleuerat, rursum, die & hora solis resurrexit ex mortuis, ita lucem nobis intelligibilem, sicut sol uisibilem redditurus.

Duo solis lumina. Apollinis munus. Gradus luminũ. Sol diuina omnia refert. Cap. XI.

f Isolem excogitemus in prima illa naturæ suæ proprietate, quam primo creationis suæ momento sortitus est, tanquam numeratus in consortio planetaȝ cognoscemo naturalem, primam'q; lucem eius non fuisse tantam primo, quanta mox euasit. Nõ enim tantũ

enim tantum stellas cæteras magnitudine superat, quantum lumine. Nam magnitudinem quidem Iouis, minus quàm duplo, lucem uero forte centuplo superat. Horum quantitates certe cõparatione terræ censentur. Quoties uero sol terram contineat, diximus ab initio. Iupiter profecto qnquies atq; nonagies terram adęquare putatur. Aliud igitur, & aliunde prorsus eluxit lumen hoc inmensum, naturali solis luci desuper additum. Omnia sane cœlestia proprium lumẽ nascentia secum attulerunt. Sed uel exiguum uel nobis occultum, siue raritate quadam, & candore, siue alia de causa lateat. Simile quiddã lumen, paulo'q; p magnitudine sua maius ab initio sol secum attulisse uidetur. Verum pręter proprium illud, natiuum'q; lumen, ut ita loquar, obscurum statim aliud hoc oculis patentissimum lumen diuinitus est adhibitũ, tãquam expressior quædam intelligentiæ diuinæ, & largissimæ bonitatis imago Deus, ut Theologi nostri tradũt, geminum mentibus dedit lumen. Primum quidem naturaliter his accensum. Secundum uero iam quasi pro meritis nec non gratis insuper additum, largitate mirabili beatas efficiens. Cum igitur stellæ mentium sint imagines, consentaneum est, has duo similiter lumina suscepisse. Quemadmodum uero deus lumen hoc ingens in sole, lumini solis primo mirabiliter addidit, ita sol statim uicarius in hoc officio Dei hoc additum sibi lumẽ natiuis stellarum luminibus addit. Immo uero sicut solemus lumen, quod apparet in luna, non ipsius lunæ, sed solis lucem dicere per lunam ad nos usq; demissam, ita secretissima Platonicorum ratione dicemus, splendorem tantum in sole patentem, non ex ipso quidem, sed ex Deo per ipsum ad cuncta procedere, tanquam non globi illius, sed Dei ipsius lumen, ita iam oculis manifestum. Deus profecto, dũ solarem globum exiguam cœli particulam tanto splendore compleuit, ut ex uno fulgor exuberaret in omnia, absq; dubio declarauit, & corpusculum solis tam incomparabile munus non ex se, sed desuper accepisse, & ex uno Deo solis sole cuncta prorsus bona per oía propagari. Quẽ admodum uero lumen hoc in sole sensibile, sensibilia omnia, sensusq; collustrat, & uegetat, & format, & ad superiora conuertit, ita intelligibile quoddam in ipsa solis anima lumen, intimos animorum oculos illuminat, & accendit, & reuocat. Hinc solem apud theologos ueteres Apollinem arbitror nominatum, & harmonię omnis authorem. Ducem'q; Musarum, quoniam animos nõ tam manifestis quàm occultis influxibus radiorum a' confusa quadam turba resoluat, & harmonice moderetur, atq; ad intelligentiã postremo perducat. Neq; uero putandum est, lumen hoc amplissimum, efficacissimum'q; & inter mundana datum prę cæteris optimum, donum'q; perfectum, originem primam ab exiguo solis corpore ducere, sed ab ipso bono tanquã patre luminum, in quo quicquid est luminis, certe plus quàm itelligibile est omnẽ prorsus excedens intelligentiam. Sed inde in diuinum, siue angelicum, intellectum mox descendens intelligibile iam euadit. Deinceps in animæ mundanę mentem ueniens, intellectuale mox, & insuper imaginabile iam efficitur, subinde in cœlum transiens, sensuale fit simul, atque sensibile. Deniq; ad inferiora demissum iam quasi diuiditur, & alicubi quidem sensuale fit, ideſt in oculis animantium. Alibi uero sensibile, ideſt obiectis. In paucis autem seruat utrunq;, & his quidẽ nocte uidentibus. Sed reuertamur ad prima. Tria Platonici principia ponũt. Ipsum bonum. Diuinum intellectum. Mundi animam. Lumen unicum p̃ cæteris palàm hæc omnia refert. Ipsum quidem bonum præfert, quoniam dum cuncta mirabiliter antecellit, interim per omnia se diffundit, & ad sublimia reuocat, excellentia interim sua mirabiliter & puritate seruata. Intellectũ uero diuinum, quoniam declarat omnia, & distinguit, & ornat, Animam quoq; mundanam, quoniam almo calore generat omnia, fouet, & uegetat, atq; mouet. Rursus quẽadmodum ex tribus super cœlum mundi principiis, in cœlum descendit, atq; sub cœlum, refertq; ubiq; parẽtes. Ita in cœlo quidem per solem repręsentat ipsum bonum. Intellectum uero diuinum. ideſt plenitudinem Idearum per firmamentum stellarum plenum, Animam deniq; mũdi quasi mobilem per lunam luce mutabilem, Similiter & sub cœlo primum quidem per ignem, Secundũ uero per aerem, Tertium postremo per aquam. Deniq; quemadmodum stellæ quidem superiores immutabiliter illuminantur a' sole, Luna uero mutabiliter, inde lumen accipit, sic & angeli a' Deo immobiliter, animę uero mobiliter illustrantur.

¶ Similitudo solis ad Trinitatem diuinam, & nouem ordines angelorum. Item de nouem numinibus in sole, & nouem Musis circa solem. Caput. XII.

n Ihil in mundo diuinæ Trinitati reperitur sole similius. In una enim solis substãtia tria quædam inter se distincta sunt, pariter & unita. Primum quidẽ naturalis ipsa fœcunditas sensibus nostris prorsus occulta. Secundum manifesta lux eiusdem

ex ipsa fœcunditate manans, ipsi semper æqualis. Tertium ab utroq; calefactoria uirtus, penitus par utrisq;. Fœcunditas igitur patrem refert. Lux uero intelligentiæ similis, filiũ intelligẽtiæ modo, conceptum. Calor amatorium spiritum repsentat. Circa diuinam Trinitatem theologi nostri tres angelorum hierarchias excogitant, quamlibet tres ordines continentem, Primã patri, Secundam filio, Tertiam spiritui consecratam. Similem quoq; circa solarẽ trinitatẽ, nos ternarium inuenimus, atq; nouenarium. Siquidem ex ipsa solis natura, fœcunda, tres naturales fœcunditates per cuncta procedunt. Prima quidẽ inde fit in natura cœlesti. Secunda uero in simplici elementorum natura. Tertia denicq; in natura mistorum. Rursus ex uitali calore solis passim ultra naturas propagatur, & uita, eaq; trina. Prima quidem uegetalis, in plantis. Secunda uero sensualis, immobilis in Zoophyris. Tertia sensualis, atq; progrediens, in perfectioribus scilicet animalibus. Ex luce denicq; solis tres fulgoris species deriuãtur, siue per cœlum, siue sub cœlum. Aut enim omnino candidum lumen est, aut omnino rubens, aut mistum. Cum uero lumen & simillimum, & quasi principium cognitionis existat, præcipue sensualis, merito tribus luminis speciebus, tria quoq; sensuum genera respondere uidentur, Rubori quidem, sensus omnino corporei, tactus, uidelicet, atq; gustus, Candori uero, sensus plurimum incorporei, imaginatio, scilicet, atq; uisus. Sed lumini misto sensus quoq; inter ícorporeos, corporeos'q; medii, auditus scilicet, & olfactus. Hactenus solis lumen non solum imago est eiusmodi rerum, sed & causa. Puræ uero intelligentię solum est imago. Sicut enim intelligentia pura momẽto peragit, & profunda penetrat, atq; declarat, ipsa interim nulli permista, sublimis existens, ita lumen momento per omnia se dilatat, & singula patefacit, indiuiduum simul est ubiq; totum, nulli permistum. Siquidem abeunte sole ne momentum quidem lumen in aere permanet, suũ nanq; Phœbum passim comitatur eũtem. Sed quoniam nescio quomodo hic sub hoc Apolline quasi poetæ sumus, etsi non boni, liceat parumper confabulari. Primo quidem de diis (ut platonice loquar) superioribus. Deinde de Musis, nouem ueteres in sole numina collocarunt. Nam aut substantiam eius contemplamur, aut uires. In substantia essentiam, uitam intelligentiam. essentiã Cœlium, uitam Rheam, intelligentiam uero Saturnum eorum more cognominamus. Si uires solis post substantiam contemplemur, fœcunditatem quidem eius Iouem nominabimus & Iunonem, lucem uero Apollinem, & Mineruam, calorem denicq; Venerem, atq; Bacchum. Iam uero Phœbum, & Bacchum, qui præ cæteris in sole plurimum dominantur, antiqui semper iuuenes exprimebant, quoniam siquis nouerit lucem, calorem'q; solis, ea synceritate prorsus, & proprietate, qua illic existunt, susципere, ad usum'q; suum & modum accommodare, iuuentutẽ inde perpetuam reportaret, uel saltem centum, atq; uiginti solis annos impleret. Verũ post nouem hæc numina intima Soli, ad nouem circa solem Musas progrediamur. Quid igitur nouem circa Phœbum Musæ, nisi nouem Apollineorum genera numinum per sphęras mundi nouem distributorum? Octo nanq; cœlos tantum ueteres cognouerũt. Sub igne uero cœlesti, quasi nouum cœlum aerem purum adhibuerunt, qualitate uidelicet, motu'q; cœlestem. In qualibet uero sphæra diuinos spiritus oculis occultos disposuerũt, gradatim stellis singulis dedicatos, quos Proculus etiam angelos, & Iamblichus insuper archangelos, principatus'q; cognominant. Sed qui inter eos ubiq; præcipue sunt solares, antiquiores appellauere Musas scientiis quidẽ omnibus præsidentes, maxime uero poesi, musicæ, medicinæ, expiationibus, & oraculis, atq; uaticiniis. Iam reuertamur ad solem. Minima quęq;, si modo rarissima sint, inepti nimiũ admiramur. Consueta uero uel maxima cæci pariter & ingrati iandiu admirari desiuimus. Nemo miratur ignem instar cœli, solis'q; feruentem sine mistura purissimum perpetuo mobilem, longe lucẽtem, ex minimo statim maximum, dum omnia in se conuertit. Nemo solem quantum fas est, miratur incomparabiliter omnia superantem, genitorem omnium, atq; moderatorem. Solem exhilarantem tristia, non dum uiua uiuificantem, iam mortua suscitantẽ. Verum si semel quotannis panderetur domus omnipotentis olympi, splendor'q; subito tantus suspiceretur, Solem supra modum omnes solum admirarentur. Solem omnes uel tãquam summum Deum suppliciter adorarent, uel saltem diuinitus missum minime dubitantes, Deo quamuis occulto tanti muneris authori, ingentes quotidie gratias agerẽt. Iamblichus igitur, Iulianus'q; Platonici iubent noctem fingere absq; ullo Lunæ, stellarum'q; lumine, quod solis quoq; donum est manifestum, ut certius cognoscamus quid absque sole futuri simus. Quantum huic soli, superno'que debeamus.

Solem non

ℂ Solem non esse adorandum tanquam rerum omnium authorem. Caput XIII.

Ocrates in castris sæpe sub diuo solem suspiciens orientem, stetit attonitus in eisdem uestigiis, immotis membris, inconniuentibus oculis, statuæ more, quousq; solem salutaret iterum resurgentem. His ergo Platonici, similibus'q; signis adducti Socratem forte dicent phœbeo quodam dæmone statim ab ipsa pueritia ductum, Phœbum ipsum uenerari summopere consueuisse, eadem'q; ratione sapientissimum græcorum omnium Apollinis oraculo iudicatum. Ego uero quid de Socratis dæmone, seu genio, siue angelo affirmandum maxime uideatur, in præsentia prætermittam. Id certe ausim affirmare, Socratem in eo mentis excessu, non solem quidem hunc admiratum fuisse, sed alterum. Cum enĩ admirationem sola nouitas afferre soleat, quid tantum stupeat hunc admirabundus Socrates, quem & quotidie uidet? Cuius & motus omnes, uires'q; iandiu mathematica simul, & physica ratione comprehẽderat. Quem, teste Platone, nõ deum primum, sed dei filium appellauit. Non filium inquam dei primum, sed secundum, iam'q; uisibilem. Primum nanq; dei filium nõ solem hunc oculis manifestum, sed alterum hoc longe superiorem intellectum scilicet primum solo contemplabilem intellectu. Socrates igitur sole cœlesti nonnunquam admonitus, Solẽ'q; inde supercœlestem auguratus, & illius maiestatem contemplabat attentior, & patris illius incomprehensibilem bonitatem admirabatur attonitus. Hunc Iacobus apostolus patrem luminum appellauit, luminum inquã plus quã cœlestium, atq; cœlestium. Apud quem nõ sit, transmutatione'q; uicissitudinis obumbratio. Nam & supercœlestia illa facta putat naturaliter mutabilia, & cœlestia multa quoquomodo obumbrari non dubitant, Subcœlestia uero quotidie. Quamobrem omne datum optimum, scilicet menti naturaliter insitum, & omne donum perfectum, uidelicet, post naturales dotes adhibitum non à Sole hoc, stellis'q; mundanis, sed altius ab ipso patre luminum descendere censet. Nam intelligentiæ uiribus quasi gradibus quibusdã non quidem cœlitus, sed desuper acceptis freti, super cœlos ascẽdimus, ibiq; multa cœlis pstantiora cognoscimus, & amamus, & colimus, ipsum'q; cœli fabrũ ante omnia ueneramur. Neq; tamen possemus intelligentia incorporeum aliquid, cœlo'q; melius intelligere, uel amare, si cœlitus tantum intelligentiam haberemus. Iam uero nequis Solem, Lunam, stellas, nimium admiratus & adoraret, & tanquã intellectualium munerum authores, & patres ueneraretur, pruden ter admonuit, Solem hunc non esse uniuersi principium. Missas in pręsentia faciam rationes, quibus in theologia nostra principium uniuersi nec corpus esse, nec animam, nec intellectum, sed aliquid admodum excelsius affirmamus. A' quo quidem sol cœlestis longissime distat. ut umbra quædam illius esse iudicetur potius quàm imago. Rationes autem, quas Iacobus hic attingit, breuiter in præsenti perstringam. Cum status tanquam principium, & rector, finis'q; motionis sit omni motu perfectior, certe deus ipse principium, & finis, & rector omnium, mobilis esse non potest. Sol autem est assidue mobilis. Præterea principii uirtus tanquam immensa fortiter attingit omnia, nec usquam cohiberi potest, Solis autem uirtus per radios agens, prępeditis passim radiis impeditur, defectum patitur obiecta Luna. Sæpe nubibus coercetur. Terrena densitate repellitur. Distantia loci debilitatur. Sol ipse quinetiam minima quędam est particula mundi. Angusta quadam sede tenetur, trahitur a' sphæra, rursum'q; retrahitur. Contra'q; sphæræ propriæ impetum a' sphæra semper superiore reuoluitur, contrariis'q; signis impeditur, & stellis, & aspectu (ut ita loquar) malorum nonnunquam debilitatur. Denicq; principium uniuersi omnia ubiq;, & semper, & in omnibus operatur. Sol autem nec mundi globos ipse facit, nec quæcũq; frigida, uel humida sunt, uel densa. Similia'q; ipse uirtute propria potest efficere. Neq; similes siquæ sunt in cœlo uirtutes, ullam a' sole ducunt originem. Cæterum quãuis Sol ab authore mundi longissime distet, cœlestia tamen omnia ad Solem unicum, quasi rectorem in cœlo, mensurã'q; diuinitus redacta uidentur. ut hinc prorsus admoneremur, omnia quæ in cœlo sunt, & sub cœlo, & super cœlum, ad unum cunctorum principium referri similiter. Id'que consyderantes tandem hoc ipsum, ea saltem obseruantia ueneraremur, qua cœlestia Solem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MARSILII FICINI FLORENTINI PROOEMIVM IN LIBRVM DE LVMINE AD MAGNANIMVM PETRVM MEDICEM.

Vm opusculum de Sole tibi clarissime Petre destinauissem, memini paulo post, iandiu me de lumine libellum composuisse. Itaque decere prorsus existimaui, ut lumen illud solem hunc suum mox sequatur, quasi ducem. In terris quidem primus illucescentis auroræ, fulgor, Solem præ
c cedit eueſtigio surrecturum. Sed in cœlo uicissim sol ipse pater, splendorem antecedit ex ipso manantem. Ordinem equidem terrenum iandiu secutus lumẽ prius quàm solem, sum nescio quomodo contemplatus. Nunc uero uicissim cœlestem ordinem imitatus, solem lumini, patrem nato, ut par fuerat, anteposui. Neq; uero in hoc libro uel in præcedente consilium fuit minutiores mathematicorum de sole, uel lumine quęstiones curiose prosequi, sæpe non tam utiles quã certe difficiles. Sed horum potius exemplis, comparatiõibus'q; quibusdam quasi gradibus mores animi contemplandi regulas diuina mysteria pro uiribus assequi, Siquidem nullum ad hęc plane` perspicienda certius uel indicium, uel argumentum est quàm lumen. Nobis enim cœlestis ille pater phœbea lustrauit lampade terras, non quidem ut sub tãto lumine, ut ita dixerim, muscas aucupemur, sed nos ipsos, & patriam nostram, patremq; cœlestem suspiciamus, per eiusmodi uidere licet lumen diuina uidentes quasi per quoddam speculum in ęnigmate, aliàs autem per lumen excelsius, facie ad faciem quãdoq; uisuri.

¶Marsilii Ficini Florentini, quod sit lumen in corpore mundi, in anima, in angelo, in deo. discursio per omnes sensus Caput I.

Di maxime omnium tenebras, quarum culpa displicent mihi, quæcunque displi-
o cent, uel quod cum illis sint, uel quod ab illis labẽtia relabant', deprimant'q; ad illas. Amo ante omnia lumen, cuius gratia & cætera diligo, uel quod cum illo sint, uel quod ab illo fluentia refluant, reducant'q; ad illud. Ergo nuntiate mihi mei sensus, qui cætera pene` innumerabilia nuntiatis. Nuntiate mihi obsecro quid sit lumen. Respondet auditus. Aereus sum, satis esto, si sonos tibi aereos nuntiem. Respondet & odoratus. Equidem non sum adeo lucidus, uaporeus sum, a` me disce uapores. Quid aliena quæris a` me gustus ait? Nato equidem in liquore, indico tibi liquores. Noli a` me, dicit tactus, extorquere qđ nequeo, Corpulentus sum, corpulenta nuntio, altius quære lumen.

¶Descriptio luminis uisibilis. Caput II.

Inc admonitus ab infimo, quo` cecideram, ad altissima mei corporis nunc ascen-
h dam, ut inde lumen leuius, altius'q; cunctis accipiam. Eia agite oculi mei lucentes, per lumen illud obsecro, quo prę cęteris, immo quo solo delectamini tantum, indicate reginę uestræ rationi, quid sit lumen. Respondet subito uisus, splendidus ego spiritus sum, & splendor sum spiritalis. Quo circa cum a` me iure propria officia postules, largior libentissime quantum habeo. Lumen est spiritalis, quædam & subita, & latissima a` corporibus naturæ eorum sine detrimento proprio emanatio. Nitoris scilicet cuiusdam a` diaphanis ideſt transpicuis. Coloris autem ab horum oppositis, quantitatis figuræ, motus'q; ab omnibus. Congrega in unum omne colorum genus, quid erit hoc uniuersum, nisi lux quædam omnicolor, siue lumen factum in solidiore, obscuriore'q; materia terræ iam opacum? Segrega terram illi permistam, quid erit reliquum, nisi qualitas quædam, immo claritas, actus'que perspicui, sicut color est actus, opaci? Color quidem lux est opaca. Lux autem color clarus, immo perspicui corporis, colorum'q; flos quidam & uigor quasi unicolor actu, uirtute'q; omnicolor. Forte uero, & abeunte lumine non sunt colores, siquidem sint lumen ipsum iam uarium, alibi uidelicet aliter affectum, atq; reflexum. Forte etiam in uirtute luminis semper sunt ipsi colores, alibi aliter explicandi.

Nihil clarius

¶Nihil clarius quàm lumen, ac Deus. Nihil obscurius. Caput III.

Dumbratio hæc est, o' mei oculi, potius quàm pictura. Nihil unquam audiui ob-
a scurius definiri. O' rem ualde miram. quonam pacto fieri potest, ut nihil sit obscurius lumine, quo nihil est clarius, quando per illud clarent, declarantur'q; omnia? Ascendam igitur hinc ad sublimẽ mentis speculam, ut saltem hoc uideam inde, præter quod aliud quicquam alicubi uidere non possum. O' mens, quæ recte cuncta metiris, dicito mihi nunquid forte lumen est ipse Deus, quo etiam nihil clarius est, nihil obscurius? Nihil clarius quàm deum esse, esse'q; ad summum potentem, sapientem'q;, & bonum. Hoc enim auribus nostris quæcunq; ab eo sunt facta proclamant, ut nemo sit surdior illo, qui tantum rerum omnium sonitum, strepitum'q; non audit. Nihil contra obscurius, quàm quid sit deus, ut nihil sit tenebrosius illo, qui sibi opinatur hoc esse clarissimum.

¶Lux intelligibilis est intelligibilium causa, uisibilis uisibilium. Cap. IIII.

Espondet mens deum esse patrem luminum. apud quem non est transmutatio,
r per quam extinguatur, uel minuatur. Neq; uicissitudinis obumbratio, per quam uel uicissim subeat noctem, uel patiatur eclipsim. Respondet rursus, Deum esse lucem, in qua tenebræ non sunt ullæ. ideſt formam, in qua nihil est informe. Formositatem quoq; in qua nihil est deforme. Deus certe sicut mens quę radius eius est, monstrat, lux est inuisibilis, infinita, ueritas ipsa ueritatis cuiusq;, rerum omnium causa. Cuius splendor immo potius umbra est lux ista uisibilis, atq; finita, causa uisibilium. Quoniam uero lucis, ueritatis'q; natura est, ut cęteris alia uere declaret, Deo cuncta per se uere, clare'q; conspicua sunt. Per inde ac si uisibilis lux, cum sit oculorum, uisibilium'q; fons, seipsam intueatur tanquam omni colorem, atq; in se colores omnes, sensibilia'q; omnia uideat.

¶Lumen uisibile, rationale, intelligibile, diuinum. Caput V.

Erum ad tam sublimẽ speculationem haud tam repente prosiliendum, sed grada-
u tim ascendendum mens admonet, ne caligare cogamur, ac splendore nimio occæcari. Noli ratio confidere sensibus. Visus tibi non satis nũtiat. Cęteri nullo modo. Visus quia sensualis lux est, tantum sensibilem accipit, dat'q; splendorem. Atq; cõuerso, quia sensibilem accipit, dat'q; splendorem, hunc sensualem quandam lucem esse cognoscis, ultra uero inde non licet progredi. Sed hinc a` me discito, primum quidẽ me scilicet intelligentiam, esse lumen quoddam intellectuale, quãdoquidem obiectum meũ est intelligibile lumen, quod in qualibet re quærenda quæro, & reperta reperio. Siquidem lumen cuiusq; rei & ipsius ueritas idem. Veritas est lumen intimum, lumen ueritas se ad extima fundens. Discito de inde te scilicet rationem esse lucem quandam rõnalem, rõnem'q; lucentem. Siqdẽ rõnem lucis tanquã originem tuam, ratiocinando tanta auiditate perquiris. Sed uis rationem lucis cõmodius assequi? In luce cuiuslibet rõnis eam quęrito. Ibi est ratio lucis, ubi & omniũ In ueritate summa, quæ & ipsa summa certitudo, & claritas est, reperies ueritatem lucis, & claritatẽ, siquidem idem est huius lucis, quã quęris, claritas, atq; ueritas. Quid lux in deo? Immensa suę bonitatis ueritatis'q; exuberantia. Quid in angelis? Intelligentiæ certitudo a` deo manans, profusum'q; gaudium uoluntatis. Quid in cœlestibus? Copia uitæ ab angelis, Virtutis explicatio a` cœlo, Risus cœli. Quid in igne? Vitalis quidam uigor a` cœlestibus insitus, & efficax propagatio. Deinde in iis, quæ sensu carent, effusa cœlitus gratia. In sentientibus exhilaratio ipsius spiritus, sensus'q; uigor. In oĩbus sũmatim intimæ fœcũditatis effusio. Vbiq; diuinæ ueritatis, bonitatis'q; imago.

¶Quibus rationibus a` luce uisibili ad inuisibilem ascendamus. Caput VI.

Erum ne forte fingere pro arbitrio uideamur ubi substantiam quandã lucis incor-
u poreæ penitus, & diuinæ toties affirmamus, consyderatiõe dignum est, lucem hãc oculis manifestam, esse nõ posse primam. Tũ quia ꝓportionem aliquã habet cum corporeis oculis oĩbus, uel qbusdã, tũ quia mobilis est, atq; est in alio, & ex aliquo pẽdet. Ad aliquam ergo superiorẽ lucẽ ascendendũ est, eiusmodi ꝓditionibus absolutam. Per se iam, & in se existentẽ penitus incorporeã. Quandoquidẽ & hæc manifesta nobis propemodũ incorporea est, imaginũ'q; similiter incorporea⁊ causa, nec ullis astricta dimensionibus, uel diuisionibus, uel misturis. Vnde constat ex mole uel forma, uel uirtute corporea originẽ primã ha-

bere non posse, hanc igit' habet a` luce corporibus altiore, ac supra modú ampliore, ut ita dixerim, atq; clariore. Siquidem materia uel cœlestis ita lucem illic obfundit diuinitus descẽdentẽ, sicut sub cœlo caliginosa moles susceptũ cœlitus lumen obtenebrat. Quamobrẽ operæpretium est, & hoc sub luna lumen a` caligine, & cœleste illud a` materia segregare, & illinc ad lumẽ sup cœleste conscendere, illinc rursus a` rõnali luce ad intellectualẽ, ab hac ad intelligibilẽ, ab hac p uiribus ad diuinã, ut reuelata facie ducti uidelicet a` domini spiritu a` claritate gradatim in claritatẽ in eãdem imaginem transformemur.

Ad numinum gaudium cœlestes ipsorum oculi rident, splẽdore, motú q; gestiunt. Cap. VII.

Postquam uidemus a` cœlestiũ radiis, qui a` supercœlestibus per cœlestia, tanq̃ per uitrea quædam ad nos descendunt, cunctis dari perfectionẽ suam, uitã, sensum, certitudinẽ, gratiam, atq; lętitiam. Necessarium est lucẽ in spiritibus super cœlum esse formæ ipsorum perfectionem, fœcunditatẽ uitę, perspicaciam sensus, clarissimam uerissimæ intelligentiæ certitudinem, gratiæ copiã, gaudii ubertatẽ. Horum omniú imago est splendor cœli, immo ad horum claritatẽ tanquam umbra, quia minus põt corpus cœli exacte claritatẽ spiritus imitari, quam terra cœli fulgorem. Ad ipsum mirabile cœlestium gaudiũ cœlũ quasi corpus eoꝝ, immo quasi oculus eorũ (oculum enim Orpheus solem appellat) ridet splendore, motu' q; exultat, sicuti terra tanquam ab illis remotissima luget tenebris, situ' q; torpet, & otio. neque enim putandum est cœlum moueri uel ui aliqua, uel defectu, cuius motus natura perpetuus est, locumque naturalem non relinquit, substantia quoque absolutissima, a` qua nihil discedit sui. Sed quodam excessu lætitiæ, ob quam gestiens quiescere nesciat. Ad gaudentium numinum cantum, ut Pythagorici arbitrant', sphærę choreas ducunt. Vnde ordinatissimis, uariis' q; motibus mirabilẽ conficiunt harmoniam ad astrorú risum, qui prȩcipue radiis indicatur. rident omnia, quę sub cœlo sunt, quæ super terram, ad tenebras tanq̃ ad tristitiã omnia mœrent, Solemus enim ridentibus congratulari, flentibus contristari.

Risus cœli ex numinũ gaudio proficiscens, ideſt lumen omnia fouet, atq; delectat. Cap. VIII.

Quod lumen sit risus cœli ex spirituũ cœlestium gaudio proficiscens, indicant homines, qui quoties lætantur spiritu, rident' q;, uultu splendent certe intus, dilatãtur' q; spiritu, uultu quoq; splendere uidentur, oculis maxime, qui maxime sunt cœlestes, qui' q; in risu motum cœli instar efficiunt circularem. In lugentibus autem contra obtenebrantur, restringuntur, torpent omnia. Radii uero ex stellis ridentibus tanquã diuinarũ mentiũ oculis benignissime, lætissime' q; directi insemina reꝝ, non aliter oía fouent, generant' q; quam Struthi aspectus in ouũ. Illorum enim uirtute calor naturalis cũctis inserit', unde uita oritur, alitur, auget'. Hinc fit, ut oía uoluptatẽ appetãt, qa nõ modo uoluptate terrena, sed etiã cœlesti lætitia generant'. Quis aũt neget numina lęto quodam affectu oía mouere, atq; generare? Cũ & ab aĩalium natura, & ab arte oía uoluptate procreari, atq; p̃fici uideamus.

¶ Lumen est incorporeũ. est forma, immo actus naturæ cœlestis. Esse potest sine corpore subdito. Est ubiq; etiam sub terris una` cum diaphano. Caput IX.

Sed iuuat interdum una` cũ nostro Plotino circa eadẽ latius peruagari. Lumẽ quo momento penetrat molle diaphanum, eodem diaphanũ transuerberat uel durissimum. Item quo breue spatium, eodẽ quoq; longissimũ. Incorporeum est igit', cui neq; duritia resistit, neq; spatiũ. Veruntamen quoniam est cœleste, ideo obstaculũ natura terreũ, atq; fordidum, etsi minus durũ sit, non capit candidã luminis puritatẽ. Hinc Plotinus prohibet corporeas lumini tribuere passiones, ideſt accedere, recedere, diffluere, refluere, cõtrahi, dilatari. Sed potius dicendũ putat, ubi corã lucido pspicuũ quid exponitur, stati lumen illic existere, illic agere. Sin minus, nõ existere illic, nõ agere. Neq; tũ simpliciter, esse desinere, q̃diu corpus est lucidũ. Sicut neq; radius uisualis, quãdiu uisus. Lux qdẽ est forma p̃mi corporis prima. Itaq; tã pfecta, ut non per modũ otiosæ qualitatis cuiusdã ab actu distinctæ, sed potius per modũ uegetioris actus existat, tã uidelicet efficacis, ut momento per oía sese porrigat, a` fonte p̃prio non disiunctus. Prȩterea in quocũq; sub cœlo corpore prȩualet igneus quidã uigor igni cœlesti similis, emicat, & inde lumen, aut fulgor qdam q̃si familiaris color. Proinde cœli, luminis' q; natura, ut foueat oía, non cogit' de integro per cũcta discurrere, si neꝝ sit paradoxon, hãc eẽ semel cunctis infusam. Hinc hęrus ille, q apud Platonẽ surrexit ex mortuis, interea lumẽ inspexerat, cœlesti uidelicet quodã uisu, sed oculis caducis occultũ. Quod quidẽ per oía prorsus extẽtum, regeret uniuersum. Luminis huius uehiculũ, ideſt perspicuũ Iamblichus ex theologia Phœnicum asserit cunctis uel opacis infusum, siquidẽ his omnibus ineſt & color aliquis quędam

quędam portio luminis. Lumen autẽ seorsum a` perspicuo in opacis esse non potest, quãuis forsitan in se penes luminosum esse possit. Si secretũ Timęi sensum recte uaticinamur, ignẽ ipsum, spiritũ' q; cœlestẽ proximũ aię mũdanæ uehiculũ, simul cũ hac ubiq; uigere cognoscimus. Hęc enĩ aĩa motu quidẽ uitali calorẽ edit, ubiq;, atq; motũ, intelligentia lumẽ, simulq; luminis uehiculũ ubiq; diaphanũ. Neq; tñ, pprie lucere terrã licet dicer', siqdẽ neq; pspicuũ huic misceat, neq; lumen cõicatur quãuis infusum. Siquis astrologoꝝ regula fretus cõsyderet quantã uim habeãt innumerabiles ubiq; radii machinæ cœlestis immensæ, ad penetrandã terrã mundi punctum, hinc saltẽ cognoscet per hãc quoq; passim diffundi cœleste lumẽ, atq; diaphanũ illic lumini nec cessariũ. Quãuis oculis quamplurimis hæc in terra patere non possint. Patẽt uero forte quibusdã illic degẽtibus animalibus. Aiunt enim Platonici, sicut se habet frigus ad calorẽ, nigredo' q; ad albedinẽ, sic habere tenebras se ad lumen, ut tenebra non sit priuatio pura luminis, sed lux minima, uel opacissima. Nigredo minus opacũ lumẽ. Perspicuum quasi quędã paulo clarioris luminis inchoatio. Color quędam luminis terminatio. Quod quidẽ una` cũ colore quodã quodammõ sit ubiq;. Tam enim potente tum animæ, tũ cœlestium lumine fieri, ut puris tenebris locus nusq̃ pateat. Siquidem & calorẽ ad amplitudinem luce debiliorem esse ubiq; sub terrã, effectus multi testãtur. Pythagorici forsan hinc adducti, nescio quã in centro mundi turrim Iouis ædificauerunt. Vestalem certe (ut alibi diximus) ignem illic accenderunt. Ausi quoq; sunt propterea terram stellã quandã cognominare. Vna` cũ his Theologi ueteres, atq; Plato, quod & effectus ipsi confirmant, flumina quædam ignea per terrę meatus deriuare, igneos' qu illic dæmones inuenerunt.

¶ Aliud lumen est, aliud calor, atq; lumen antecedit calorem. Cap. X.

Quod aliud fulgor sit, aliud calor, perspicuũ est. Nã fulgent, siue nitent quę nõ calẽt, ac etiam frigida multa. Calida sunt ẽt multa, quæ fusca. Calor ignis penetrat sæpe q̃ non transit splendor, ppagatur, & splendor lõgius, citius' q; multo quam calor.

Quod sit calor a` lumine, inueniet qsqs cogitabit, ẽt in spiritibus intelligentiæ claritatẽ origine quadã antecedere uoluntatis affectũ, & in mũdi machina solis radios sequentis caloris originem esse. In superioribus qdem regnat unio, in sequentibus uero diuersitas. Itaq; í hoc apud nos igne, q̃uis calor in eodẽ corpore sit, in quo & lumen, non tñ est in lumine, sicut neq; elementaliũ quies est in motu. In cœlestibus aũt est, & in lumine calor quasi lumen, & in cœli motu est ipsa cœli quies, ut physice loquar. Deniq; super cœlum in ipsa intelligẽtia est uoluntas quasi eadem. Et in uoluntate gaudium uelut idem.

¶ Lumen non fit illuminati qualitas, sed est actus illuminantis. Neq; lumina confundunt'. Lumen est uinculum uniuersi. Caput XI.

Vm uero lumen causa sit caloris, neq; tñ generis sit eiusdem, merito tanq̃ in superiori quodam genere constitutum, adeo hunc apud nos etiam antecedit, ut ipsum quidem a` luminoso corpore tantũ pendeat, sed a` subiecto patiente nequaq̃. Hic autem utriq; dependeat. Lumen igitur solius illuminantis proprius, & naturalis actus existit. Neque corporis illuminati fit qualitas, neq; tam ineſt quam adest illuminato. Ideo neq; diaphani naturam permutat, neq; hoc per locum mutato mutatur, neq; certũ per hoc habet spatium. Occurrit enim ultra semp seipsum propagaturũ, eodem' q; momento reflexiones multiplices agit. A` speculis in specula. Ab aqua in speculum, Et hinc rursum in parietem. Similiter' q; deinceps. Neq; per reflexiones usquam deserit illud, unde reflectit'. Et in quolibet aeris puncto multiplices format reꝝ imagines spiritales. Per quas possit oculus rem totam in puncto quolibet contueri. Per hęc omnia cõfirmatur lumen non esse corporeum aliquid, uel corporis qualitatem. Sed ut redeamus parumper ad comparatiõem luminis cum calore, neq; paulatim illuminat, neq; hic uel parũper restat, illuminante desuper abeunte. Quod sæpe iam diximus. Calor autem utpote, qui aeris calefacti fit qualitas, paulatim accedit, atq; recedit, & abeũte lumine residet in subiecto. Potest itaq; lumen idẽ de substantia in substantiam pertransire, siquidem non sit subiecti alicuius accidens, aut qualitas, aut passio quædam, sed inseparabilis actus agentis. Merito inter substantiam quasi in se subsistentem, & qualitatem, quæ ab agente simul & patiente dependet, existit luminosus actus solum agenti suspensus. Quando lumen calefacit aerem, calefactio & a` lumine dependet, & aere, atq; inter lumen, calorem' q; genitũ, tenet medium. Cum igitur calor hic subducto lumine, maneat, lumen aere sublato, penes solem existere potest, quia proprium. Proprium enim inseparabile est. Sic inter lucem lucido corpori penitus intimam, atq; calorem iam aeri factum intimum, medium est lumen, partim quidem lucenti in

timum, partim etiam extra procedens, ut radialis actus ſpectaculi directus in ſpeculum, atq; radius uiſualis ex oculo micans. Hinc patet lumen propriũ eſſe naturæ cœleſtis, neq; corporibus ullis cõmunicari, niſi quaſi cœleſtibus, ideſt diaphanis, & igneis, ut iam diximus, & in his quidem cœleſtem conſeruare proprietatẽ. Cuius munere neq; diaphano miſcetur illuminato, neq; lumina luminibus confunduntur. Eiuſmodi nanq; confuſio non ad cœleſtes actus, atq; uirtutes ideſt ad radios, ſed ad elementales pertinet qualitates. Quarum nulla eſt ad p̃ſentiam luminis, neceſſaria. Satis enim illi eſt, ſi terrenam opacitatem non offenderit, cœleſtibus percipiendis in eptam, quaſi lumen ubiq; ſui iuris ſit, nec uſquã cœleſtem amittat ſublimitatẽ. Lumina uero luminibus non cõfundi, hinc apparet, quod ſi ad tres lucernas deambulaueris, tres umbras ex oppoſito reddes, uidelicet propter tria lumina inuicem non confuſa. Item ſi tribus his ingentem tabulam oppoſueris, in cuius medio unicum ſit foramen, tria ſtatim lumina e` tribus lucernis in oppoſitum reſultabunt. quia uidelicet non ſunt confuſa. Deniq; ſi lucernam unam ſuſtuleris, ſuum illa lumen quaſi comitari uidetur, ſplendore cõi interim diminuto. Mitto nunc Dionyſia cum illud, tres in uno ſplendore radios, diuinam nobis trinitatem repræſentare. Mirabiles in radiis eſſe uires, ſed occultas Aſtronomi comprobant, atq; Magi. Sed etiam nimium admiranda eſt, quæ multis nota, ubi ex ære concauo radii ad centrum e` conſpectu q̃plurimi per æq̃les qſq; angulos repercuſſi, remotum ét corpus, uel duriſſimũ prorſus adurunt. Vñ conſtat inſuper radios naturaliter eſſe calidos. ſiquidem ſola congregatione feruentiſſimi mox euadũt. Tanta p culdubio eſt potentia luminis, ut cœleſtia alioquin a` terrenis quaſi abſq; proportiõe diſtantia, facile, & ſubito, plurimum q; conciliet. Neq; ſolum uirtutes ſtellarum oẽs ad ſequentia tranſferat, ſed ſolem ipſum, ſtellas q; ad inferiora traiiciat. Quemadmodum ſpũs noſter animæ uires, ipſam q; animam ad humores traducit, et mẽbra, atq; ſicut in nobis ſpũs eſt animæ, corporis q; nodus, ita lumen eſt uinculum uniuerſi. Sol enim, & ſtella quælibet, lumen ſuum non p tenuiſſimam quaſi lineam iaculant, ſed ex toto ſuo ambitu circũfundunt, Sed hoc ſtatim undiq; colligit ſe in conum, ne forte extra ſuum fontem p̃fluens euaneſcat. Sic enim propter unionem ualidius aget, & totum facilius erit ubiq;. Ac dũ tota baſis coarctatur in conũ, ſtella tota, omnis q; uirtus eius per angulum aderit, ageteq; potenter ubiq;, poterit q; in angulo tota eius magnitudo uideri. Sic etiam cum in ſtellis centrum, & circũferentia ſit, lumen earum quatenus a` toto profluit ambitu, circũferentiam imitat, quatenus autem colligitur in anguſtũ, imitat & centrum. Imitatur & ipſam (ut platonice loquar) mundi animam. Ipſam quidem eius intelligentiam claritate ſua, uitam uero calore, motum deniq; motu. Sed de his omnibus ſatis in commẽtariis in Plotinum, atque Timæum.

¶ Lumen imitatur Deum. Gradus luminum, colorum, ſciẽtiarum. Numerus ſeptenarius, atq; nouenarius. Caput XII.

Q Vodammodo etiam imitatur Deum. Nullus enim oculus, quãtumlibet acer, lumẽ ipſum in ſe purum, ſolum q; cernit, utpote quod incorporeum eſt omnino, proportionem q; oculorum ſuperat ut diuinum. Videt uero lumen oculi dũtaxat in corpore illuminato, uel luminoſo, & hoc quidem paulo denſiore, uidelicet oculis lumẽ contemperante. forte uero illuminatum potius, q̃ lumen cernunt. Debiliſſimi quidem oculi, neque hoc etiam ſuſtinent. Validiores hoc intuentur, ſed non circa ſolem. Vegetiſſimi circa ſolem quidem, Sed in ſole nequaquã. Similiter ad Deũ ĩtellectus uarios ſe habere cognoſces. Cognoſce p̃cor ſolem uno quodam nutu poſſe ſimul omnia facere, uel remotiſſima quęq;, lumine uidelicet, & calore. Deumq; ſimiliter facillime cuncta, intelligentia ſimul, et uoluntate. Cogita rurſus Deum tria rerum genera procreare. Angelos penitus incorporeos, Item formas omnino corporeas. Medias uero animas, incorporeas quidem ſubſtantia, ſed affectu, motu q; quaſi corporeas. Similiter ſolem aſpice, calore ſemper corporea generare. Item lumine ſpiritales corporum imagines per aerem reſultantes. Medios uero colores. Septem p̃cipui ſunt effectus, tum ſolis circa corpora, tum diuini luminis circa mentes, & animas. Nam penetrat, illuſtrat, accendit, excitat, amplificat, eleuat, format. Meméto deniq; neq; ſolem, neq; aliud quicq̃ abſq; lumine ſolis uideri poſſe, ſiquidem omne lumen a` ſole dependet. Similiter ad diuinam lucem ueritatẽ primam uerorum omnium plenitudine intellectus omnes ſe prorſus hẽre. Sed de his in theologia latiſſime. Quibus adde, quid ſit lumen, nullus abſolute definit. Sed quid non ſit, ſemper argumentamur. Non corpus, non qualitas miſta corpori, non color, non diaphanum, non

imago

imago cœleſtium, quæ quidem ſimpliciter ſit imago. Non enim imaginis eſt ultra imagines, imaginariam q; cognitionem, etiam ſubſtantias agere. Negationibus igitur, cõparationibus q; quibuſdam dũtaxat lumen cognoſcimus, ſicut deum. Iuuat uero parumper comparationes eiuſmodi proſequi. At tu interim da uerbis ueniam lucis amice. Diuina lux per nouem angelorum ordines diſtribuitur, quem numerum in mentibus Platonici etiam receperunt. Ad ſimiles uero gradus animæ quoq; beatæ recipiũtur. Similiter ſolis lumen per nouem gradus præcipue diſtribuitur. Primus quidem gradus luminis eſt in ſole. Secundus luminis in firmamẽto candidi, ob raritatem quoq; nobis occulti. Tertius conſpicuæ lucis in ſtellis. Sed hæc ibi trina, ſcilicet cãdida, rubea, miſta, ſunt igitur hucusq; gradus quinq;. Ad rubeam refertur ignis. Sextus in diaphanis ſub luna ſimplicibus. Septimus in diaphanis ſub luna compoſitis ceu uitris, atq; cryſtallis lumen minime conſeruantibus. Octauus in diaphanis compoſitis conſeruantibus, q̃les ſunt oculi multi, & noctilucæ, carbunculi q; quibus ineſt pinguis quædam cum perſpicuitate tenacitas, luminis conſeruatrix. Nonus deſinit in colores, imagines q; colorum. Præterea ſi colores ſunt quaſi lumina quædam, totidem ipſi quoq; gradus habent. Extremi quidem ſũt albus, atq; niger. Horum medius æque diſtans uiridis. De quo ſatis in libro de uita ſecundo, inter album, atq; uiridem croceus eſt albo ſimilior. Rubeus q; clarus prope uiridem, Zafirinus uero medius. Tres ſimilibus quoq; gradibus inter uiridem ſunt, & nigrum ex antecedentibus trina proportione commiſti. Cum uero ſcientiæ luminibus, luminoſis q; coloribus comparari poſſint, merito ſunt & nouem, quaſi muſæ ſub Apolline nouem. Scientia quidem uel de rebus agit penitus ſeparatis, uel omnino corporeis, aut mediis. Illa quidem diuina. Iſta naturalis. Hæc mathematica. Harum quęlibet ſecatur in tria. Diuina enim uel contemplatur Deũ, uel ſubſtantias oĩno diuinas, ut angelos, uel intellectuales animas natura quidem diuinas, ſed quodammodo ét uergentes ad corpora, ſed interim ſeparabiles. Hucusq; diuina ſcientia contemplatur. Naturalis autem tria quoq; cõſyderat. Vel elementalia corpora, uel cœleſtia, uel animas his cõiunctas. Mathematica quoq; triplex. Aut enim ſolam quãtitatem tractat, ſiue numeralem, ſiue cõtinuã, ut Arithmetra, Geometra q;. Aut quantitatem eiuſmodi cum ratiõe motus, ut Aſtrologus. Aut etiam cum ratione ſenſus, ſiue uiſus, ſiue auditus, ut perſpectiua, uel muſicus. Nouem igit communia ſcientiarum lumina ſunt, Sed longius iam digreſſi uidemur.

¶ Lumen eſt quaſi ſpiritale quoddam. Et ſpiritus ſunt lumina quædam. Similitudo luminis ad animam, atq; angelos. Caput XIII.

Q Vod lumen ſpiritale quoddam ſit potius q̃ corporale, ex eo conſtat, ut alibi diximus, quia paſſim ſine tempore propagatur. Sine offenſione implet perſpicua corpora. Sine ſui inquinamento ſe ſordidis circunfundit, Præterea corporibus his facilius ſe largitur, quæ longius a` corpulenta mole diſcedunt. Vnde puriſſima corpora cœli, & ignis, qui cœleſtis eſt, ut Platonici putant, in ſe lucent, Aer, & aqua ab illis. Interiora terræ neq; ex ſe manifeſte nitent, neq; ex illis. In ſuperficie terræ lumen miſtionibus diuerſis elementorum quatuor maxime terrenis infuſum, diuerſorum colorum induit formas, quaſi corpuſcula, quorum quaſi quædam animulæ ſunt ſcintillæ luminis illis infuſæ. Quas ſi ab illis miſtionibus ſegregaueris, atq; ſeruaueris, uidebis forte quales ſint rationales animæ a` corporibus ſeparatæ. Sunt enim lumina quædam olim in corporibus confuſiora, ſed iam in naturam propriam reſtituta, ideo q; clariſſima, Sic enim corpus ab anima diuerſiſſimum illi, quaſi eclipſim obducit, ſicut luna coniuncta ſoli, Immo uero ſicut miſtio terrena a` cœlo alieniſſima, cœleſte lumen reddit opacum, facitq; colorem ex lumine, ſic corpus circa animam reddit ex intelligentia ſenſum. Quemadmodum radius calorem quidem permiſcet aeri, lucem uero retinet nõ permiſtam, Sic anima corpori uitam communicat, intelligentiam uero nequaquam. Inſtar lucis ſine compreſſione ſui ſe colligit in anguſtum, ſine diſtractione rurſus explicatur in amplum. Nec aucto corpore, creſcit ipſa, neq; diminuto decreſcit. Lumen ab amplo dependens ſe colligit per foramen, tranſuerſis q; radiis profilit in oppoſitum, figuram priſtinã, mox amplitudinẽ quoq; paulatim ſubinde recipiens ad eandem deniq; rediturum. Similiter anima ab ampla diuinitate in anguſtum corpus, affectum q; apud nos redacta, poteſt hinc etiam incolumis emigrare, priſtinam quandoq; formam, & amplitudinem receptura, qualis etiam deſcenſus, aſcẽſus q; ſit angelorum, radii quoq; declarant proſilientes huc, reſilientes q; momento, & proſiliendo ſolem minime deſerentes.

¶ Lumen in deo, in angelo, in ratione, in spiritu, in corpore. Caput XIIII.

Verum ut redeamus illuc, unde digressi sumus, cœlum quãuis in se, non tamen ex se
u sed ex superiorum claritate, & gaudio refulget, & gestit, ceu oculus ex spiritus cla-
ritate, animi'q; lætitia, Spiritus autem lætat' maxime claritate sua, solis'q;. Animus
claritate spiritus, atq; mentis. Videtur autem lumen hoc esse mens refulgẽs per cor
pus perspicuum quasi uitrũ, & inde iam facta uisibilis. Mens autem lux in se ob nimiam uber-
tatem, tenuitatem'q; penitus inuisibilis. Siquidem lumen, etsi est ubiq; die, nusquam tamen ap
paret, nisi ubi densum est aliqd, atque resistens. Subtrahe densitatem. & si non uidetur, est ta-
men ibidem. Adde iterum densitatem, statim rursus apparet. Hinc planè constat lumen ipsum
in se esse intellectuale quiddam. Quod quidem mox sensibile fiat, subdito uidelicet denso, la-
teat uero subducto. Quomodo uero uisibilem ex inuisibili lucẽ euasisse fingamus, quasi ex scin
tilla iam mota lucidum quendam circulum in sexto theologiæ tractamus. Proinde lux in men-
te est ueritas gaudens, gaudium'q; uerum, lumen a` mente in corporibus est quædam ueritatis
rerum sensibilium declaratio. Pulchritudinis flos, oblectatio sensus. Sed repete rectius. Nempe
lux tanquam propria corporis circularis perpetuo reuertentis ad idẽ, immo & intelligentiæ se-
ipsam reflectentis in orbem, nimirum ubiq; tangens repetere uidetur originem, dum sursum re
flectitur in seipsam, nos'q; similiter contemplatione simul, & amore sui reducit in patriam. Sed
interim me quoq; compellit, ut interloquendum nescio quomodo circuli more iam sæpius re-
uertar ad idem. Tu autem indulge precor prolixo huic amico lucis, ipse lucis amice. Bona igit'
iam uenia repetam. Lumen in diuina mente intelligentiam supereminet, inde angelicæ menti
lumen idẽ infusum, secundum intelligẽtiam redditur, sed super terminos rationis. Diuinũ hoc,
angelicum'q; lumen in mentibus hoĩum ſm rõnem iam euadit. Sed superat phãtasiam iam spi-
ritu secundũ phantasiam, sup sensum. In corpore uero maxime oculis quasi cœlestibus animæ
stellis, sensui iam familiare fit, sed non materiæ. Nam ipsum etiam pulchritudinis florẽ in cor-
poribus apparentẽ Plotinus in quodã splendore nõ corporeo collocauit. Ipsa certe pulchritu-
do prima nihil aliud est, q̃ splendor glorię penes patrem luminũ, & figura substantiæ eius, un-
de triplex emicat pulchritudo. Prima qdem per angelicos intellectus. Secunda uero per intelle
ctuales animas. Tertia per corpora ubiq; formosa, quasi lumen unum per tria quædam uitra co
loribus inter se uaria. Ideo'q; uarium ex primo splendorem, subinde reddentia. Ipsa igitur gra-
tia pulchritudinis. Quæ etiam in corporibus intuentes, & cogitantes tam mirabiliter in se con-
uertit, nihil aliud est q̃ splendor p gradus desup emicans. Maxime uero per radios oculoꝝ, & ra
piens intuentes, & amatores occulto quodam calore mirabiliter in se transformans. Sed de his
in libro de amore satis. Ad institutũ ordinẽ reuertamur. In oĩbus mentibus lumẽ est uita exube
rans. Veritas clara, certa'q;, lætitia plena. Inde in corporibus est diuinæ explicatio, & effusio ui
tæ. Declaratio ueritatis rerum, & authoris, gratia formę, uoluptatis incitamentum. Empedo-
cles, & Zeno uolunt, quẽadmodum se habet ad carbonem flamma, sic quodammodo se habe
re lumen ad flammam. Atq; flammam esse quasi lumen densum. Lumen uero flãmam rarissi-
mam, uitam'q; cunctoꝝ. Plotinus, & Proculus arbitrant' esse uisum quendam, aspectum'q; nu
minum per radios cœlestium oculorum ꝓcul emissum. Atq; esse spiritum quendam diuinum,
qui & omnia uideat, &, quantum in se est, ab omnibus uideatur. Addunt eiusmodi spiritũ ex-
tingui nusquam, sed sydera sequi, sicut uisualis radius animalium nocte uidentium. Nunc qui
dem emicat foras, nunc uero non emicat, nec interea prorsus extinguitur, uitam oculi sui conti-
nue comitans. Si enim tota cœli natura sempiterna est, in hac autẽ nihil familiarius, pulchrius,
efficacius, diuinius est q̃ lumen, nimirum & lumen est sempiternum. Forte etiam coniectare li-
cet, ignem quoque sub Luna, lumen'q; suum sempiternum esse. Est enim portio quædam cœ-
lestis ignis, cœlesti quodam impetu crassioribus incluſa corporibus. Hũc Ægyptii cœlestem spi
ritum cognouerunt elementis infusum. Hunc Pythagorici Vestalem ignem inuenerunt, uel in
centro mundi feruentem. Hũc Stoici intellectualem ignem per omnia discurrentem cogitaue
re. Hunc & Plato, qualem in Timęo probauimus, & Plotino. Hunc theologi ueteres teste Ma
rone, diuinum ætherem uiuentibus haustum dixerunt ire per omnes.

» Terras'q; tractus'que maris, cœlum'q; profundum.
» Igneus est ollis uigor, & cœlestis origo.

Forte igitur ignis cum uidetur extingui, in occultum resoluitur ignem. Lumen'q; huius in lu
men illius occultum.

Animæ

¶ Animæ, etsi nominantur lumina, tamen in unũ quasi commune lumen resolui non possunt. Caput XV.

Quod modo fingebam, etsi forte non est uerũ, licentius tamen fingi potest. De ani
q ma uero fingi re uera non potest. Quę enim cõmunem inter se materiã habent, in
uicem confundi possunt. Item quæ aliorum partes sunt, in illa restitui. Rursus quę
superioris substantiæ actus quidã pediſequi sunt, in illã quasi resolui, & quæ acci-
dentia, facilius euanescere. Rõnales autẽ animæ, substantiæ sunt incorporeę, rectrices corpoꝝ,
eisq; repugnantes, per se agunt, ad se conuertuntur. In se subsistunt. Supiori etiam qñq; rebel-
les. Inter se nimiũ discrepantes. A` substantiis accidentia rõne distingunt, a' corporeis incorpo
rea separant. Itaq; neq; confundi possunt, uel restitui, uel resolui. De his in Theologia & secun-
do epistolaꝝ libro latissime. Ac si animæ fingantur, ut lumina, nõ quidem, ut radii sunt, sed ut
luces, & hæ quidem substantiales sensibili luce longe præstantiores, similes quidem stellis po-
tius quàm luminibus dependentibus, natiuo quodam lumine præditæ ferme` sicut stellę, aliud
præterea lumen sicut stellę a` sole, diuinitus accepturæ. Sicut lucem uisibilẽ nõ percipit nisi lux
aliqua uisualis, nec intelligibilem, nisi lux quædam intellectualis, ita neq; substãtialem distinctã
sempiternã, nisi lux substãtialis distincta sempiterna. Præsertim si illa sit sub ipsa sempiternita-
tis rõne percipienda. Per hanc itaq; rõnem quasi per speculam tibi prospicienti propria statim
nostræ mentis immortalitas rutilabit.

¶ Lumen est quasi uisibile numen, & Deum referens, & nos gradatim ad mores, & diuina perducens. Caput XVI.

Eniq; lumen est quasi numen quoddam in mundano hoc tẽplo Dei similitudinẽ
d referens. adeo ut Plato noster in libris de Rep. hoc ipsius boni filiũ nominauerit.
Est enim instar Dei aspectu ante oĩa uenerandum. Est & amplificatio quędã subĩ
ta, & latissima absq; detrimento sui ob exuberantem bonitatem, largitatem'q; suã
cunctis esse libentissime, & felicissime largiens. Causa, conseruatio'q; & excitatio omniũ, quæ
nascuntur. Proinde ad uitam, ueritatem, lætitiam, unde descendit, cętera subleuat. Absq; huius
præsentia mori cuncta uident'. Huius autem præsentia reuiuiscere. Interim uero dum ipsum nõ
solum fit a` sole, sed etiam conseruatur, neq; inde discedit, nos admonet, non solum a` deo fieri,
sed seruari, atq; ab illo minime discedẽdum. Siquidem illud ubi longius distare iam uidetur a`
sole, ibi uehementius reflectitur erga solẽ. Etsi forte uidebor alicui curiosior, dicam tamẽ quod
» mihi nunc de iustitia uenit in mẽtem, amore lucis, & iustitiæ raptus. Quis enim modus adsit
» amori? Nempe uidet' mihi lumẽ sæpe nos ad iustitiam cohortari, ab iniustitia deterrere, ubi q̃
potens ipsa iustitia sit quàm impotens iniustitia manifeste declarat. Radius enim, qui tanquam
iustus incidit rectus, æquales utrinq; reddens angulos, potenter agit, & penetrat. Et ubi ex aere
transit in aquam, non frangitur per obliquum. Atque ubi tangit solidum quasi fortis reflectit'
in seipsum. Contra uero radius, qui tanquam iniustus decidit ex obliquo, angulos utrinque sa
ciens inæquales, tanquam debilis uix efficit quicquam. Subito frangitur in obliquum, nec in se
redit unquam, sed residit in aduersum. Quantum uero lumini tanquam diuino cõstantia, ęqua
litas, puritas ubiq; sit grata, declarat ipsum in corporibus specularibus. In quibus, & ex qbus ob
hæc tria mirũ in modũ multiplicat'. Dixerit forte poeta qspiã sicut Phœbus Daphnen, ita lumẽ
amare uirginitatẽ. Siqdem flos ipse candoris una` cum uirginitatis flore uiget, simulq; disperdi
tur. præsertim in orbibus oculorum, ex quibus etiam testificat' ingenium. Hinc certe Democri
tus puellam, quam modo uirginem iudicauerat, fagaciter deprehendit mox pollutam. Sed iam
redeamus ad institutum. Lumen non solum nos in moribus instruit, sed etiam, quod optimum
est, diuinum humano generi commemorat cultũ, ut neq; impii negare audeãt esse Deum. Cu-
ius simulachro sensibus nihil clarius. Neque flagitiosi uel latere oculũ, uel effugere manũ eius se
posse confidant. Cuius simulachrum est ipsa claritas. Ac uelocius quàm dici possit, momento p
omnia dilatatur, nec est, qui se abscondat a` calore eius. Vnus in oĩbus & sup oĩa Deus. Vnum
in omnibus, & circa oĩa lumen. Lumen in oĩbus a` Deo factis est qdam diuinæ claritatis splen
dor. Atq; (ut ita loquar) est deus q̃si seipsum finiẽs, & ad opeꝝ suoꝝ capacitatẽ sese accõmodãs.
Deus aũt ipse est lumẽ immẽsum in seipso ꝓsistens, ac p se in oĩbus, & extra oĩa p immensum.
Fons ille uitæ, in cuius lumine (ut ait Dauid) uidemus lumẽ. Oculus quoq;, quo oẽs uident ocu
li, &, ut inqt Orpheus, oculus, q cũcta in singulis inspicit. Ac re uera oĩa ꝓspicit in seipso, dũ esse
se pspicit oĩa. Cõstituit autẽ, ut in uno lumine cuncta ꝓspicerent', non corporea solũ, sed etiã in-
corporea. Lumen uides in materia mundi plenũ omnibus reꝝ omniũ formis, atq; uolubile. Sub

trahe materiam. Relinque cætera. Habes animā incorporeū lumen a' corporibus ſeparabilem omniforme mutabile, Deme rurſus huic mutatione. Es iam intellectum angelicum cōſecutus, ſeparatum lumen, & omniforme, iam'q; etiam immutabile. Detrahe huic eam diuerſitatem, p quam forma quælibet diuerſa eſt a' lumine. Aliæ'q; diuerſæ ſunt ab aliis, & infuſę inſuper aliū de. Lumē hoc infinite lucet, quia natura lucet ſua, eſt'q; ſimpliciter abſolutum. Ita demū Deus mentis oculis per hoc lumen ſuperiore quodam lumine coruſcabit, uita, ſenſu'q; pleniſſimum, quandoquidem imago eius, ideſt ſolis lumē uitam omnibus, ſenſum'q; largitur, & quanto lux illa excellētior eſt quàm noſtra, tanto maius menti gaudium quàm hæc oculis afferet.

De ſtatu beatorum ſub diuino lumine, atq; miſerorum. Caput XVII.

s Ol in ſuperna Hieruſalem, ut propheta inquit, eſt ipſe Deus, qui cultoribus in terra ſuis in cœleſtem patriam reuerſuris, proculdubio promittit uniuerſę ueritatis lumen, ac plenum in lumine gaudium. Lumen hoc præcipue ſapientibus, alios ad iuſtitiam inſtruentibus pollicetur. Fulgebunt (inquit Daniel) docti ſicut ſplendor firmamenti, & qui multos erudierint ad iuſtitiam, tanquam ſtellæ in perpetuas æternitates.

» Non inquit, ſicut ſol fulgebunt. Sol enim illic eſt ipſe deus. Splendor uero firmamenti eſt candor ille cœlorum, ob raritatem ſuam oculis noſtris ſemper occultus. Cum enim totus ignis luceat, multo magis tota ſubſtantia cœli, uel ubi nō ſunt ſtellæ, lucet, ſed uelut ignis procul in materia tenuiſſima lucens, uix ulli conſpicuus. Eiuſmodi ſplendore fulgebunt ſapientes illi, q apud nos ſola fuerint contemplatione contenti. Qui uero contemplati diuina, deinceps ad actionē ſe contulerint erudituri cæteros ad iuſtitiam, atq; ſapientiam, uberiore quadam atq; manifeſta, ſicut ſtellæ luce fulgebunt. Cum enim ſapientes nihil aliud amauerint, & coluerint quàm lucē, hanc enim ſolam in qualibet ueritate quærenda quæritant, merito lucis præmia referunt, & q cæteros illuminant in perpetuum, non iniuria ipſi quoq; in perpetuas (ut inquit) æternitates diuinitus illuſtrantur. Quemadmodum uero piorum præmium eſt mira quædam lucis participatio, ita ſupplicium impiorum eſt ipſa priuatio lucis. Immo uero ipſemet ſol diuinus, qui ſanos, uegetos'q; piorum oculos mirifice fouet, impiorum contra oculos languentes offendit, & conſcientiam incendio uexat. Non aliter quàm ſolis lumen in aperto quidem delectat, in anguſtū uero coactum, prorſus adurit. Sed libēter reuertimur ad beatos. Gratum quidem apud nos eſt aeris lumen omnibus, quia uitali, animali'q; ſpiritui cognatiſſimum, rerum'q; innumerabiliū uarietate delectat. Gratius lumen in ſpiritibus corporis eſt ſanguinis. Gratiſſimum lumen intimū menti beatis, uſqueadeo mentem implens, ut inde ſtatim exundet in corpus, inquam tum cœleſte (ut platonice loquar) uniuſcuiuſq; animæ proprium. Tum etiam humanum tandem iam quaſi cœleſte factum. Illic igitur unuſquiſq; totus eſt oculus totus undiq; peruius, atq; lucens. Quamobrem ſinguli tam mentis quàm ocularis corporis radios in ſe inuicem iacientes, facillimo quodam nutu ſe mutuo prorſus intelligent, ſinguli mutuo radiorum iactu in ſingulis coruſcabunt. Deus autem tanquam ſol in ſtellis q̄ abunde, tam feliciter fulgebit in cunctis.

APOLOGIA IN LIBRVM SVVM DE SOLE ET LVMINE.

m Arſilius Ficinus Florentinus Philippo Valori oratori apud Pontificem Florentino. S.D. Librū de Sole clariſſimo Petro Medici deſtinatū domi iam diutius retinebam. Atq; contra præceptum euāgelicum ſub modio lucernam, ſiue Solem ferme'iam impius abſcondebam. Sed Petrus ille Nerus, quem in epiſtolis noſtris frequenter candidiſſimum appellauimus, pium exiſtimauit fore, ut lumen hoc quamplurimis (ut deus præcepit) effulgeret. Itaq; candidiſſimo uiro, ad quem potiſſimum cura de lumine pertinet, & candore, libentiſſime parui. Atque ultra myſterium Magnanimo Petro Medici commendatum, permiſi librum opera Petri Neri palàm impreſſoribus exprimendum. Ecce igitur mi Valor luce mihi carior, palàm Sol hic quātuluſcunq; meus iam exoritur. Sed forte mox ſuborituris nebulis offundēdus, uel etiā futurus noctuis quibuſdā, ueſpertilionibus'q; moleſtus. Nebulas quidem aut uenti ꝓtinus diſſipabunt, aut ſol ipſe cū aſcēderit altius, extenuabit, atq; diſſoluet. Veſpertilionibus autem ſub lumine caligantibus, cæcutiē tibus'q; conſulito,

tibus'q; conſulito, ſi modo conſilii ſint capaces, ne lucem quidem incuſent, cæteris ſalutarem. Sed ipſi ſplendorem hunc effugiant, ſuo more potius, atque, ut par eſt, indigni lumine, aſſidue deliteſcant. Bona quidem ſpe Valorem meum ad hoc certamen prouoco, Valorem inquā nō ſolum contra bubones, ſed aduerſus etiam immania monſtra, Herculis inſtar ualidiſſime pugnaturum. Soles enim Boetianum illud pro Hercule dictum in ore frequenter habere, Superata tellus ſydera donat. Herculem ueteres introducunt, uirum ſolis alumnum, pro uera gloria, ꝑ ueritatis ſplendore, quæ ſolis ipſius munera ꝓpria, & officia ſunt, labores duodecim quaſi duodecim ſigna zodiaci ſubeuntem. Ito nunc alacer mi Valor in prælium. Propugnatores enim illic (ſcio quid loquar) tres ſaltē inuictos habebis. Politianum Herculem inquam phœbeum, Picum, Amphioneum'q; Landinum. Hi profecto quàm ſtrenue pro mea uita iam triennium certauerunt, tam feliciter deinceps pro hoc meo, quantuſcunq; eſt, ſplendore pugnabunt. Die XI Ianuarii. M. CCCC. LXXXXIII.

Sæpe in cœleſtibus gemini ſunt. Item Soles duo.

m Arſilius Ficinus Florentinus Martino Vranio Prænnygero Germano, ſuo quaſi germano. S.P.D. Iuuat una' tecum mi Vranie uir cœleſtis cœleſtia ſæpe tracta re. Non ſolum in firmamento gemini ſunt illi dioſcuri, ſed inter planetas ſunt quoq; germani. Mercurius enim quaſi minor frater eſt Saturni. Cōſimili enim (ut Plato inquit) luce fulgent, & ingeniis utriq; prę̄ſunt. Germana Iouis eſt alma Venus. Phœbi quoque phœbe. Mars autem quaſi ſuperbior communionis expers, Solē ipſum non tam comitatur quàm æmulatur. Præter enim feruorem ſuum Solis ęmulum, quaſi riualis, lumen neſcio quod infundit Lunæ paucis admodum obſeruatum. Poſt hæc autem, ætherius aer, quaſi Iupiter alter, frater & maritus eſt ſequētis aeris, quaſi Iunonis, Sed, ut reuertamur ad Solem, quid mirum? Siquidem in cœlo ſunt gemini Soles geminos quoq; penes me quaſi ſoles eſſe natos, primo quidem minorem, deinde maiorem. Minorem igitur ipſe orator ad Pontificem proficiſcens, præterita æſtate apud nos uidiſti Florentiæ, qui & te hinc in Germaniam abeuntem eueſtigio ſecutus eſt, clariſſimum principem tuum Eberardum ſalutaturus. Alterū uero Solem, qui inter platonicas commentationes grandior iam coaluit, iure ſibi uendicat Petrus Medices, qui & platonica iure ſibi omnia uendicat. Lumen ſimiliter mi Vranie mihi geminum inter lares eluxit, minus, atque maius. Minus quidem iandiu Phœbo Capellæ fulſit, Maius uero nunc Petro Medici clariſſimo lucet. Vtrunq; igitur uir cœleſtis feliciter contemplare. Contemplaberis uero feliciter, ſi luminis huius ſimilitudine platonicum hoc, quod ſequitur, de diuinitate myſterium memoriæ commendaueris. Quæ minimum lumen habent, non aliter cernere conſueuimus, quàm paſſim quærendo propius accedentes. Solem uero uiſuri nō tam quærere Solem cogimur ultro nobis obuium, atq; omnium patentiſſimum, quàm purgare oculos, aperire, conuertere, pro'q; modo noſtro hos ad illum accommodare. Similiter cæterarum quidem rerum ueritates exiguas quaſi ſcintillas argumentationibus perſcrutari compellimur. Immenſum uero Dei lumen ſic aſſequi non ualemus, ſed & amatoria uoluntatis conuerſione, & ſerenitate mentis paramur ad illum, nobis uidelicet præparatis ultro feliciter coruſcātem. Hinc platonicum illud. Diuina quidem uerbis, rationibus'q; doceri non poſſunt, quemadmodum cætera, quæ diſcuntur, ſed aſſidua circa diuinum ipſum conſuetudine, uitæ'q; communione, ſubito tandem nobis uelut ab igne ſcintillante lumen effulget in animo, ſe'que ipſum iālit. Die XVIII. Ianuarii. M. CCCC. LXXXXIII.

Nonnulla de lumine.

b Indacius Recaſolanus Gregorio Alexandrino phyſico præclaro. S. Mitto ad te librum, de Sole & lumine a' Marſilio noſtro nuper editum, ſperans non mediocriter tibi gratum fore, tum quia de lumine omnibus gratiſſimo tractat, tum etiam quoniam a' Marſilio platonico tibi omnium chariſſimo proficiſcitur. Præſertim quia per hanc lucem, quod eſt præ cæteris exoptandum, inuiſibilia quoque uidebis. Solet enim Marſilius noſter, quo familiariter utor, ſæpe dicere, lumē a' diuina prouidentia conſtitutū, non ſolum, ut ſub eo corpora, ſed etiā, multo'que ma-

gis, ut per ipsum incorporea cerneremus. Cætera enim ad id asseuerandum argumenta, uel ob scuriora nobis esse, uel aliunde deducta. Ipsum uero lumẽ, dum palàm se oculis obiicit, interea se non esse corporeum indiciis multis ostendere. Vt ex hoc plane`, quod incorporeum per corpora nobis occurrit, esse aliquid supra corpora, incorporeum cogitemus. Ac dum in uno Solis lumine innumerabiles radios inuenimus coniunctos inuicem, & distinctos, hinc quales, & quo modo in diuina mente sint ideæ rerum omnium contemplemur. Prẹterea ubi radios uariis nubibus, uaporibus'q; infusos aspicimus, diuersos ibi colores edere, inde consyderemus, qua ratione in materiis longe diuersis ideæ diuersa frequenter efficiant. Denique ubi splendore Solis in terris, colores uarios, qui & in eius uirtute sunt, prosilire uidemus, hinc plane` quomodo semina les rerum omnium rationes in natura sint, atq; ex ipsa prodeant, cognoscamus. Hæc ille quidẽ inter loquendum. Sed longe meliora in ipso libro de Sole & lumine, quẽ mittimus, uidere poteris. Vt autem Marsilianos libros omnes, quod equidem te desyderare scio, in hoc uolumine cernas, Catalogum accipe.

ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI, IN LIBRVM MERCVRII TRISMEGISTI, AD COSMVM MEDICEM.

O tempore, quo Moses natus est, floruit Atlas astrologus Promethei physici frater, ac maternus auus maioris Mercurii, cuius nepos fuit Mercurius Trismegistus. Hoc autem de illo scribit Augustinns, quanquam Cicero, atq; Lactantius Mercurios quinque per ordinem fuisse uolunt, quintum'q; fuisse illum, qui ab Ægyptiis Theut, a` græcis autem Trismegistus appellatus est. Hunc asserunt occidisse Argũ, Ægyptiis præfuisse, eisque leges, ac literas tradidisse. Literarum uero characteres in animalium, arborum'q; figuris instituisse. Hic in tanta hominum ueneratione fuit, ut in deorum numerum relatus sit. Templa illius numinis, constructa quamplurima. Nomen eius proprium ob reuerentiam quandam, pronuntiare, uulgo, ac temere non licebat. Primus anni mensis apud Ægyptios nomine eius cognominatur. oppidum ab eo conditur, quod etiam nunc græce nominatur Hermopolis, ideſt Mercurii ciuitas. Trismegistum uero ter maximum nuncuparunt, quoniã & philosophus maximus, & sacerdos maximus, & rex maximus extitit. Mos enim erat Ægyptiis (ut Plato scribit) ex philosophorũ numero sacerdotes, ex sacerdotum cœtu regem eligere. Ille igitur quẽadmodum acumine, atque doctrina, philosophis omnibus anteceſſerat, sic sacerdos inde constitutus, sanctimonia uitæ, diuinorum'que cultu, uniuersis sacerdotibus præstitit, ac demum adeptus regiam dignitatem, administratione legum, rebus'que gestis superiorum regum gloriam obscurauit, ut merito ter maximus fuerit nuncupatus. Hic inter philosophos primus, a` physicis, ac mathematicis ad diuinorum contemplationem se contulit. Primus de maiestate dei, dęmonum ordine, animarum mutationibus sapientissime disputauit. Primus igitur theologiæ appellatus est author, eum secutus Orpheus, secundas antiquę theologię partes obtinuit. Orphei sacris initiatus est Aglaophemus, Aglaophemo succeſſit in theologia Pythagoras, quem Philolaus sectatus est diui Platonis nostri præceptor. Itaq; una priscę theologiæ undiq; sibi consona secta, ex theologis sex miro quodam ordine cõflata est, exordia sumens a' Mercurio, a` diuo Platone penitus absoluta. Scripsit autem Mercurius libros ad diuinarum rerum cognitionem pertinẽtes quamplurimos, in quibus, pró deus: immortalis, quàm arcana mysteria quàm stupenda panduntur oracula, nec ut philosophus tantum, sed ut propheta sæpenumero loquitur, canitq; futura. Hic ruinam præuidit priscę religionis, hic ortum nouę fidei, hic aduentum Christi, hic futurum iudicium, resurrectionem seculi, beatorum gloriam, supplicia peccatorum. Quo factum est, ut Aurelius Augustinus dubitauerit, peritia'ne syderum, an reuelatione dæmonum, multa protulerit. Lactantius autem illum inter sibyllas, ac prophetas connumerare non dubitat. E' multis denique Mer-

rii libris

rii libris duo sunt diuini præcipue, unus de uoluntate diuina, alter de potestate, & sapientia dei. Ille Asclepius, hic Pimander inscribitur. Illum Apuleius Platonicus latinũ fecit, alter usque ad hæc tempora restitit apud græcos, at nuper ex Macedonia in Italiã aductus diligentia Leonardi Pistorienſis docti, probiq; monachi ad nos peruenit. Ego autem cum tuis exhortationibus prouocatus, e` græca lingua in latinam conuertere statuissem, ęquum fore putaui Cosme felix, ut nomini tuo opusculum dedicarẽ. Nam cuius ipse adiutus opibus, libris'q; affatim refert°, studiis græcis incubui, eidem studiorum grẹcorũ me decet offerre primitias. Neq; fas erit, opus tam sapiẽtis philosophi, tam pii sacerdotis, tam potentis regis dicare cuiquam, nisi ipse, cui dicatur, pietate, sapientia, potentia, reliquis omnibus antecelleret. Est autem (ut ad scripta Mercurii descendamus) huius libri titulus, Pimãder, quoniam ex quatuor personis, quæ in dialogo disputant, primę Pimandro partes attribuuntur. Edidit uero librum ægyptiis literis, idem'q; græcę linguę peritus, græcis inde transferendo communicauit Ægyptiorum mysteria. Propositum huius operis est, de potestate, & sapientia dei differere. Cum'q; sint horum operationes geminę, quarum prima, in ipsa dei natura permanet, secunda porrigitur ad externa, & illa quidem mundum primum, æternum'q; concipit, hæc uero mundum secundum, tẽporalem'q; parit, de utrisq; operationibus, de'q; mũdo utroq; grauissima disputat. Quid dei potestas, quid sapientia, quo ordine intrinsecus concipiant, quo progressu exterius pariant. Præterea, quæ producta sunt, quomodo seinuicem habeant, quo conueniant, quo'ue discrepent, quo denique pacto suum respiciant, authorem. Ordo autem uoluminis est, ut in dialogos quatuordecim distinguamus, ut'q; primę dialogi partes Pimandro dentur. Secundas teneat Trismegistus. Tertias Æsculapius. Quartum locum obtineat Tatius. Intelligit ergo Mercurius in diuinis Æsculapiũ, ac Tatium erudire. Diuina docere nequit, qui non didicit, ac humano ingenio, quæ supra naturam sunt, inuenire non possumus. Diuino itaq; opus est lumine, ut solis luce solem ipsum intueamur. Lumen uero diuinæ mentis nunquam infunditur animæ, nisi ipsa, ceu luna ad solem, ad dei mentem penitus conuertatur. Non conuertitur ad mentem anima, nisi cum ipsa quoque fit mens. Mens uero non prius fit, quàm deceptiones sensuum, & phantasiæ nebulas deposuerit. Hac de causa Mercurius modo sensus, & phantasię caligines exuit, in aditum mẽtis se reuocãs. Mox Pimander, ideſt mens diuina in hunc influit. Vnde ordinem rerum omniũ, & in deo existentium, & ex deo manantium, contemplatur. Demumq; diuino sunt numine reuelata, cętteris hominibus explicat. Is igitur est libri titulus, id propositum illius, & ordo. Tu uero Cosme felix, lege feliciter, ac diu uiue, ut & diu patria uiuat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MERCVRII TRISMEGISTI LIBER DE POTESTATE

Et ſapientia Dei, e' græco in latinum traductus a' Marſilio Ficino Florentino, ad Coſmum Medicem, Patrię pater Pimander.

c

Vm de rerum natura cogitarem, ac mentis aciem ad ſuperna erigerem, ſopitis iam corporis ſenſibus, quemadmodum accidere ſolet iis, qui ob ſaturitatem, uel defatigationem ſomno grauati ſunt, ſubito mihi uiſus ſum cernere quendam immenſa magnitudine corporis, qui me nomine uocans, in hunc modum clamaret. Quid eſt o' Mercuri, quod & audire, & intueri deſyderas? Quid eſt, quod diſcere, atque intelligere cupis? Tum ego quiſnam es inquam? Sum inquit ille, Pimander, mens diuinę potentię, ac tu uide quid uelis, ipſe uero tibi ubiq; adero. Cupio inquam rerum naturam diſcere, deumq; cognoſcere. Ad hæc ille. Tua me mente cõplectere, & ego te in cunctis, quæ optaris, erudiam. Cum hæc dixiſſet, mutauit formam, & uniuerſa ſubito reuelauit. Cernebam enim immenſum quoddam ſpectaculũ, omnia uidelicet in lumen conuerſa, ſuaue nimium, atq; iucundum, quod intuentem me mirifice oblectabat. Paulopoſt umbra quædam horrenda, obliqua reuolutione ſubterlabebatur, in humidam'q; naturam migrabat, ineffabili tum uultu exagitatam, inde fumus quidam magnus in ſonitum erumpebat, ex ſonitu uox egrediebatur, quam ego luminis uocem exiſtimabam, ex hac luminis uoce uerbum factum prodiit. Verum hoc naturæ humidæ aſtans, eam fouebat, ex humidæ autẽ naturæ uiſceribus, ſyncerus, ac leuis ignis protinus euolans alta petit. Aer quoq; leuis ſpiritu parens, mediam regionẽ inter ignem, & aquam ſortiebatur. terra uero & aqua ſic inuicem cõmiſte iacebant, ut terrę facies aquis obrupta nuſquam pateret. Hæc duo deinde cõmota ſunt a' ſpiritali uerbo, quod eis ſuperferebatur, aures eorum circunſonans. Tunc Pimander ait. Aduertis qd ſibi hæc uiſio uelit? Cognoſcam inquam. Ait ergo Pimander. Lumen illud ego ſum, mens, deus tuus, antiquior qua'm natura humida, quæ ex umbra effulſit, mentis uero germen lucens, dei filius. Quid ergo inquam? Sic inquit. Cogita, quod in te uidet, & audit uerbum domini, mẽs autem pater deus, neq; enim diſtant adinuicem, horum unio uitæ eſt. Triſm. Gratias habeo tibi. Pimã. Verũ in primis meditare lumen, atq; coguoſce. Triſm. Hæc ubi dicta ſunt, diu illũ oraui, ut eius ideam ad me conuerteret. Quod cum ille feciſſet, repente proſpicio mea in mente lucem uiribus innumeris exiſtentem, ornatum ſine termino ignem, ui ingenti circũſeptum, & ipſa ſtabilitate dominantem. Hæc ipſe percepi per Pimandri uerbum, qui me ſtupore attonitum, ſic iterum affatus eſt. Vidiſti in mente primam ſpeciem infinito imperio prævalentẽ? Eiuſmodi quædam mihi Pimãder. At ego illi. Elementa naturæ unde manarunt? Piman. Ex uoluntate dei, quæ uerbum complexa, pulchrum'q; intuita mũdum, ad eius exemplar, reliqua ſui ipſius elementis, uitalibus'q; ſeminibus exornauit. Mens autem deus utriuſque ſexus fœcunditate pleniſſimus, uita & lux cum uerbo ſuo mentem alteram opificem peperit, qui quidẽ deus ignis, atq; ſpiritus numẽ. Septem deinceps fabricauit gubernatores, qui circulis mũdum ſenſibilem complectuntur, eorum'q; diſpoſitio fatum uocatur. Connexit inde dei uerbum ex elementis deorſum tendentibus, purum naturæ artificium, unitum'q; eſt opificimenti, conſubſtantiale enim erat. relicta'q; ſunt elementa naturæ deorſum cadentia ſine ratione, ut ſint tanquam ſola materies. Mens quidem opifex una' cum uerbo circulos continens, ac celeri rapacitate conuertens, ſuam ad ſe machinam flexit, eamq; uolui a' principio ad finem abſq; fine præcepit, incipit enim illic ſemper ubi deſinit horum profecto cunctorum circuitus, quemadmodum ipſa mens uoluit. ex elementis inferioribus animalia conflauit rationis expertia, neq; enim præbuit rationem, aer uolatilia protulit, aqua uero natantia. Diſtincta quoq; inter ſe ſunt aqua & terra, eum in modum, qui menti placuerat. Terra poſtmodum animantia, quæ intus habuerat, peperit, quadrupedia uidelicet ſerpentia, fera, agreſtia pariter, atq; domeſtica. at pater omnium intellectus uita, & fulgor exiſtens, hominem ſibi ſimilem procreauit, atq; ei tanquam filio ſuo congratulatus ẽ, pulcher enim erat, patriſq; ſui ferebat imaginem. Deus enim re uera propria forma nimirum delectatus, opera eius omnia uſui conceſſit humano. Homo autem cum conſyderaſſet, in tempore ſuo rerum omnium procreationem, ipſe quoq; fabricare uoluit, unde a' contemplatione patris, ad ſpęram generatiõis delapſus eſt. Cum'q; omnium in ſe poteſtatem haberet, opificia ſeptem gubernatorum animaduertit. Hi autem humanę mentis meditatione gaudentes, ſinguli eorum proprii ordinis participem hominem reddidere. Qui poſtq̃ didicit horũ

eſſentiam, propriam'q; naturam conſpexit, penetrare, atq; reſcindere iam exoptabat ambitum circulorum, uim'q; gubernatoris præſidentis igni comprehẽdere. Qui'ue arbitrium, & poteſtatem omnium habuerat, in animantia mundi mortalia, & ratione carentia, per harmoniã emerſit, atq; exiliit, penetrans, ac reſoluens potentiam circulorum. oſtendit'q; naturam, quæ deorſum labitur, uelut pulchram dei formam. qui cũ naturam contueretur mira pulchritudine præditam eſſe, actiones'q; omnes ſeptem gubernatorum, atq; inſuper dei ipſius effigiem poſſidere, illi amore ingenti ſubriſit, utpote qui humanę pulchritudinis ſpeciem in aqua ſpecularetur, eiuſdem'q; admirationem quandam in terra conſpiceret. ille præterea conſecutus ſimilem ſibi formam in ſe ipſo exiſtentem, uelut in aqua amauit eã, ſecum'q; congredi concupiuit. Effectus eueſtigio ſecutus eſt uoluntatem, formam'q; carentem ratione progenuit. Natura illud, in quod toto ferebatur amore, complexa, illi penitus ſeſe implicuit atq; commiſcuit. quandoquidem ſolus homo ex uniuerſis terrenis animantib⁹ duplicis naturæ cenſetur, mortalis quidem propter corpus, immortalis autem propter hominem ipſum ſubſtãtialem. immortalis enim eſt, cunctorũ'q; arbitrium obtinet, cætera uero uiuentia, quæ mortalia ſunt, fato ſubiecta, patiuntur. Non igitur harmonia ſuperior obſtitit, in harmoniam uero lapſus periclitatus, ſeruus effectus eſt. Hic utriuſq; ſexus fœcunditate munitus, ab eo, qui arborum, & riuorum fons eſt, uigilq; factus ab eo, qui eſt uigilans, continetur, atq; eius dominationi ſubiicitur. Triſm. Poſt hæc, mens inq̃ meæ rationis, ipſe es. Tum Pimander. Id eſt inquit, myſterium, quod in hanc uſq; diem, genus humanum latuit. Natura quippe homini ſeſe immiſcens, miraculum attulit, quod omnium miraculorum uincit admirationem. nam cum ſeptem illorum harmonia ipſe iam fuiſſet imbutus ab eo, quem tibi paulo ante narraui, patre uidelicet, atq; ſpiritu, natura ipſa nõ reſtitit. Quinimmo ſeptem protinus homines peperit, ſeptem gubernatorum naturas, maſculini pariter, ac fœminini generis compotes, atq; ſublimes. Adhæc ipſe ſic intuli. O' Pimander, ardẽti deſyderio nuper affectus ſum, audire præterea reliqua cupio. Quare, ne hic me deſeras, obſecro. Cæterũ ille mihi? Piman. Sile, non dum enim primum ſermonem abſolui. Triſm. Ecce iam taceo. Piman. Horum ſeptem (ut dixi) generatio in hunc modum effecta eſt. Fœmina enim aer, & aqua coeundi compos, ex igne maturitatem, ex ęthere ſumpſit ſpiritũ, conglutinauit'q; natura corpora ad hominis ſpeciem effingendam. Non autem ex uita, & luce, in animam, mortem'q; proceſſit. uita quippe animam largita eſt, lux deniq; mortem. Talia profecto uſq; ad finẽ circuitus principiorum ſimul, & generum, cuncta mundi ſenſibus membra manebant. Verum audi iam reliquum, quem ſummopere cupiebas, ſermonem. Expleto demũ circuitu, omniũ (uolente deo) ſolutus eſt nodus. nam cuncta utriuſq; generis animãtia una' cũ homine diſſoluunt'. Et maſcula quidem ex parte, fœminea'q; ſimiliter cõficiebantur. Extemplo deus uerbo ſancto clamauit, pullulate, adoleſcite, propagate uniuerſa germina, atq; opera mea. Vos inſuper qbus mentis portio conceſſa eſt, genus recognoſcite ueſtrum, ueſtram'q; naturam immortalem conſyderate. Amorem corporis, mortis cauſam eſſe ſcite, rerũ omnium naturam diſcite. His dictis, prouidentia, per fatũ, harmoniam'q; conflauit miſtiones, generationes'q; conſtituit. Vnde cuncta ſunt ſecũdum genus proprium propagata. Demum qui ſeipſum cognouit, bonũ, quod eſt ſuper eſſentiam, conſecutus ea. qui uero corpus, amoris errore complectebatur, is oberrabat in tenebris, mortis mala ſenſu percipiens. Triſm. Quor tamen delinquunt, ignorantes inquam, ut ob eam cauſam immortalitate priuentur. Piman. Videris o' Mercuri non ſatis intelligere, quæ audieris. Triſm. Etſi non dum intelligere ſim profeſſus, intelligo tamẽ, ac memini. Piman. Gratulor ſi quæ dicta ſunt, tenes. Triſm. Reſponde mihi quæſo Pimander, cur digni morte ſint ii, qui in morte iacent? Piman. Quia præceſſit proprio corpori triſtis umbra, ex hac quidem natura humida. ex hac uero corpus in mundo ſenſibili cõſtitit. ex hoc deniq; mors ipſa ſcaturiit. Num hoc tenes Mercuri? Tenes etiam qua de cauſa qui ſeipſum cognoſcit, tranſit in deum, ut dei uerbum tradidit. Triſm. Quoniam ex uita, & luce conſtat omniũ pater, ex quo natus eſt homo. Piman. Recte loqueris. Lux & uita deus eſt, & pater, ex quo natus eſt homo. ſi igit' comprehenderis te ipſum ex uita, ac luce compoſitum, ad uitam rurſus, lucem'q; tranſcendes. Triſm. Hæc ait Pimander. At ego. Adhuc mihi mens dicas oro, quo nam pacto ad uitam aſcendere queam. Piman. Deus ipſe mens iuſſit, ut homo mentis particeps, ſeipſum animaduerteret. Triſm. Non ergo homines ſinguli mentem poſſident. Piman. Recte dicis Mercuri. aſſum enim ego mens iis, qui boni, pii, puri, religioſi, ſancti'q; ſunt, præſentia'q; mea ſert illis opem, adeo'q; ut ſtatim cuncta dinoſcant, patremq; pacatũ, & propitiũ habeant. Itaq; gratias agunt benedicentes pie, & hymnis

solénibus collaudantes, concedunt sane corpus morti suę, sensuũ illecebras fastidiunt, utpote qui clare diiudicant, quàm letifera sint sensuũ lenocinia. quinetiam ipsa mẽs ianitoris munere fungens, incidentes in insidias corporis, haudquaquam permitto finem consequi suum. aditus enim, per quos turpes blanditię manare solent, iugiter intercludo, libidinum q́ fomites omnes, extinguo. Cõtra ab ignaris, improbis, ignauis, inuidis, iniquis, homicidis, impiis, procul admodum abito, permittens eos dæmonis ultoris arbitrio, qui ignis acumen incutiens, sensus affligit, magisq; ad patranda scelera armat hominem, ut turpioris culpæ reus, acriori supplicio sit obnoxius. Eumq; sine ulla intermissione, ad insatiabiles concupiscentias inflammat. cũ eo pugnat in tenebris, peccatum examinat, & ignis impetum in eius cruciatum mirum in modũ concitat, atq; adauget. Trism. Diligenter mihi omnia ó Mens, quemadmodũ postulabam, exposuisti. Vlteriùs autem id responde, quid post ascensionem futurum sit. Primũ quidem (Pimander ait) in corporis materialis resolutione, corpus in alterationẽ labitur. species, quam ante habuerat, insensibilis delitescit in posterum. morum otiosus habitus dæmoni conceditur, atq; dimittitur. sensus corporei partes animæ facti, suos in fontes refluunt, aliquãdo in suos actus iterum surrecturi, irascendi & appetendi uires in naturam conuertunt ratione carentem. itaq; resi duũ, tum per harmoniam recurrit ad supera. Primæ dehinc zonę crescendi pariter, & decrescẽdi officium reddit. Secundę machinationem malorum, otiosum q́ dolum. Tertię otiosam concupiscentiæ deceptionem. Quartæ imperiosam, atq; inexplebilem ambitionem. Quintæ profanam arrogantiam, & audaciæ temeritatem. Sextæ occasiones diuitiarũ prauas, itemq; otiosas. Septimæ zonę mendaciũ insitum. Tunc sane animus harmoniæ motiones exutus, ad optatam naturam reuertitur uim propriam habens, una q́ cum iis, qui illic sunt, patrem laudat. ipsi quoq; in potestatum se numerum conferunt, effecti q́ potestates, deo fruuntur. atq; id est sũmũ bonum eorum, quibus cognoscendi sors competit, deum scilicet fieri. Quid præter hæc ad te pertinet, nisi ut cuncta amplexus dux sore uelis eorum, qui cura sint tua digni, ut humanũ genus tuo munere diuinã salutem consequatur? Talia quædam effatus Pimãder, in potestatum diuinarum numerum se reduxit. ego autem benedicens, ac gratias agens uniuersorum parenti, surrexi iam corroboratus ab illo, totius q́ edoctus naturæ ordinem, spectaculum etiam clarissimum contemplatus. Hinc ipse cœpi hominibus, pietatis & scientiæ decorẽ enuntiare. O populi uiri terrigenę, qui uos ipsos ebrietati, somno, & ignorantiæ dedistis, sobrii uiuite. abstinete a uentris luxu, uos, qui irrationali somno demulcti estis. Illi autem exaudientes, mecum unanimes conuenere. Tunc rursus adieci. cur o uiri terrigenę præcipites in mortem ruitis, cum uobis haudquaquam desit immortalitatis consequendæ facultas? reuocate iam uosmet, qui laboratis inopia, ignorantiæ tenebris inuoluti. discedite ab obscuro lumine, asciscite immortalitatem, corruptionem fugite. Eorũ uero partim deridentes abcedebant, in mortis iter præcipitati. partim autem ad pedes meos prostrati, ut eos instituerem precabant. subleuans igitur eos, dux humani factus sum generis. ostendebã qppe illis quæ ratio esset consequendæ salutis, sapientiæ q́ sermones illorũ auribus infundebam. quo factũ est, ut illi ex imbriũ procellis emerserint. tandem aduentante uespere, solis q́ radiis occidentibus (ut deo gratias agerent) præcipiebam. Postquã uero gratias egerant, quisq; in proprium se cubile condebat. Ego autem Pimandri beneficium inscripsi penetralibus animi, atq; adeptus, quæ petieram, omnia, in gaudio requieui. corporis enim somnus, cum sobrietas extiterat, oculorum compressione uerus intuitus, silentium meum bonitatis fœcunda prægnatio, sermonis prolatio bonorum omnium genitura. Hæc mihi contigerunt ex mente haurienti, ideſt ex Pimandro diuinæ potentiæ uerbo. Vnde ipse diuino afflatus spiritu, ueritatis compos effectus sum. quamobrem omnibus animi uiribus, patri deo gratias ago. Sanctus deus pater omnium. Sanctus deus, cuius uolũtas à propriis potestatibus adimpletur. Sanctus deus, qui suis familiaribus innotescit. Sanctus es, qui uerbo cuncta constituisti. Sanctus es, cuius imago est omnis natura. Sanctus es, quem nunquam natura creauit. Sanctus es omni potestate ualidior. Sanctus es omni excellentia maior. Sanctus es omni laude melior. Excipe uerborum sacrificia sancta, ab animo, & corde debito tibi manantia. Ineffabilis, solo silentio prædicantibus ab eo, qui fallacias uerę cognitioni contrarias declinauit. Annue, corrobora me. atque huius gratiæ participes effice eos, qui in ignorãtia uersantur, cognatione quidem mihi fratres, tibi autem filii. Etenim fidem tibi præsto. testimonium de te perhibeo. In uitam, ac lumen assurgo. Ipse pater es uenerandus. homo autem tuus, sanctitate una tecum potiri desyderat, cum potestatem illi, omnium, arbitrium q́ concesseris.

Cõmentaria.

Commentaria.

N hoc primo ex quatuordecim dialogis, salua semper religionis pietate, uidet Mercurius mosaica mysteria tractare. Moses. n. tenebras uidit super faciem abyssi, & spiritũ domini ferri super aquas, hic uero umbrã horrendã in humidã naturã migrantem, quã quidem humidam naturã uerbum domini fouebat. Ille potenti uerbo domini cuncta creata nuntiat, hic uero uerbum illud lucens, quod omnia illuminet, germen mentis, filiũ dei esse asseuerat, & mentem patrem, & uerbum mẽtis filiũ natura non distare. consubstantiale inquit erat. uidit & horũ esse unionẽ. Et si plenius desyderas, & fas est uiris ante uerbi carneum uelamen tantum diuinæ cognitionis ascribere, uidit filium ex patre nascentẽ, & spiritum ex patre, filio q́ miro modo procedentem, cũ dixit. Mens autem deus utriusq; sexus fœcunditate plenissimus uita, & lux, cum uerbo suo mentẽ alterã opificem peperit. Vidit & mentem exuberanti fœcunditate sui se ad externa porrigentem, & ad sui diuini uerbi exẽplar formantem uniuersa, & unicuiq;, in aere, in aqua, & in terra, propriã secũdum genus suum naturã dispertientem. mox hominem ad ipsius similitudinẽ, & imaginẽ factum, cuius usui uniuersa sensibilia mens opifex subiecit, qui mox de intelligibili spęra ad corporeorũ, concupiscibiliũ q́ spęram prolapsus est. hinc quoq; fomitis malorum contraxit originem, & tandẽ homo, omnium (uolente deo) solutus est nodus, morti q́ cũ cæteris factus obnoxius. Quid hic aliud est, deum uerbo sancto clamasse? pullulate, adolescite, propagate uniuersa germina, atq; opera mea, quàm id mosaicũ crescite, & multiplicamini, & replete terrã. Mox Mercurius nos instruit qua pateat aditus ad mentem, & quis nos ab ea tandẽ malus auferat error, & quibus mens abũde bonoq; largitrix assit, quibus ue pariter absit, & quo pacto quẽadmodũ certis gradibus ab intellectuali, immortali q́ natura labimur, degeneramus q́ ad caduca, ita quoq; certis, oppositis q́ gradibus in priorem purgatæ mentis statum redintegramur. Moses diuino instituto dux fit hebræi gregis. Mercurius ægyptii, & nunc sancta institutione gregem suum pascit actiuã uitam uiuens, nunc uero hymnis, gratiarum q́ actionibus rerum patrem collaudans, in contemplationis uitã, lumen q́ assurgit. hæc Pimandri summa est.

Mercurii ad Æsculapium Sermo uniuersalis. II.

d Eus atq; ipsa diuinitas, dico nunc non quod genitum uidelicet, quia ingenitũ. Si ergo diuinũ sit, essentia est. sin deus etiam super essentiã. Intelligibile autem id hoc pacto. intelligibilis enim deus primus non sibi, sed nobis existit. intelligibile quippe intelligenti per sensum subincidit. deus itaq; minime sibi intelligibilis. nõ enim aliud quiddã existens, præter id, quod intelligit, intelligitur à seipso. est tamen differens quiddã à nobis, iccirco à nobis intelligitur. Quod si intelligibilis logos, non deus. sin ut deus, haud sane ut logos, uerbũ tanquã discretus dicatur. Omne autem, quod mouetur, non in moto, sed in quodam stabili mouetur. ipsum quoq;, quod mouet, etiam permanet. impossibile enim est cũ eo simul agitari. Aescu. Quo nã igitur pacto Trismegiste, ea, quæ in mũdo sunt, mutantur una cum iis, quæ mouent? nam spæras erraticas ab aplane sphæra moueri dicebas. Trism. Istæ non motus o Aesculapi, sed resistentia est. non enim eodem, sed modo contrario gradiuntur. oppositio uero reuerberationem motionis stabilem continet. repercussio enim stationis, agitatio est. Ideo q́ erraticæ sphæræ contrario, ac aplane subalterne inuicem discurrendo obuiatiõe contraria circa oppositionẽ huiusmodi ab ea, qua perstat, agitantur. Quodquidem aliter habere se nequit. nam arctos ipsas, quas nosti nec exoriri unquam, nec mergi, circa idem perpetuo recurrentes, non moueri cẽses, an consistere potius? Aescu. Moueri o Trismegiste. Trism. Quonam motu Aesculapi? Aescu. Motione circa idem sempiterne currente. Trism. At uero circulatio illa idẽ, & circa idẽ, motus stratione contentus. ipsum nãq; circa idẽ prohibet, qd̃ super ipsum est. impeditum aũt id, quod super ipsum est, circa idem instat. atq; ita contraria agitatio firma est, ab ipsa oppositione, perpetuo stabilita. Exempla tibi ante oculos ponã in terris uiuentium, ueluti dum homo quis natat (currente nimirum aqua) manuum simul, & pedum repercussio stare hominem efficit, ne cum aqua pariter collabatur, aut mergatur in eam. Aescu. Perspicuũ o Trismegiste exemplum in medium attulisti. Trism. Quodcũq; ergo mouet, in statu, à statu mouetur. Motus itaq; animalis omnis, quod ex materia constat, nequaquam fit ab iis, quæ sunt extra mundũ. cæterum ab internis ad externa, seu ab anima, siue à spiritu, siue ab animo quodam incorporali. corpus enim corpus animatũ minime mouet, si neq; totum si-

mul corpus, & ſi inanimatũ exiſtat. Aeſcu. Qua ratione id aſſeris o' Triſmegiſte? Triſm. Ligna, & lapides, & cætera omnia quæcunq; animam habent, non mouentur a' corporibus o' Aeſculapi? Quid enim intra corpus, mouens ipſum inanimatum, nõ utiq; corpus illud eſt, quo mouẽtur utraq;, & corpus eius, quod fert, eius'q;, quod fertur. Nõ illud quoq;, quod dictum eſt, animatum eſt, ob eam potiſſimum rationem, quod mouet. Non'ne ergo perſpicis animã tunc onerari maxime, quãdo ſola duo corpora ſuſtinet? Quinetiã manifeſtum eſt quicquid mouet', in aliquo, & ab aliquo ſtante moueri. Aeſcu. In illo utiq; mutari oportet, qua mutantur o' Triſmegiſte. Triſm. Recte dicis o' Aeſculapi. Nihil eſt in rerũ ordine uacuũ, ſolum uero, quod non eſt, quod priuatur exiſtentia, uacuũ nuncupandũ. nihil enim reperiri poteſt, quod cũ exiſtat, uacuũ ſit. Aeſcu. Non'ne reperiuntur quædam uacua Triſmegiſte? ueluti doliũ uacuũ, uacuus puteus, & ſimilia quoq; quãplurima? Triſm. Heu quàm procul à ueritate uagaris o' Aeſculapi. quę ampla, & maxime omnium plena ſunt, ea tu uacua putas. Aeſcu. Quomodo id o' Triſmegiſte. Triſm. Aer profecto corpus eſt, id corpus reliqua penetrat, diſcurrens'q; replet omnia. corpus enim huiuſmodi eſt, ex corporalibus non compoſitum. Quo fit, ut quæcunq; tu uacua nuncupas, plena ſint aeris. Itaq; cõcaua potius iſta, quàm uacua nominari debent. nam & exiſtunt, ac aeris, ſpiritus'q; ſunt plena. Aeſcu. Inuicta atq; indubia hæc eſt ratio Triſmegiſte, aer corpus eſt. id corpus in reliqua permanat, atq; influens cõplet omnia. Locũ, in quo omne mouetur, quid eſſe dicemus? Triſm. Incorporeum o' Aeſculapi. Æſcu. Incorporeum uero quid eſt? Triſm. Mens, ac ratio ſeſe cõplectens, libera ab omni corporis mole. ab errore aliena, impaſſibilis, intangibilis, ipſa ſibi aſſiſtens, purgans, atq; ſeruans oĩa. cuius radii ſunt bonum, ueritas, principale lumen, prima'q; animarũ forma. Aeſcu. Deus quid eſt? Triſm. Quod nullum ex his eſt, horũ tamẽ omniũ, ut ſit cauſa, præſens quiddam cunctis, præſens etiam unicuiq;, neq; quicquã permittit non eſſe. Omnia ex iis, quæ ſunt, procreantur. de nihilo autem nihil prouenit. nam quæ minime ſunt, naturam nullam habent, qua fieri ualeant. contra ea, quæ ſunt, naturã non habent, per quam aliquando non exiſtant. Aeſcu. Quid igitur ais deum eſſe aliquando? Triſm. Deus profecto mens non eſt. at uero, ut ſit mens, cauſa eſt, nec ſpiritus, ſed cauſa, qua ſpiritus extat. nec lumẽ, ſed cauſa, qua lumẽ exiſtit. Vnde deum colere oportet duobus iis cognomentis, quæ ſoli competunt illi, cæterorum uero nulli penitus congruunt. Etenim ex iis, qui præter ipſum appellantur dii, ſeu dæmones, ſiue homines, nullus tam bonus eſſe poteſt, quam deus unicus. is enim ipſum bonũ eſt, nec aliud quicquã præter bonum. Reliqua omnia ab ipſa boni natura ſecreta ſunt. Corpus quidem, & anima locum habent nullum, quo bonum capiãt. tam ampla enim eſt bonitas, quàm exiſtentia rerum omniũ tum corporalium, tum etiã incorporaliũ, ſenſibilium, & intelligibilium. id bonum eſt, id eſt deus. Caue itaq; ne quãdo dixeris aliud quicq̃ bonũ, profanus enim hic foret error. Neq; etiam dixeris deum aliud qddam, præter ſolum bonũ. in eãdem quippe impietatem incideres. Sermone igitur ab omnibus bonũ pronuntiatur. quid tamen ſit, ab omnibus non intelligitur. iccirco deus non cognoſcitur ab omnibus. Verum propter ignorantiam, tum deos, tum etiam nonnullos homines bonos nominant. nunquam tamen eſſe boni poſſunt, nec etiam fieri. Reliqui igitur dii cuncti immortales, honorati nomine dei. deus autem bonum non ſecũdum honorationem, ſed ipſa ſui natura. Vna enim dei natura eſt, ipſum ſcilicet bonũ. unũ quidem eſt in utriſq; nominibus, unde cũcta genera profluũt. bonus enim porrigit uniuerſa, nec accipit quicquam. deus exhibet omnia, capit nihil. igitur deus bonum, ac bonum deus. Altera dei appellatio pater eſt. ob eam cauſam, quia omnia gignit. patris enim officiũ eſt generare. Quapropter præſtans id in uita cenſetur ſtudiũ, atq; ipſum apud ſapientes, procreatio liberorũ. extrema uero omniũ calamitas, & impietas accidit illi, qui abſq; filiis e' uita decedit. qua de cauſa, dæmonibus dat pœnas poſt obitũ. Suppliciũ deniq; huiuſcemodi eſt, ut ſterilis anima in corp⁹ quoddam per iudiciũ migret, cui nec maris, nec fœminæ natura inſit, quod quidẽ a' ſole eleuatũ eſt, atq; connexum. Igitur o' Aeſculapi cum homine, qui nullos genuit filios, nullũ habeto cõmercium. infelicitatis tamen eius miſerere, cum noueris, quæ hunc mala poſt interitum maneant. Tot igitur tibi, & talia dicta ſint o' Aeſculapi, ex qb⁹ præcognitio quædã oĩum naturę colligit'.

Commentaria.

Ecundus diſſerit deum rationali modo ſoli homini intelligibilem eſſe, & ex centro, polo, loco & rerum formis, uenatur ipſum deum, circa quem, in quo, & a' quo moueantur omnia, ſtabilem, immobilem'q; & iugiter ſibiipſi idem ſemper permanere, & nihil in orbe uacuũ eſſe poſſe. uerũ ea, quæ inania eſſe uidentur, fœcundiore etiã plenitudine,

plenitudine, ſummã æmulari plenitudinem. Mox quid non ſit deus, quàm quid ſit, afferre faciius Æſculapio ſuis reſpõſionibus inſinuat. deũ tamen eſſe abſolutũ bonum, & patrem, cuius officium eſt omnia gignere. quod de interna generatione, & quæ in ipſa dei natura manet, intellectum, diuinæ religionis pietatem affert. Quod nomẽ boni ſoli deo conuenire contendit, huic euangelicæ ueritati cõſonat, quid me uocas bonum, nemo bonus niſi ſolus deus. Et quod extrema ſine liberis decedẽtium calamitate ſubiungit, uelatus ſermo eſt. Non enim id de corporeo, ſed animæ partu cõcipere, cuius liberos, filios'q; uirtutũ partus putato, & maſculã ad deũ, deiq; diuiniſſimas poteſtates cõtemplandas ſapiẽtiam, quod aperte innuit, cũ inqt ſupplicium deniq; huiuſmodi eſt, ut ſterilis anima in corpus quoddã per iudicium migret. cui nec maris, nec fœminæ natura inſit. quaſi aperte diceret, per quod nunq̃ operetur bona, neq; boni unq̃ quicquã ſit ſuſceptura. Vos ergo ſummopere ſterilitatem aĩæ fugite, & prolem, quæ uos aliquãdo beatos effectura ſit, gignite, patriſq; ſemper gignentis fœcunditatem quoad poteſtis, hoc pacto ueſtrę mentis imitamini fœcunditate. ¶ Hæc Aeſculapii ſumma.

¶ Mercurii Sermo Sacer. III.

g Loria omniũ deus diuinũ, diuina natura. principium uniuerſoꝝ, deus, mens, natura, actus, neceſſitas, finis, & renouatio. Erat enim umbra ĩfinita in abyſſo, aqua inſuper, & ſpũs tenuis intellectualis, per diuinã potentiam in chaos inerãt. Floruit autẽ ſplendor ſanctus, q ſub arena, & humida natura elemẽta deduxit, diiq; omnes ſeminalem naturam deligebãt. Cũq; indiſtincta fuiſſent, leuia poſtmodũ in excelſam regionem prouolarũt. grauia ſub arena humida reſederunt. Diſtinctis, libratis'q; rebus, quæ igneo ſpũ uehebantur, emicuit cœlum ſeptem in circulos. Dii in aſtrorum ideis, cum ſignis eorum conſpiciebãtur. Dinumeratæ ſunt ſtellæ ſecũdum eos, q inhabitãt illas deos. ambitus amplior, curſu ſuo, aereo circulo, conſpirante diuino ſpũ uectus. Quiſq; deorum ex interna uirtute aſcriptum ſibi opus expleuit. Nata ſunt ergo uiuentia, quadrupedia, reptilia, aquatica ſimulatq; uolantia. Satio item omnis per ſemina pullulans, gramen, herba, atq; germina florum ſemẽtem, quod'q; regenerationis intrinſecus comprehendebãt. Generatio hominum ad diuinorum operum cognitionem, teſtimoniũ'q; naturæ, ad imperãdum omnibus, quæ cœlo teguntur, ad bonorũ diſcretionem, ad incremẽtum generis, numeri'q; propaginem, omnis'q; anima uelata carnis umbraculo, ad cœleſtium deorum diſcurſum ſuſpiciẽdum, ad opera dei, & naturæ progreſſus, ad bonorum ſigna, ad poteſtatis diuinæ cognitionem. portio quædã tributa eſt ad bonorum malorum'q; iudicium, ac bonorũ uarium artificium inueniẽdum. incipit tamen in illis uiuere, ſapientiam'q; nãciſci, ad portionem continue curſus deorum circũeuntium. reſolui præterea in id, in quo ampla extabunt monimẽta, admonitiões'q; artificiorum ſuper terram his electis innouatione temporum. herbę, generationes'q; carnis animatæ (tepefactis ſementibus fructuũ, opificis'q; naturæ & artis) reiuueneſcent. Deniq; uti neceſſitate, & renouatione deorum, curſu'q; circuli numeroſæ naturæ diuinum, ac ipſa ſcilicet omnis conſpiratio mundi, natura denuo floreſcente. etenim in ipſa diuinitate, natura etiam conſiſtit.

Commentaria.

Ertius rurſum commemorat, ex informi materiæ ſinu, formis ceu ſanctis ſplendoribus illuſtrato, omnia ad ortum ſuo ordine proceſſiſſe, & beatas cœlorum mentes opus ſibi a' ſummo patre commiſſum explere. Et hominem ad geminũ officium natum, ad æternorum uidelicet contemplationem, & ad boni, maliq; iudicium, & rerum humanarũ cũ uariis artificiorum inuẽtis, tum prudentia moderationem. cui qdem cõtemplandi materiam, ſe'q; ad diuina attollendi, cœlum, terra, herbę, germina, & tota mũdi conſpiratio, & rerum pulcherrimus ordo, abũdantiſſime ſuggerit. eſt enim natura uelut liberynus diuinitate plenus, diuinorũ'q; ſpeculum. hæc ſermo facer. Tertium tamen hũc dialogum caute legendum admoneo. nam gentiles planè gentilitie exponunt, & faciunt quoddam ad ſuos errores fundamẽtum. Ad diuinationem omnem, ad idoloatriam, orgia deorũ, teletas, aut uerius thelo threſcias, magias, theurgias, fatum, opifices deos, & huiuſmodi impura, & nefaria quãplurima. nobis autem unus deus eſt, qui fecit cœlum & terrã, & omnia, quæ in eis ſũt, & qui omnia, prout uult, in tempora mutat, & tranſfert.

¶ Mercurii ad Tatium Crater, ſiue monas. IIII.

u Niuerſum mũdum uerbo non manibus fabricatus eſt opifex. Ipſe uero ſic cogita illum præſentem ſemper agentem omnia, deũ unicum uolũtate ſua cuncta conſtituẽtem. Id enim eius corpus eſt, non tangibile, non uiſibile, non dimẽſum, non diſtãs,

nec alterius cuiusquam simile. nã necignis, nec aqua, nec aer, nec & spũs. uerũ ab eo hæc pendent omnia. bonum uero ita est, ut sibi soli id competat. Terram quoq; ornatu quodam diuini operis exornare uoluit. Dimisit itaq; hominem mortalis animãtis, mortale animal. & mundus qdem refertus animalib⁹ uiuentis mũdi per intellectum, atq; rationem. homo enim effectus est diuini operis contemplator, quod profecto dum admiraretur, authorem eius agnouit. Sermonem qdem o' Tati singulis hominibus deus impartiuit, mentem uero nequaquam. non quod inuiderit, qbus ne utiq; inuidet. Liuor qppe ab eo non prouenit, sed illa, quæ habitat cũ animis hominum mẽte carẽtibus. Tat. Cur o' pater non omnibus deus mẽtem communicauit?

Trism. Quoniam uoluit eam o' fili, in medio tanquam certamẽ, præmium'q; animaꝝ proponere. Tat. Vbinam hãc locauit? Trism. Cum cratere patulum hac implesset, præconem misit, iubens talia quædam animis hominum nũtiare. Mergat se ipsam in hanc paterã, quæcũq; potest, quæ uidelicet credit craterem animã ad eum, q dimiserat, rediturum, quæue finem nosc it, cuius gratia nata fuerit. Quicũq; igitur præconem exaudierũt, sese miserũt in mẽtem, ii cognitionis participes effecti sunt, mẽtem'q; suspicientes in homines perfectos euasere. At q præconiũ neglexerũt, ii sermonis qdem participes, mẽtis autem expertes, relicti sũt irrationantes, & cuius gratia, & a` quo geniti fuerint. Horum præterea sensus irrationalis animãtis sensuũ similes, itaq; & cupidine impliciti, ea, quæ sunt digna conspectu, nequaquã admirantur. nã libidinibus corporis mãcipati, horum causa natũ hominem arbitrantur. Quicũq; uero dei naturã sulti sunt, ii o' Tati secũdum operum comparationem, pro mortalibus immortales habẽtur. intelligẽtia sua cũcta complexi, quæ in terra sunt, & quæ in mari, & siqd est præter ea supra cœlum. Atq; adeo seipsos erigunt, ut ipsum quoq; bonum intueantur. Quod sane` cum perspiciũt, eam, qua hic uescimur, uitam, miseriam quãdam arbitrant', despiciẽtes utiq; tum etiam corporea omnia, ad unum solum feruntur. Hic o' Tati scientiam meritus est diuinorum, si cõtemplatio est intelligẽtia dei, diuino existente cratere. Tat. Eqdem o' pater, huius crateris latice ablui cupio. Trism. Nisi o' fili tuũ corpus oderis, teipsum amare non poteris. quãprimum uero non te, sed deum ipsum dilexeris, mẽtem protinus consequeris. hãc deniq; nactus, sciẽtiam euestigio nãcisceris. Tat. Quonã pacto asseris hæc, o' pater? Trism. Impossibile est o' fili, utriusq; simul intẽdere, mortalibus uidelicet, atq; diuinis. nam cũ duo tãtum in ordine rerum inueniantur, corporeũ, & incorporeum, & illud qdem mortale, hoc diuinum dicatur, electiõe unius amittimus alterũ, quoties'q; unius cura remittitur, alterius actus intenditur. Potioris itaq; optio, eligenti decora, non modo hominem, qui elegit, deũ reddidit, uerum pietatem erga deũ cæteris quoq; demõstrat. deterioris aũt electio, hominem qdem ipsum perdit, aduersus autem deũ nihil præter id unũ delinqt. s. quod quemadmodum pompæ per media transeũt, ipsæ qdẽ nullius actionis compotes, cæteros autẽ impediẽtes, haud secus isti pomparum instar uagant', atq; oberrãt, propter corporis uoluptates. Cum hæc igit' ita se habeãt o' Tati, diuina officia præcedere, humana seq debent. Deus profecto extra culpam malorum a` nobis, causa uenit. nã mala bonis anteponimus. Cernis o' fili quod corpora cœlestia trãscendere nos opus est, quod'q; choris dæmonum abesse, ambitum'q; astroꝝ, eorum'q; progressus superare, ut ad unũ, solum'q; deum tendamus. insuperabile enim bonum est, sine termino infinitum, quo ad se nunquã inciens, quo ad humanã cognitionem principiũ habens. eiusmodi tamen cognitio nõ eius initiũ est, sed nobis ipsius cogniti principium exhibet. Principiũ itaq; complectamur. hoc enim cognito, uniuersa celerrime discurremus. Arduum autem est consueta, ac præsentia relinquẽtem, ad superiora se, potiora'q; conuertere. illa enim, quæ oculis cernimus, nimium nos delectant. latentia diffidẽtiam pariunt. patientia autem sanè mala sunt, bonum occultum, iis, qui manifestis incumbunt. Nec enim forma eius ulla, nec figura. hac de causa sui tãtum simile, cæteris horum uero dissimile. Etenim corpori incorporeum apparere non potest, huiusmodi est similis ad dissimile differentia, dissimilis'q; ad id, quod simile est posteritas. Monas, ideſt unitas omniũ principium radix, atq; origo, absq; uero principio, nihil. Initium autem est non prĩcipii, sed alterius. monas ergo principium, omnem'q; numerum continet a` nullo contenta, omnem'q; gignit numerum nullo numero genita. Quicquid utiq; genitum imperfectum, diuiduum, crescens, atq; decrescens. ei uero, quod perfectum, horum nihil accidit. id sane` quod augescit, uirtute monadis augetur. euanescit autem imbecillitate propria, cum ulterius monadem capere nequeat. Hæc tibi o' Tati pro uiribus, imago dei subscripta sint, quam si diligenter consyderaueris, oculis'q; internis prænoueris, crede mihi fili ascensum ad excelsa comperies. Quinetiam imago ipsa te perducet, habet enim uim certam uisio, eosq;, qui intuendi desyderio flagrant, apprehẽdit, eoq;

dit, eoq; trahit modo, quo lapis, qui magnes dictus est, ferrum.

Commentaria.

Vartus nos hortatur sapientiam capessere, quæ patulus est diuinæ mentis crater. in quem quæcunq; anima se immergit, cognitionis particeps effecta, mentem suspicit. at uero, ut ad eam se attollat, ipsam cœlos transcendere opus est, & astrorum ambitum, eorum'q; progressus superare, & beatorum choros longe infra relinquere. tũc ad unum, solum'q; deum tendit, insuperabile, & sine termino infinitum bonum, quod cum intuetur, corpora omnia despicit, & uitam, qua hic uescimur, miseriam reputat, solius incorporei boni desyderio intenta. Nullus tamen in diuino cratere se ualet immergere, qui suũ corpus non oderit, & qui non se, sed deum ipsum dilexerit, & qui non mortalia negligens solis diuinis hęserit, solis assit, sola meditetur, atq; flagret. Mox unitatis, & numerorum analogia, ad ueram monadem cogitandam, ueros'q; naturæ numeros nos eleuat. Hæc Crater.

¶ Mercurii ad Tatium filiũ suũ. Quod deus latens simul, ac patens est. V.

Vnc præterea sermonem apud te transigam o' Tati, ne præcipuum nomen tibi desit, ne`ue ignores id, quod plurimis occultum uidetur esse perspicuũ. nam si nusquã pateat, nihil utiq; erit. Quodcũq; se offert aspectui, genitum. quod uero latet, sempiternum. neq; enim opus est, ut appareat, quandoquidem esse nũquam desinit. ante oculos qdem id, reliqua ponit, ipsum uero secretum manet, utpote quod uita fruitur sempiterna. Etenim phantasia solum circa quæ genita sunt, uersatur, in qua præter generationem nihil existit. At unicum id ingenitum, incomprehensibile phãtasiæ. Cum uero per ipsum cuncta clarescant, per omnia rursus, atq; in omnibus fulget. His'q; præsertim apparet, quibus ipsæ notitiã cõmunicare uoluit. Tu igitur o' fili mi Tati, in primis piis precibus obsecra dominum patrem unicum, unum, & a` quo unus, ut sis illius misericordia dignus. sic tandem deum tantum perci pere poteris, si uel unus dũtaxat illius radius intelligentiæ tuæ benigne refulserit. sola siquidem intellectio latens, latentia perspicit, itaq; si mentis oculis inspexeris o' Tati, ille tibi (crede mihi) patebit. Deus sane` totius expers inuidiæ, per singulas mundi particulas ubiq; splendet, atq; a deo se notum præstat, ut non intelligere modo, sed manibus etiam ipsis (ut ita dixerim) liceat attrectare. nam undiq; nostris oculis eius obuersatur, se'q; obiicit, & inculcat imago. Quod si infimum te latet, quomodo aut teipsum, aut eum inuenies? Deniq; cum deum uidere uolueris, suspice syderum ordinem reliquorum, quis age perpetuum horum seruat ordinem? Ordo quidem omnis numeri, loci limitibus terminatur. Sol deus deorum cœlestium præstantissimus. Soli cœlites reliqui ueluti principi, regi'q; parent. Sol tantus, terra simul amplior, atq; mari, minores tamen supra se stellas innumeras conuerti patitur. Quem timet is, quem uereatur? O' fili, diuersorum syderum sunt motus. Quis mensuram singulis motionis assignat? Tat. Arctum circa idem se perpetuo uertens, totam'q; trahens mũdi machinam. Trism. Quis hoc utitur instrumento? Quis mare suis finibus circũscripsit? Quis terræ põdus fistit, ac librat in medio? Est certe aliquis o' Tati, horum author, ac dominus. Etenim locum, uel numerum, uel mẽsuram seruare absq; authoris uirtute, impossibile est. Ordo fieri a` deformitate nequit. eget autem deformitas domino, qui ordinem præbeat. Vtinam tibi daretur o' fili facultas, ut alarum adminiculo in sublimẽ aeris plagam uolares, mediam'q; inter cœlum, ac terram regionem sortitus, conspiceres terræ quidem soliditatem maris diffusionem, fluxum fluminum, aeris amplitudinem, ignis arctam celeritatem. O' felicissimum fili spectaculum, o' beatissimam uisionem. Siquidem uno luminum motu seriem mundi totius comprehenderes, immobilem'q; factorem concitum, latentem quoq; perspicuum cerneres, quod si per ea etiam, quæ terra sustinentur, fragilia, & aquæ profunditate conduntur, deum artificem inuestigare uolueris. age fili, circũspice humani corporis opificium, cuius admonitione perdisce, quis tam pulchræ imaginis conditor. quis oculorum pictor. quis nares aures'que tornauit. quis labia distendit oris, quis neruos tetendit, atque ligauit, quis irrigauit uenas, quis ossa congessit solida, quis carnem pellicula tenui circũtexit, quis digitos, articulos'q; discreuit, quis fundamenta pedũ extendit, quis perforauit poros, atq; meatus aperuit, quis splenem coegit, atq; compressit, quis pyramidem impressit cordi figuram, quis iecoris porro` texit fibras, quis pulmonem sculpsit fistulas, quis aluo capacem amplitudinẽ tradidit, quis honoranda corporis membra in propatulo figurauit, quis obscœna in obscuro prorsus addidit, eaq; aspectu cernẽtium uoluit secreta iacere. Vide quot di

uinæ artis opera in una materia demonstrantur, singulaq; pulchra, rectèq; dimẽsa, nec nõ pro/
priis inuicem officiis differentia. Quisnã singula finxit? qualis mater, qualis pater. non ne hæc
solus ipse inuisibilis deus, cuncta propria uoluntate molitus est? Et cum statuam, & imaginem
absq; fabro, & pictore fieri nullus asserere audeat, miram mundi huius constitutionẽ, sine con/
ditore constituisse putabimus? O cęcum homunculũ, o nimis impium, o profundis obrutum
ignorantiæ tenebris. Caue caue inquam o fili mi Tati, ne unquam artificium priues artifice.
Quinimo congruo deum nomine præinuocato, patremq; esse proprium eius existimato. quod
si me quiddam audacius proferre coegeris, huius essentiam esse dicam concipere, ac facere sin/
gula. quemadmodum sine factore fieri quicquam nequit, ita deũ existere semper, nisi semper
agat omnia, impossibile est, in cœlo uidelicet, aere, terra, mari in toto mundo, in qualibet par/
ticula mundi, tum in quod est, tũ in eo, quod non extat. nihil est in omni natura, quod ille ipse
non sit. est ille siquidem, quæ sunt. est ea etiam, quæ minime sunt. Quæ quidé sunt, deduxit
in lucẽ, quæ non sunt, occulit in seipso. Hic deus, nomine melior. hic occultus, hic rursus omni
um patentissimus, hic menti conspicuus, hic præsens oculis, hic incorpore⁹, hic (ut ita dixerim)
multicorporeus. nam nihil incorporibus est, quod ipse non sit. omnia enim ipse solus existit.
nomina insuper habet omnia, quoniam unus est pater. Nomen quoq; nullũ habet, quoniã pa/
ter est omniũ. Quid ergo te laudabit, supra te an infra te positum? quo uertam oculos, ut te lau
dem, supra ne an infra, intus an extra? Num modus, an locus circa te, num aliud quiddam ex o/
mnibus? In te autem omnia, abs te omnia. præbes omnia, nihil deniq; suscipis. omnia quidem
habes, quod autem non habes, idipsum nihil. Quando uero laudabo te pater? tempus & mo/
mentũ tuũ capere non ualemus. Qua potissimũ in re laudes cantabo tuas? num in iis, quæ crea/
ueris, an in illis, quæ non creaueris potius? num in iis forte, quæ in lucem e tenebris eruisti, an
in iis, quæ latent adhuc arcano sinu recondita? Per quid tandem hymnos tuos dicabo? nunqd
in laudatione tali ego ipse mei iuris existam, an potius alter efficiar? Ipse profecto es quicquid
ego sum. Ipse es quicquid agam, ipse es quicquid deniq; dicam. Ipse enim es omnia, neq; ali/
ud præter te quicquam. Quid sane non es ipse? Ipse omne quodcunq; genitum. Es quidem
intelligens pater, fabricans deus, efficiens bonum, bona faciens omnia. Materiæ nanq; purissi/
mus aer, aeris anima, animæ mens, mentis deniq; deus.

Summa textus quinti.

q Vintus docet deum latere pariter, & per singulas mundi particulas splendere. res
omnes, quæ se nobis obiiciũt, eius esse imagines, ita ut mirificus, perpulcher q; rer; ordo manifeste declaret ordinantem, & res singulæ certis suis limitibus circunscri/
ptæ, dominũ declarent, & authorem, cui sol syderũ rex, princeps q; obsequitur, atq; paret, quem timet, quẽq; ueretur, & summatim uniuersa mundi structura suum declarat artifi
cem. Mox de diuina interna generatione confidentius iudicium affert, dei esse essentiam conci
pere, ac facere omnia. ita ut deum existere, nisi semper omnia agat, impossibile sit. est enim
sic diuinus logos omnia, ut nihil omnium, in quo corporeum, incorporeum q; ens, atque ni/
hil, in idem conspirant, atque coincidunt. deinde Mercurius in diuinarum laudum cantibus,
dialogum finit, & terminat.

¶ Quod in solo deo bonũ est, alibi uero nequaquã, ad Aesculapiũ. Textus VI.

b Onum o Aesculapi in nullo ponitur, nisi in uno deo, immo ipsum bonũ deus ipse
semper. Quamobrem essentiam omnis motionis, atq; cognitionis, esse deum opor
tet. Hac essentia orbatum nihil, hæc circa se stabilem actum nullius egenum, infini/
tum superabundanter porrigentem possidet. Vnum id uniuersorũ principium, bo/
num porrigens, & effundens bonum. quoties nomino bonum id, quod omnia bona, & quod
bonum semper intellige. hoc unico deo adest. neq; enim cuiusquam indigus est, ut adeptionẽ
illius appetendo malus fiat, neq; iactura cuiusquã in eum unquã, ut post damnum dolore affi/
ciatur. Maior enim portione mali, nec est illo ualidius aliud, a quo expugnetur. in hunc iniuria
incidere nulla potest, qua irritatus, lacessitus ue excandescat. Nihil eius iugum subterfugit, quo
contemptus indignetur, atque irascatur, nec est sapientius eo quicquam, quod illi ęmulationẽ
incutiat. Itaq; cum hæc illi non accidant, nihil eius naturæ præter ipsum bonum restitit. Quem
admodum uero nihil eorum, quę mala sunt, in hac insunt essentia, ita in nullo alio bonum inue
nitur. In singulis enim reliquã insunt singula, tum in paruis, tum in magnis, tum etiã in iis, quæ

secũdum

secũdum unum, & in ipso quoq; animali maximo omniũ, atq; potentissimo, quod utiq; passio/
nibus genita replet. Nam generatio, passio quædam est. ubi autẽ passio, nullo modo bonũ. ubi
bonũ, non passio ponit' ulla. ubi dies, nullo modo nox, ubi nox, neq; etiã dies, quapropter in ge/
neratione bonum esse non potest. restat itaq; in eo, quod ingenitum. Vt autem materiæ concess
sa est omnium participatio, sic quoq; boni participatione, mundus bonus. bonũ dico, inquan/
tum ipse etiam omnia efficit, qua quidem ex parte bonus est mundus, in reliquis omnibus non
bonus. passibilis enim ac mobilis est, & omniũ præterea causa passionũ. In homine insuper cõ
paratione mali, bonũ. Id qppe, quod non nimis malum, quo q; minus malũ, bonum in homini
bus appellamus. Quo fit, ut bonũ nostrum nihil aliud sit, quã mali portio minima. Vnde illud
etiam sequitur, ut bonum huiusmodi, a malo separatũ esse non possit. Ingnatur enim hoc bo/
num, admistione malorũ. infectum uero, ulterius bonum nõ permanet. sin minime permanet,
malũ efficitur. In solo igitur deo bonũ ipsum existit. Quare solũ boni nomen homini adest o
Aesculapi, natura boni nequaquã. neq; enim id capere potest materiale corpus cõfectũ undiq;
& oppressum prauitate, laboribus, dolorib⁹, cupiditatibus, iracũdia, deceptiõib⁹, stultis q; opi/
nionibus, ac nugis. Deterrimũ tamen omnium id censeo Aesculapi, quod unũquodq; eorum,
quæ dixi, summũ creditur esse bonũ. Fugiendum in primis malum est. uentris luxus, malorum
omniũ fomes, hinc error, hinc boni priuatio. Equidem ingentes deo gratias habeo, qui de na/
tura boni cogitanti mihi sententiã hanc certam, insudit, quod in mundo bonũ esse non possit.
siqdem mũdus congeries est malorũ. Deus autem boni uel bonũ, dei exuberans plenitudo. su/
pereminentia qppe bonorũ circa essentiam syncere fulgentis, atq; purissime. Neq; forte sunt es
sentiæ dei. Audiendum sane id assero o Aesculapi, essentiam dei (si ullam deus habet essentiã)
ipsum bonũ esse. Pulchrum uero, et bonũ in mũdo, aut in mũdi partibus inuenire non licet. Nã
quæcũq; sensus mouent, idola sunt, & uanę quædam admirationes. quæ uero sensuum organa
subterfugiũt, ad pulchrum, bonũq; pertinent. Vt q; acies oculi deũ non cernit, sic neq; pulchrũ,
bonum q; cognoscit. Hæ siqdem partes dei sunt, integerrimi q; illius proprię, cognatę insepara
biles, præcipue q; dilectæ, & ut has ipse deus amat, sic ab his ipse deus amatur. si deũ percipere
poteris, pulchrum quoq;, bonum q; percipies, perfulgens omnibus illustratũ a deo. Pulchritu/
do enim sine comparatione, sine imitatiõe bonũ. Deus enim comparationem, imitationem q;
nullam admittit. Quemadmodum ergo deum pulchrum, bonum q; noueris, ita sane & cæte/
ris uiuentibus cum deo cõferri nequeãt nunquam cõmunicãdum. Si deum quæsieris, pulchri/
tudinem ipsam quæres. Quæ tandem ad id ferat, unica uia est, pietas cognitiõi coniũcta. Qua
propter ignari mortales, & a pietatis semita deuii, hominẽ quoq; bonũ nominare nõ uerẽtur,
cũ boni notitiam uerã habere nullã possit, sed malis irretitus, & illaqueatus sit, malũq; bonum
esse cẽseat, insanabiliter q; malis utatur, eorum q; iacturã, priuationem q; formidet, omnibus de/
niq; machinamẽtis, uiribus q; contẽdat, ne unico solum malo prematur, uerum & in numerum
mala, magnitudinem q; augeantur. Talia sunt o Aesculapi decora hominũ, atq; bona, quæ nec
fugere, nec odisse ualemus. omniũ nãq; difficillimum id existit, ob eam potissimum causam, qa
nos illis uti oportet, atq; uesci, illis q; orbati uitam agere nullo modo possimus.

Summa textus sexti.

f Extus hoc contẽdit, in solo deo bonũ, boniq; naturã hoc est ipsam bonitatem repe/
riri, pariter & pulchri potẽtis, sapientis q; naturam. In mũdo autem solum boni no
men esse, & errorum cæcos homines arguit. uitia abhorrere monet, & quæ uia nos
ad ipsam bonitatem, ipsam q; pulchritudinem perducat, edocet, pietas. s. cognitiõi
piũcta, ad quam ignari mortales a pietatis semita deuii, ptingere ualeãt nunq̃. Hæc sextus.

¶ Quod summum malum est hominibus ignorare deum. Textus VII.

q Vo ruitis mortales ebrii? q merum ignorantiæ combibistis, cum id ferre nequeatis,
euomite. Viuite sobrii, oculis mentis inspicite. Quod si minus potestis omnes, saltẽ
q possunt, id agãt. Ignorãtiæ pestis omnẽ terram subuertit, animãq; corrũpit corpo
ris uinclis incluſam, neq; sinit eam salutis iter ascisscere. ne permittite uos in lacum
corruptionis, mortis q; submergi. Respirate iam respirate, ad fontem uitæ recurrite, illum q; q
uos introducet in aditum ueritatis, capescite. ibi fulgidũ lumen nullis imistum tenebris. ibi nul/
lus ebritate delirat, sed omnes sobrii uigilant, atq; mentis oculis eum, qui uideri uult, acutius in
tuentur. Is nec auribus percipitur, nec cernitur oculis, neq; sermone profertur, sola mens eum

proſpicit, ſola mens prædicat. In primis autem oportet ueſtem, quam circumfers, exuere in-
dumentum inſcitię, prauitatis fundamentum, corruptionis uinculum, uelamen opacum, uiuã
mortẽ, ſenſitiuum cadauer, ſepulchrum circumuertile, domeſticum deniq; furem. Qui dũ blã-
ditur, odit. dum odit, inuidet. huiuſcemodi eſt, quo circumtegeris, umbraculum inimicum. Ad
ſeipſum te deorſum raptat, ne forte conſpicens ueritatis decorem, atq; proximum bonum, hu-
ius oderis prauitatem ne'ue huius inſidias, quas in te aſſidue machinatur, aliquando præſenti-
as, hoc aciem interiorum ſenſuum hebetat, & obtundit, craſſa illam materia ſuffocat, abhomi-
nabili, faſtidioſa'q; ebriat uoluptate, ne audias unquam, ne'ue perſpicies ea, quæ iure & audien-
da ſunt, & in primis inſpicienda.

Summa textus ſeptimi.

s Eptimus conqueritur ignorantiæ peſtem, quę omnem terram euertit, animam'q; corrumpit, corporis uinclis incluſam, & ignorantes hortatur reſipiſcere. & corpus mortale indumentum iubet nos exuere, a` quo præcipites in ignorationem, mortem'q; raptamur, & nos in aditum mentis reuocare, quę ſola eũ perſpicit, qui neq; auribus percipitur, neq; cernitur oculis, neq; ſermone profertur. Hæc ſeptimus.

¶ Nihil eorum, quæ ſunt, interitus, ſed mutationes, decepti homines interitum nominant. Ad Tatium. Textus. VIII.

d Eanima, & corpore o' fili dicendum, quonam modo immortalis anima, quãta'q; ſit agendi uirtute in concretione, diſſolutione'q; corporis. Mors ad horum nullum attinet. θνήτος enim ideſt mors conceptus quidem eſt mortalis appellationis, uel uanum quiddam, uel per ablationem primæ literæ, θνήτος, id eſt mors pro eo quod dicitur ἀθνήτος, ideſt immortalis. θνήτος enim interitum ſignificat. at nihil eorum, quæ in mundo ſunt, interit. Si enim ſecundus deus eſt mundus, nec non immortale uiuens, impoſſibile eſt immortalis animantis partem aliquam interire. Quæcunq; mundo inſunt, mundi ſunt membra, homo præſertim animal rationale. Primus omnium uere ſempiternus, immortalis, ingenitus deus, omnium author. Secundus deinde ad illius imaginem, mundus ab eo genitus, & ab eodem ſeruatus, nutritus, & immortalitate donatus, uelut a` proprio patre uiuens qui dem ſemper, & immortalis, eſt enim ſemper uiuẽs quidem, ſemper & immortalis. etenim ſemper uiuens, & ſempiternum hoc inuicem differũt, quia ſempiternum quidem ab altero factum non eſt. ſin autem fiebat a` ſeipſo, non ab aliquo factum fuit, quia fit ſemper. Sempiternũ enim quatenus ſempiternum eſt omne, pater autem ille ſuiipſius ſempiternus, at uero mundus a` patre ſemper uiuens, immortalis'q; factus. Quãtũq; materiæ fuerat ſubiectum patri, pater ipſe corporeum agens, & in molem congregans, id totum ſphęricum reddidit imprimens qualitatem materiæ exiſtenti immortali, ratione'q; materiæ ſempiternum habenti. Plenus autem ideis oĩbus qualitates pater inſerens in ſphęram, uelut in gyrũ omni qualitate circunſcripſit. Exornare autem uoluit id, quod poſt ipſum eſt, quaſi immortalitate fulciens omne corpus, ne materia ab huius congreſſu diſcedere uolens, in ſuam deformitatem iterum reſoluat'. Quãdo enim incorporea erat materia o' fili, deformior erat, habet hæc quoq; materia qualitates quaſdam exiguas reuoluta creſcendi pariter, & decreſcendi natura, quã homines mortem uocant. Huiuſcemodi autem confuſio circa terrena uiuentia. Cœleſtium quippe corpora unum, atq; eundem ſeruãt ordinem, quem ſcilicet primum a` patre ſuo ſortita ſunt. Seruatur autem ipſe a` reſtitutione cuiusq; indiſſolubilis. Reſtitutio uero conſtitutionis corporum terrenorũ, ipſa'q; diſſolutio in corpora indiſſolubilia, & immortalia reſtituitur. Atq; ita ſenſus priuatio fit, non deſtructio corporum. Tertium quoq; animal homo ad imaginem mundi genitus, ſecundum patris uoluntatem ſeſe habens, pręter cætera terrena uiuentia non modo cum ſecũdo deo cognationem habet, uerũetiam intelligentiam primi. Secundum plane` deum utpote corporalem, ſenſus comprehendit. Primum uero deum, ut incorporeã, bonamq; mentem, mẽte conſurgit. Tat. Id ergo animal, non'ne deſtruitur? Triſm. Melius melius ominare o' fili, ac inſuper meditare quid deus, quid mundus, quid animal immortale, quid animal diſſolubile. Scito quoq; mundum a' deo ſimul, atq; in deo, hominem uero a` mundo, & in mundo conſiſtere, principium autem, cõprehenſio'q; omnium, & conſtitutio deus.

Summa textus octaui.

o Ctauus edocet in primis cœleſtia corpora iugiter unum, eundem'q; tenorem ſeruare, quẽ primũ a` ſuo patre ſortita ſunt. Et mortem, iteritum'q; primum circa terrena uiuentia corpora apparere, ſed pene` mortis nomen, atq; corporum interitus uanum

uanum eſſe. corpora ſiquidem ipſa mutantur non intereunt. uerum qualitates ipſas idearum ídola, ſimulachra'q;, quib⁹ deus ipſam exornare uoluerat, immortalis materia permutat. Et homo immortale animal, ſed diſſolubile, uniuerſę naturæ uinculũ, atq; nodus, partim corporeus, partim'q; incorporeus, mentis'q; capacior altę, inſtar mũdi genitus eſt, ut ſenſibilem mũdũ comprehẽderet, & mẽte ad optimã mentẽ, felici ꝓtemplatione aſſurgeret. Hæc octauus.

¶ Quod in ſolo deo pulchrum, ac bonũ, Alibi uero nequaq̃. Ad Æſculapiũ. Textus IX.

h Eri o' Aeſculapi perfectam edidi orationem, in pręſentiarum autem neceſſarium eſſe arbitror, ut de ſenſu breuiter diſſeramus. Senſus, ac motus in hoc potiſſimum diſcrepare uidentur, quia hic quidem ſecũdum materiam, ille autem ſecũdum eſſentiam eſt. mihi tamen uterq; conuenire uidetur, neq; diſtingui in hominibus ratione. Intus animãtibus ſenſus nunc unitus eſt, in hominibus autem intelligentia. Ab intelligentia quidem intellectus differt, quemadmodum a` diuinitate deus. Diuinitas enim a` deo, intelligentia uero ab homine prouenit. Hæc ſermonis eſt ſoror, aut utraq; ſibi inuicem inſtrumenta. Nam neq; ſermo abſq; intellectione pronuntiatur, neq; intellectio abſque ſermone prodit in lucem. Quamobrem ſenſus, & intelligentia in homine, tanquam connexa conſpirant inuicem. Neq; enim ſine ſenſu intelligere, neq; ſine intellectione ſentire ullo modo poſſumus. Intellectionem tamen abſq; ſenſu intelligere poſſibile eſt, inſtar eorũ, q in ſomnis phantaſmata uident. tantum quoq; uidentur utraq; operationes in ſomniorũ uiſionibus externis, ſenſum autem ex ſomno in uigiliam ſuſcitari. In animam præterea corpus, homoq; unitur, quotieſq; utraq; ſenſus particulæ ſibi conſentiũt, tũc intellectio cõcepta mẽte diſponitur. Mens omnes notiones concipit. bonas qdem, quoties a` deo ſemen infunditur. contrarias autem, cũ a` dæmonibus qbuſdã ſpermata iaciunt'. Nulla profecto mundi pars eſt dæmonũ præſentia deſtituta, horũ lumen ab ipſo deo totũ deſcẽdit. Dæmon deniq; trãſfuſus in hominem, ſemina propriæ notionis inſpergit. Mens autem cõſperſa ſeminibus prægnans, inde parit adulteria, ſtupra, homicidia, paricidia, ſacrilegia diuinorũ cõtemptum, iugulationes, euerſiones urbium, peſtes hominum, & reliqua omnia quæcũq; malorum ſũt opera dæmonum. Dei planè ſemina pauca, at illa qdem magna, pulchra, bona, uirtus ſcilicet, temperantia, pietas. pietas autem dei cognitio. Deum q recognoſcit, bonis refertus omnibus, notiones diuinas aſſequitur, notiones inquam haud multorum ſimiles. Qua de cauſa, ſiqui huic ſe cognitioni dedicãt, nec ipſi uulgo' placẽt, nec uulgus illis, inſanire demum putantur, riſum'q; reportãt, interdum etiam odio habẽtur, cõtumeliis afficiunt', uita'q; priuantur. Improbitatem enim hic habitare diximus, terram'q; illius eſſe prouinciam, terram dico non mũdum totum, ut impii quidam obloquuntur. Verũtamen homo deo deuotus, quãprimũ diuinam præguſtauerit uiſionẽ, obliuioni reliqua omnia tradit. atq; etiam, quæ reliquis hominibus mala ſunt, huic ut bona cõtingunt, ꝓſulenti prudẽter, & ad ſciẽtiam ſingula referẽti. quod'q; mirãdum eſt, mala ſemper in bona penitus cõuertẽti. Sed iam ad ſermonem de ſenſu iterum redeamus. humanum eſt, ſenſum cũ intellectiõe cõiungere. Nam omnes (ut ſupra retuli) homines intellectiõe feruntur. Cæterũ ſecũdum materiã unus, alter ſecũdum eſſentiam. Qui enim prauitatis ſeruus eſt materialis, a` dæmonibus quoq; (ut diximus) intelligẽdi ſemẽ accepit. At ſiqui bõitatis animæ compotes ſunt, horũ natura deus ipſe utitur. Deus enim omniũ author, efficiẽs autem omnia, ſibiipſi cõſimilia reddit. Quædã tamẽ genita bona in operationis uſu ſterilia. Mũdi nãq; reuolutio generatiões exagitãs, qualitates efficit quaſdam inficiens, maloq; fœdans, quaſdã defenſans, bonoq; purgans. Mundus o' Aeſculapi ſenſum, motum'q; poſſidet, nõ humano ſenſui, motui'q; conſimilem, ſed potẽtiorem ſane`, atq; admodũ ſimplicirem. nam ſenſus, & intelligẽtia mũdi, id unũ eſt, cũcta ſcilicet facere, ac reſoluere. Diuinæ uolũtatis organũ, hac potiſſimum ratione cõſtructum, ut a` deo ſemina ſuſcipiẽs uniuerſa, eaq; toto ſinu recondens, omnia quidem componendo producat, omnia rurſus auferat diuidendo. Atq; inſtar agricultoris periti, quodcũq; nimis adultum eſt, amputat, ut ſtatutis temporum interualis, reuireſcat. Nec eſt quicquam, cui uitam mundus ipſe non præſtet. ſimulq; uitæ locus eſt, eſt atque etiam inſtitutor. Corpora uero ex materia in differentiã conſtant, horum quædam ex terra, quædã ex aqua, ex aere alia, ex igne quoque permulta, uniuerſa certe compoſita. Quædã tamen congeſta magis, nonnulla uero ſimpliciora. Illa grauia, hæc leuia. Velocitas autem agitationis, illius uarietate generationem qualitatis inducit. ſpiratio enim crebra exiſtens, corporibus qualitatem una`cum ſuperabundantia uitæ ſuppeditat. Deus igitur Coſmi, ideſt

mundi pater. Cosmus autem eorum, quæ in cosmo, & Cosmus quidem dei filius. Quæ uero in cosmo, sub κοσμεῖ ditione consistunt, ac iure Cosmus appellatus est, omnia siquidem uarietate generationis cosmei, ideſt exornat, necnon indesinenti uitæ operatione perpetua necessitatis, celeritate elementorum, cõmistione, ordine genitorum. Ipse igitur cosmus, ideſt ornatus necessitate simul & merito nominatus est, animantium omniũ sensus & intellectio, quæ ex externis influunt ab eo, quod continet inspirata. Cosmus autem quæcunq; ab ipsa origine suscepit a` deo, perpetuo seruat. Deus profecto, nõ, ut quibusdam uidet, sensu, mente'q; captus ẽ. illi enim miseria pressi, perperam obloquuntur. Quæcunq; sunt, o' Æsculapi in deo simul atq; a` deo pendentia, partim per corpus agentia, partim mouentia per essentiam aïalem, alia per spiritum uiuificantia, alia uero receptacula defunctorum. Rectius autem dicemus deum talia non habere, sed ut ueritatem liquidam exprimamus, ipsum esse cuncta fatebimur. Nec ea quidem ab extimis capere, ad extima nihilo minus porrigentem, ideſt sensus & intellectio dei. Vn de nulli unquã futurum est tempus, in quo existentium aliquid in nihilum euanescat. Quoties uero existentia dico, dei dico thesaurum, nam existentia ipse deus amplectitur. Extra hunc nihil est, extra nihil ipse. Hęc tibi o' Æsculapi intelligenti, uera uidebuntur, ignoranti autem incredibilia. Intelligere enim, ipsum credere est, at non credere, proculdubio ignorare. sermo siquidem meus ad ueritatem usque cucurrit. Mens quoque ampla, & a` sermone ad certum quiddã deducta, ueritatem attigit, denique comprehendens omnia, eaq; inueniens consona illis, quæ interpretabatur, uestigio credidit, & in ipsa fide decora feliciter requieuit. Quæ igitur de diuinis dicuntur, intellecta creduntur quidem, non intellecta negantur. Hæc autem de intelligentia dicta sufficiant.

Summa textus noni.

n Onus homines erudit, qui cum intellectione utantur omnes, materiales tamen ex dæmonum spermatibus, quorum præsentia nulla pars mundi destituta uacat, concipiunt, & prægnantes tandem adulteria, stupra, homicidia, paricidia, & omne flagitiorum genus pariunt. atqui essentiales, spirituales'q; uiri omne uirtutum ornamentum seminatore deo concipiunt, & omne bonum uirtutis officium pariunt. Sunt enim dei semina pauca, at illa quidem magna, pulchra, & bona, & uitiorum innumerosę multitudini lõge præstantiora, quæ tamen qui sectantur, nec ipsi uulgo placent, neque uulgus ipsis, insanire demum putantur, risum'que reportant, quod terra sedes improbitatis sit, & prouincia. Mundus tamen ea lege formatus est, ut a` deo semina suscipiens uniuersa diuinitatis dignum fieret organum, & omnia in miro pulchræ ordinationis decore procederent ad ortum. in quo per seuerent, suumque tandem nãciscantur exitum, quod profecto fieret, nisi inimicus ueniens, in medio tritici superseminaret zizania. Vos ergo seligite diuina semina spiritales facti, & malorum semina dæmonum, qui nos materiali affectione dormiẽtes occupare uigilant, cauti nũc effugite. Hæc nonus.

¶ Mercurii Trismegisti Clauis ad Tatium. Textus. X.

h Est ernum o' Aesculapi sermõem ascripsi tibi. Vnde ęquum est hodiernum Tatio dedicare, eoq; magis id operæpretiũ, quo disputatio pręsens, omnium ad illum a` nobis antedictorum compendaria quædam summa futura est. Deus & pater, & bonum o' Tati naturam eandem, immo eundem actum habẽt. Illa siquidem augmenti, diuinationis'q; appellatio est, quæ circa mutabilia, & ímutabilia, ideſt humana, & diuina uersatur. Quorũ unumquodq; ille uult esse. alibi uero actum (quemadmodũ in aliis, dęmonstrauimus) diuinorum atq; humanorum, quæ quidem in hoc intelligere necesse est. huius actus uoluntas est, huius essentia uelle cuncta subsistere. Quid est deus, & pater, & bonũ, nisi ipsum esse hoꝝ omnium nõ dũ existentiũ. quinetiã existẽtia ipsa horundẽ sunt, id deus, id pater, id bonum, cui nihil aliud ex omnibus applicatur. Mũdus enim ac sol eorum, quæ sunt secundum participationem pater nõ tamen uiuentibus uitę, bonitatis'q; causa. q; si hoc ita se habeat, cõprehẽsus agitur a` uoluntate boni, sine qua nec esse unquam, nec fieri potest. Cum filiorum pater, tum procreationis, tum etiam alimenti, per solum appetitum boni suscipiens (nam bonum actiuum est) id alteri conuenire quàm illi nequit. Quod cum accipiat nihil, uniuersa uult esse. Non dico o' Tati uniuersa facit, faciens enim, longo quodam tempore deficiens, at indignum ẽ. Siquidem interdum facit, interdum cessat, egenum quidem & quantitatis, pariter & qualitatis, nonnunquam

tis. nonnunquam qualia, & quanta disponens, aliâs horum contraria. Deus autem & pater, & bonũ, eo ipso quod omnia est. Tale igitur ei quidem ista præcipere potest. etenim hoc uult esse, & est. Et ipsum maxime uero ipsi, nã cætera omnia propter ipsum. Proprium quippe boni, o' Tati, sese notum præbere. id bonum est o' Tati. Tat. Visionis pater, bonæ & pulchrę nos participes reddidisti. Vnde meæ mentis oculus uisione quasi iam expiatus est. Trism. Neq; uero quẽadmodũ solis radius, fulgore nimio corrũpit oculos, caligantes'q; reddit, sic ipsius boni conspectio. illustrat enim, atq; oculi lucẽ eo magis exauget, quo quis capere magis potest intelligibilis splendoris influxum. Velociter est, & acutior diuina lux ad penetrandum, innocentia'q;, & immortalitate singula complens. Qui nitorem hunc a` corpore uberius haurire possunt, obdormiunt sæpenumero a` corpore ad aspectum pulcherrimum. quemadmodũ Cœlius, & Saturnus nostri progenitores assurgunt. Tat. Vtinã & nos pater. Trism. Vtinam o' fili. Adhuc tamen imbecilliores sumus ad conspiciendum. Tunc autem poterimus mentis oculos eleuare, bonumq; decorem'q; incomprehensibilem prospicere, cũ nihil de illo prorsus dixerimus. eius cognitio diuinum silentium est, & intenta omnium applicatio. Qui id intelligit, nil potest aliud cogitare. Qui id intuetur, nil præter ipsum aliud intueri. Qui id audit, nil audire post ipsum, neq; corporis etiam sui membra mouere. uniuersis profecto corporis sensibus, motibus'q; solutus, intrepidus agit. nam qui totũ circũlustrat, undiq; mentem totam quoq; irradiat, animam abstrahit totam a` corpore, totam in essentiã deniq; dei transfigurat. Impossibile enim o' fili animam hominis in corporis fece iacentem, diuinam assumere formã. Neq; licet etiam dei pulchritudinem contueri, nisi quis ante, in deũ fuerit reformatus. Tat. Quonam pacto id dicis o' pater? Trism. Omnis animæ distributio o' fili. Tat. Mutationes autem quonã modo interim distribuens? Trism. Num in iis, quæ generatim diximus, audisti, quemadmodũ ab una mundi totius anima, uniuersæ profluunt animæ per omnem mundum tanquam distributę circũcurrentes? Harum utiq; animarum mutationes permultę partim sane` in melius, felicius'q;, partim autem in contrarium. Nam reptiliũ quædã in aquatilia transmutantur, aquatilium animæ in terrestria migrant. terrenorũ in uolatilia scandũt, aereoꝝ uertuntur in homines. hominũ deinde immortales animæ, in dæmones transeunt, demũ in deorũ chorum feliciter reuolant. Chori deoꝝ gemini, uagantium unus, non uagantium alter. atq; hæc est suprema animæ gloria. Anima uero in corpus humanũ delapsa, siquidẽ mala perseueraverit, non gustat immortalitatis quicquã, neq; bono etiã fruit'. Reuoluto autem itinere in reptilia præcipitans. hæc utiq; adiudicatio, pœna'q; est aïæ malæ, prauitas animæ, ignorãtia. Anima naturæ rerum, boniq; inscia, orbata oculis, corporis sese passionibus implicat. Anima, cacodæmonis, ideſt mali dæmonis ritu corrupta, seipsam ignorans abiectis corporibus, monstris'q; deformibus seruit. Corpus suũ uelut onus infestum circũfert, non præsidens corpori, sed ob ignorantiam subiugata contra uero uirtus animæ cognitio est. eruditus. n. re uera, bonus, pius, diuinus. Tat. Qui hic est o' pater? Trism. Qui nec loquitur, nec audit multa, q duobus sermonibus, seu dicendis, siue audiendis intendit, & pugnat' in tenebris. Nam deus & pater, & bonũ, nec lingua pronuntiatur, neque percipitur auribus. Cum hæc igitur ita se habeant in omnibus, quæ sunt ex eo, quod seorsum ab illo esse nequeũt, sensus insunt. Inter cognitionem autem, ac sensum multũ interest. Sensus enim superantis motus existit cognitio, scientiæ, terminus. Scientia dei donum, siqdem, unaquæq; scía incorporea mente utens, ut organo, mens autem corpore. Quamobrem utraq; in corpora, tum etiam materialia recurrunt. Ex oppositione enim, & contrarietate constare omnia necesse est, neq; aliter se habere possibile est. Tat. Quis igit' materialis iste deus? Trism. Mundus, pulcher qdem, non tamẽ bonus. etenim ex materia constat, passionibus'q; subiicitur. Primus'q; est eorum, quæ patiuntur. Secundus autẽ eoꝝ, quæ sunt. Indigus præterea suapte natura, factus aliquãdo, semper existẽs in generatione, atq; genitus, qualitatũ'q;, & quantitatum omnium genitura. Mobilis enim. Oís âũt materialis motio, generatio dici debet. Intelligibilis quoq; status, hoc pacto motũ materialẽ agitat. Quoniã mundus spæra est. i. caput nec supra materiale qcq̃. Quẽadmodũ neq; aliud sub pedib⁹ ítelligibile, at materialia cũcta. Mẽs uero caput in circulũ agitatum. i. secũdum naturã capitis motum. quotcunq; igitur contigua sunt, capitis illius pelliculæ, quæ sanè anima est, ímortalia nata sunt, quasi corpus sit in aïa constitutum, aïam'q; habentia plena sunt corpore. Veꝝ qcqd a` pellicula procul, ín qua sunt, quæ magis participant aïa, corpus existit. totũ uero aïal est. Itaq; mũdus ex materiali quodam, & intelligibili compositus est. Mũdus aïal primum, homo secũdũ, post mũdũ aïal, primum aũt aïalium reliquoꝝ. quodcũq; uero aïæ munus ꝓcedit' aliis, hõ quoq; possidet.

neq; ſolum nō bonus, ſed malus etiam, utpote mortalis perpendit. Mundus enim non bonus, quia mobilis non tamen malus, quoniam īmortalis. Homo autē tum qa mobilis, tum etiam qa mortalis, malus eſſe cenſet. Aīa hominis in hunc uehitur modū. Mens in ratione, ratio in anima, aīa in ſpiritu, ſpiritus in corpe. Spūs per uenas, arterias q; ſanguinem q; diffuſus, aīal undiq; ciet, molem q; corporis ſuſpenſam ſuſtinet, atq; circūfert. Vnde decepti qdam humorē ſanguinis aīam exiſtimarunt, hos plane latuit, qa in primis oportet ſpiritū ad aīam uſq; manare. deinde ſanguinē coaleſcere, uenas q; & arterias cauas extendi, demū reſolui animal, eamq; mortem corporis eſſe. Ex uno autem principio cuncta dependent, principium ex uno, atq; ſolo. Et principiū quidem mouet, ut rurſus extet principium. Ipſum tm̄ unū præſtat, nec ab unitate decedit. Tria igit hęc ſunt. Deus pater bonū, & mundus, & hō. Mūdum deus habet, mūdus hoīem. Mūdus dei filius, hō genitura mūdi. Neq; enī ignorat deus hoīem, ſed curā eius habet, ab eoq; cognoſci ſe uult. Hæc unica ſalus homini, cognitio dei, hæc ad olympū aſcenſio. Ex hoc uno duntaxat aīa bona, neq; interdum qdem bona, aliās autē mala, at ꝑm neceſſitatē. Tat. Quomodo id aſſeris o mi Triſmegiſte? Triſm. Hoc inquā aſſero, aīam pueri ꝓtēplari ſeipſam, nō dū ex natura ſua ꝓpter corpus egreſſam, nō dū enim corpus oīno cōpactum eſt, ac ſeipſam undiq; pulchrā conſpicere. Nā haud corrupta eſt adhuc a corporis paſſionibus, mūdi totius aīa, tūc q; dependens. Cum uero cōpactum eſt corpus, aīam q; in ſui molē diſpgit, ac diſtrahit, tūc illa obliuioni ſubiicit, pulchri q;, ac boni uiſione priuatur. Obliuio autē ipſa improbitas eſt. Idē q; accidit iis, qui egrediuntur ex corpe. Recurrente enim aīa in ſeipſam, ſpūs in ſanguinem, anima in ſpiritum cōtrahitur. Mens a uelaminibus libera & diuina exiſtens, ſuapte natura igneū ſortita corpus, per loca oīa circūuagatur, aīam q; iudicio iuſto, ac merito ſupplicio derelinqt. Tat. Quo pacto id ais o pater? Triſm. Mens qdem ab aīa, aīa uero a ſpiritu ſeparatur. Indumētum aīæ ſpiritus. Cointelligere oportet o fili cum dicēte auditorem, atq; ꝓſpirare, auditū q; acutiorem uoce dicentis habere. Hąc o fili ueſtium ꝓuolutio in corpore terreno ꝓficitur. ſiqdem nudam ſm ſe mentem in terrea ſiſtere mole penitus impoſſibile, neq; enim potis eſt terrea fex, mentem adeo diuinā ſuſcipere, neq; tm̄ numen patibili confirmatum corpore ſuſtinere. Aſſumpſit ergo mens aīam uelut amictum. Quinetiā aīa diuina exiſtens, uehiculo ſpiritus utitur. Spūs aīal totū percurrit. Itaq; cum primū mens a terreno corpore ſoluit, ꝓprium mox ſubit amictum, igneum uidelicet corpus, quo ſane quādiu circūtecta eſt, in terreū corpus turgeſcere nequit. Terra nanq; ignē minime ſuſtinet, tota ſiqdem ab exigua ſcintilla cremaretur. Qua de cā terrenę moli circunfuſus eſt humor, quaſi quoddam ad combuſtionē ignis obſtaculum, qui cum acutiſſimus, ac uelociſſimus, ſic omniū diuinoꝝ cōceptuū, ſingulorꝝ comprehēdit elemētorꝝ corpora, etenim ipſe cœlorum artifex, igne potiſſimū ad ſuā fabricam utit. Opifex qdem totus utit omnibus. omnis autem faber, iis, quæ ſunt circa terrā orba nanq; igni mens hoīs, ad humanam q; diſpoſitionē duntaxat idonea, diuina ꝓſtruere nequit. Humana certe anima, non omnis quidē, ſed pia, beata q;, diuina. poſtquā uero hmōi aīa per mortem a carcere corporis eſt exēpta, cum omnis ſubierit uirtutis, pietatis q; mādata, certe aut mēs, aut deus efficit. Certamē aūt religioſę pietatis hoc eſt, recognoſcere deum, iniuriam inferre nemini. aīa tū impia in natura ꝓpria remanet, ac ſeipſam nimium cruciat, corpus quęrit, qd ingrediat, terrenū & humanū. Aliud quippe corpus quam humanum, aīam nō capit humanam, neq; fas eſt in corpus aīæ rōne carentis, aīam rationalem corruere. Lex enim diuina generationē tam nefariā prohibet. Tat. Quo igitur mō cruciat o pater hoīs aīa, quod ue ſuppliciū huius aīæ grauius? Triſm. Impietas, o fili mi Tati, cuiuſnā ignis ardētior flāma, q; impietatis eſt? Quænā fera mordax ita corpus lacerat, ut ipietas laniat aīam? Nō ne uides quot malis aīus premit impius? En ſic fili uociferatur impius aīus. uror. abſumor. qd agam neſcio. deuorāt me miſerū mala undiq; confluentia. non uideo quicquam, heu miſer, nō audio. Tales afflicti ſunt animi uoces. talis naturæ congrua multa, nōn qualem tu forte fili, & alii quidam arbitrantur, quibus uidet anima noſtra poſtq; eſt humanam exuta figuram, in corpora degenerare brutorū. Hic enim impius error, uerum caſtigationis eius, modus alter. Mens utiq;, cum dæmon efficitur, ad obſequium dei iubetur igneum capeſſere corpus. inde in aīam transfuſa nefariā, eā flagellis uerberat peccatorꝝ, his aīus uerberatus iniquus, ad neces, ꝓuitia, obiurgia, rapinas q; uarias ſeſe uertit, ad ea deniq;, per quæ delinquunt hoīes, uniuerſa delabitur, at cum in ſanctā mens influit aīam, extollit illam ad ſapientiæ lumē. Hæc aīa poſtmodū nunq; ſomni torpore langueſcit, ſed & uerbis pariter & operibus humano fert opem generi, iuuatq; modis omnibus, ſuum ſemper ęmulata parentem. Quamobrem oportet o fili nos agentes deo gratias obſecrare, ut bonæ mentis participes efficiamur,

efficiamur, in melius quidem anima migrat, in deterius nunquam. Eſt etiam animarum commūnio quædam, deorum animæ communicant hominum animis. Deus ſe cōmunem ſingulis exhibet. præſtantior enim cunctis ille. cūcta autem illo ſunt imbecilliora. mūdus deo, homo mūdo, homini brutū ſubiiciat. Deus ſuper oīa eſt, & circa oīa. Dei radii, actus exiſtunt. mundi radii, ſunt naturæ, radii uero hoīs artes, atq; ſcientiæ. Per mundum exercent actus, ti q; in hoīem per mūdi radios naturales deſcendūt, naturæ per elementa, hoīs per artes, atq; ſcīas. Hæc utiq; mūdi totius adminiſtratio, ex unius natura dependens, per q; unā materiē recte diſcurrens, qua nihil ualidius, nihil diuini⁹, nihil deniq; magis unitū. Hoīum ad deos, ad hoīes deoꝝ cōmunio. Iſte bonus eſt dæmon. aīa, quæ hoc plena eſt, beata eſt, miſera uero uacua. Tat. Quanā rōne id ais o pater? Triſm. Scito mi fili, qa aīa oīs habet ipſum bonū pro mente. de hac. n. præſens nobis eſt ſermo, non de miniſtro huius, quem ſupra diximus, ex iudicio demiſſum ad inferos. Aīa mentis præſentia deſtituta, nec agere qcq;, nec dicere potis eſt. Sæpe uero mens extra aīam, quo qdem in tpe, nec audit, nec uidet aīa, ſed aīali ſimilis eſt rōne carenti. Tāta eſt potētia mentis, quæ animā hmōi deſerit implicitā corpori, et ab eodem tractā ad infera. Talis aīa fili mi mentem nullā habet. ideo q; nec hoīem hunc appellare fas eſt. Homo ſiqdem aīal eſt diuīnū, nec eſt cū terrenis brutis, ſed cū diis cœleſtibus comparādus. Quinimmo ſi audendū eſt uerum fateri, homo uerus uel cœlicolis eſt præſtātior, uel ſaltem pari ſorte potit. etenim quicūq; cœlitum deſcendit ad terrā, cœli limitem deſerit. homo aūt aſcendit in cœlū, illud q; metit. nec eum fugit, quę ima ſūt, quę ue ſublimia. ac reliqua oīa diligenter inqrit. quod q; maius eſt, terrā qdem haud dimittens in cœlum attollitur, tam ampla eſt humanæ naturæ poteſtas. Quamobrem audendum eſt dicere, hominē qdem terrenum, deum eſſe mortalem, deū uero cœleſtem, immortalem hominem. itaq; horum uirtute duorum hominis. ſ. ac mundi, gubernantur ſingula. uni demum cuncta ſubiiciuntur.

Súma textus decimi.

d Ecimus deū omnia abſolute eſſe conſtāter aſſerit, quæ ſingula ſingulatim participatione contrahunt. attamen deū patrem eſſe, & bonū eo ipſo, quod ipſe omnia eſt. Mox de aīæ in ſilentio raptu diſcutit ubi quæ mentis oculis cernunt, neq; reuelare fas, neq; reuelādi conceſſum eſt arbitrium. Quod aūt de aīaliū transformatione ſubiungit, non uerborum fictionem, ſed fictionis allegoriam ſequendam eſſe eiuſdem Mercurii ſequens ſermo declarat. cum inquit. Aliud enim corpus, quam humanū, animam non capit humanam, neq; fas eſt in corpus animæ ratione carentis, animā rationalem corruere. lex enim diuina generationem tam nefariam prohibet. Et paulopoſt ſubiungit, talis naturæ congrua multa, non qualem tu forte fili, & alii quidam arbitrantur, quibus uidetur anima noſtra poſtquam eſt humanā exuta figuram, in corpora degenerare brutorum. Hic enim impius error, quod ei animam pueri cauſatur ſeipſam contemplantem. hoc uiderint qui mentem, intelligentiam q; abditam defendunt. Hæc & ſimilia Clauis.

¶ Mens ad Mercurium. textus XI.

d Eſine tādiu differere o Triſmegiſte Mercuri. Sile iā, antedictorū reminiſcere, etenī ſenſum tibi meū non pigebit exprimere, eoq; magis, quo multæ & uarię inter mortales de mundo, deoq; opiniones pererrant. Triſm. Equidē, ut ingenue fatear, huius rei ueritatem non dum teneo ipſe. ergo mi domine purā exprime ueritatem. nam unicum te elucidare talia poſſe confido. Mens. Audi me igitur o fili. Tempus, deus, & uniuerſum ſic ſe habent. Deus æternitas, tēpus generatio. Deus æternitatem, æternitas mundum, mundus tempus, tempus generationem efficit. Dei quaſi eſſentia eſt, bonū, pulchrum, beatitudo, ſapientia, æternitas. eſſentia, ipſum idem. mundi ordo, temporis tranſmutatio, generatio, mors, & uita. actus dei, mens, & anima. æternitas, perſeueratio, atq; immortalitas, mundī inſtitutio, & reſtitutio temporis. augmentum, & diminutio, generationis deniq; qualitas. Æternitas ergo in deo, in æternitate mundus. tempus in mundo, in tempore generatio. æternitas extat circa deum, mundus in æternitate mouetur. tempus terminatur in mundo, generatio cōpletitur in tempore. ſors itaq; omniū deus, eſſentia uero æternitas. Opus æternitatis eſt mundus factus quidem non aliquādo, factus autē ſemper ab æuo. Cum uero nunquā ceſſet æuum, nunquā ceſſabit & mundus. Cū q; ſit mundus æternitate cōprehenſus, nulla mundi pars interit. Triſm. Dei uero ſapientia quid eſt? Mens. Bonū, pulchrū, beatitudo, omnis uirtus, & æuum. unde immortalitatem præſtat æuum, perſeuerantiā materiæ tradens. Origo enim materiæ pendet ex æuo, quemadmodum ex deo æuum. Generatio quidem, ac tempus naturæ ge-

minę, & in cœlo ſunt & in terra. in cœlo ſane` immutabilia ſũt hæc duo, atq; immortalia, in terra mutabilia, corruptioni q; obnoxia, Æternitatis anima deus eſt, anima mũdi æternitas, terræ anima cœlum. Deus in mente, mẽs in anima, anima autem in materia, oĩa uero iſta per ęuum, totum hoc corpus, in quo corpora omnia, anima mente, deoq; plena, intima mũdi replet, complectitur extima, uitam omnibus hæc ſuggerit, extrinſecus quidem, ingenti huic, perfecto q; animali mundi, intrinſecus autem cæteris, quæ inſunt mundo, uiuentibus. Supraq; in cœlo, quod idem eſt, omnia ſiſtens, infra uero in terra, generationem agitans. Mundum profecto continet ęuum, ſiue per neceſſitatem, ſeu prouidentia, uel natura, & ſiquid aliud quis cogitat, uel etiam cogitabit unquã, id omne deus agit. Actio dei poteſtas inſuperabilis, cum qua nec humanam, nec diuinam ullam comparare quis audeat. Caue igitur o Mercuri, nequid ĩfernorum, nequid etiam ſupernorum dei ſimile cenſeas, nam a` ueritate penitus aberrares, nihil quippe ſimile eſt ei, quod diſſimile, ſolum q; & unum eſt. Neq; cuipiam putes eandem, quæ deo, uim adeſſe, qd enim poſt illum tale, & ad immortalitatem, & ad qualitatis tranſmutationem? quid autem p̃ter hoc aliud deus efficiet? neq; enim otioſus eſt deus, nam otioſa forent omnia, cuncta ſiquidẽ plena ſunt deo, otium uero in nullis mundi partibus reperitur, nomen profecto uanum eſt, otium, tum ſecundum id, quod agit, tum etiam ſecundum id, quod agitur, uniuerſa fieri neceſſe ẽ, ac ſemper fieri ſecundum loci cuiuſq; naturam. Agens non uni p̃ſens eſt tantum, ſed omnibus, nec unum duntaxat, uerum uniuerſa producit, nam efficax exiſtens in ſeipſa poteſtas, in iis, quæ facta ſunt, minime ſufficiẽs eſt, ſub ipſa enim ſunt opera ab illo progenita. Age contemplare, p me ſubiectum tuo conſpectui mundum, atq; eius diligenter circunſpice formam, ſuiolabile corpus, quo nihil antiquius per omne quidem adultum, ac uires. Inſpice p̃terea mundos ſeptẽ ſuppoſitos, ornatu mirifico fabricatos, ordine ſempiterno, curſu ſuo differenter complentes ęuum plena lumine ſingula, ignis uero in illis nullo modo. Amicitia enim contrariorum, diſſimiliũq; commiſtio, lumen inſtituit illuſtratum ab actu dei, bonorum omnium genitoris, totius ordinis principis, ſeptem q; mundorum ducis æterni, lunam uero cæteris præcurrentem, naturæ organum, inferiorem materiam tranſmutantem, terram in mundi medio ſitam, pulchri mundi ſubſellium nutrimentum terrenorum omnium, eandem q; nutricem. Meditare numerum mortalium, immortalium q; uiuentium, medium uero quaſi cõfinium utrorũq; mortalium uidelicet, atq; immortalium, lunam ipſam circũeuntem. Aĩa rurſus omnium plena propriis ab ea motibus agitata, partim quidem circa cœlum, partim uero circa terram, nec ea, quæ dextra ſunt, ad ſiniſtra, neq; lęua ad dextra. Item nec ſuperna ad infera, neq; infera iterum ad ſuperna. Quod autem hæc omnia genita ſint o dulciſſime mi Mercuri, nequaquã nunc opus eſt, ut me differente, perdiſcas, nam corpora ſunt, habentq; animam, & mouentur. Hæc autem in unum congredi abſq; congregantis uirtute impoſſibile eſt. Oportet igitur aliquem eẽ talem, ac penitus unũ. Nam cum multi, uariiq; ſint motus, & diſſimilia corpora, unus autem ordo uelocitatis in omnibus, impoſſibile eſt duos, aut plures eſſe factores, neq; enim ordo unus probaret in multis. Præterea qui inter illos imbecillior eſſet, potentiori nimirum inuideret, ex quo ſeditio quædam exoriretur. Itaq; ſi unus eorum actor mutabilium animalium extitiſſet, cuperet quoq; immortalia gignere, quemadmodum genitor immortalium affectaret mortalia, quinẽt una exiſtẽte anima una q; materia, ad quem illorum potiſſimum fabricatio pertinet? Quod ſi ad utrunq;, ad quem prouincia maior? ſic autem cogita, omne corpus uiuẽs, ſeu mortale, ſiue immortale, ex materia conſtat & anima, omnia ſane` uiuentia corpora animata ſunt, non uiuentia uero nuda pene` in omnia. Anima quoq; ſimiliter ſecundum ſeipſam ſuo propinqua parenti, uitę cauſa eſt, uitæ autem cauſa eſt quilibet immortalium. Quonam igitur modo mortalia uiuentia differunt a` mortalibus? item q; ab immortalibus immortalia? eſſe itaq; horum omnium actoris præ cæteris eſt præcipuum. Nam anima una, uita una, una quoq; materia. Quiſnam iſte, quis alter præter unicum deum? Num alteri cuipiam qua`m ſoli deo conuenit procreare uiuentia? Vnus itaq; deus, mundum unum eſt confeſſus, ſolem unum, unicam lunam, unam quoq; diuinitatem. Ipſum uero deum, unum quidem credimus eſſe. Vnus igitur, ſingula facit in multis. Num cẽſes arduum quiddam, & laborioſum deo uitam animam, immortalitatem, mutationem q; efficere? Tu enĩ tot, tanta q; potes, uides, audis, odoras, guſtas, tangis, loqueris, graderis, ſpiras, intelligis. Neq; alter eſt in te, qui uidet, qui ue audit alter. Nec loquitur unus, graditur alius, hic odorat, ille guſtat, hic ſpirat, intelligit ille, at unus hæc omnia præſtat, neq; etiam poſſibile eſt illa ſine dei natura fieri. Vt enim qui ceſſat ab iis, non eſt amplius animal, ſic qui ab illorum conſtructione ceſſaret, minime deus eſſet, id autem ſuſpicari nefarium. Quod ſi conceſſum nihil in rerũ natura

conſiſtere

conſiſtere, cui non inſit naturalis quidam agendi uigor, ſimulq; certi operis executio quãto magis aſſeuerandum eſt deo, non deeſſe poteſtatem omniũ, & effectum, nam quicquid otioſum, imperfectum. imperfectum dicere deũ, nefas. facit igitur oĩa deus. Nũc mihi id paululum temporis o Mercuri totus adeſto, ipſum te mihi dedito, opus dei p̃feſſim intelliges. Hoc opus adeſſe neceſſarium erat, ut eſſent ea, quę fiunt, quæ ue fiebant, & quæ fient in poſterũ. Id autem o ſuauiſſime mi Mercuri uita eſt, id uero pulchrũ, id autem bonũ, id deniq; deus. Sin autem petieris, ut hęc tibi per exẽpla operum ante oculos ponã, aduerte quid tibi accidat generare uolenti. non tũ illius hoc ſimile, ille ſiqdem non diffundit uoluptate, nõ habet operis adiutorẽ. Suapte natura efficax, ui ppria operans uerſatur in opere ſemp exiſtens ipſe, quodcunq; fecerit unquã. Si a` quodã influxum ſuũ ille ſubtraxerit, deficiente uita in mortẽ corruent uniuerſa. Cũ uero uiuant omnia, una q; ſit uita cunctoꝝ, unus eſt deus. Rurſus ſi oĩa uiuẽtia ſunt, & quæ in cœlo uident, & quæ iacent in terra, una profecto uita cunctoꝝ manat ex deo, atq; ipſa & ipſe eſt deus. ab uno fiunt omnia conditore. Vita uero eſt unio mentis, & animæ, mors, autem nõ pernicies concretorum, ſed unionis pluriũ diſſolutio. Imago ergo dei æuum, æui mundus, mundi ſol, ſolis aũt homo. At uero mutationem quandam, populi mortẽ eſſe arbitrantur, ob eam cauſam, quia moles reſoluitur corporis, & uita ſe reuocat in occultũ. Equidem o dilecte Mercuri, mundum qdem mutari hac te doceo ratione, qa quædam illius particulę in occultũ iugiter abeunt, nunq; tñ interire illum exiſtimato. Hæ profecto mundi ſunt paſſiones, reuolutio ſcilicet, atq; occultatio. Reuolutio qdem conuerſio, occultatio aũt renouatio eſt. Omniformis præterea mundus formas haud ſane` aduentitias, peregrinas q; ſuſcipit. Verum ipſe eas in ſeipſo coagitat, etiã omniformis mundi ſimilis erit, at ſi unicam formam habuerit, in hoc erit mũdo deterior. Quid itaq; dicemus ad hæc, ne obſecro in ambiguo reſiſtamus. Quod enim in diuinis ambiguum nõ dum cognitum, unam igitur habet ideam, huius autem idea propria, cum aſpectum fugiat oculorum, incorpora eſt, formas q; per corpora ſingula exprimit. Neq; ulla te prorſus admiratio teneat, quia ſit quædam incorporalis idea, eſt enim qualis idea ſermonis, & inſcriptiõibus apices, uidentur enim per multum excedere, plane` tamen ex natura, leues q; ſunt. Meditare autem qd nunc dicetur audentius, quod q; uerius etiam aſſeretur, quemadmodum homo nequit ſine uita uiuere, ita nec deus uiuere poteſt, niſi bona producat. Hæc enim dei uita, hic eius actus, agita re ſingula, uitam q; omnibus inſpirare. Quædam uero eorum, quę ſupra diximus, certam quandam requirunt intelligentiam. Conſydera in hoc exemplo quid potiſſimum ſignificare uelim. Omnia ſunt in deo, non tanq; in loco poſita. Locus enim corpus eſt immobile, atq; ea, quę poſita ſunt, motu carent. Locatur quippe aliter in corpore, aliter in phantaſia. Cogita ſingula continentem, cogita nihil eſſe, q; incorporalis natura capacius, nihil uelocius, nihil ualidius, ipſum q; omnium capaciſſimum, uelociſſimum, potentiſſimum. Sic iterum a` teipſo incipiens meditare, atq; animæ tuæ pręcipito, quę citius, q; pręcipies euolabit. Iubeto inq;, ut tranſeat in oceanum, illa prius q; iuſſeris, ibi erit, inde, ubi nũc eſt, nequaquã diſcedens. Iubeto iterum, ut in cœlum uolat, nullis pennis egebit, nihil eius obſtabit curſui, non ſolis ĩcendium, non ætheris amplitudo, non uertigo cœlorum, non ſyderum reliquorum corpora, quin penetrãs omnia, ad ſupernum corpus uſq; tranſcendat. Quinetiam ſi uolueris globos omnes trãſire cœlorum, quod q; ſupius eſt, inueſtigare, id quoq; tibi licebit. Aduerte quãta ſit animæ tuæ poteſtas, q̃ta celeritas. Tu ne potes iſta, deus non poſſit? hoc igitur pacto contemplare deum, ut in ſeipſo intelligẽtias omnes habentem, habentem q; ſeipſum ceu mundum penitus uniuerſum, niſi te deo ęquaueris, deum nunquã intelliges, nam ſimile ſemper a` ſimili ſuo cognoſcitur. Extende teipſum in magnitudine ſine termino, emerge ex corpore, totum ſupergredere tempus, ęternitas eſto, ſic deũ deniq; noueris, impoſſibile nihil in teipſo ſupponens. Teipſum immortalem puta, comprehendere cũcta potentem, ſcientiam omnem, atq; omnem pariter artem, omni ſublimitate ſublimior eſto, omni fundo profundior, ſenſu q; factorum tuorum ſingulos in te colligito, ignis, aquę, aridi, humidi, adeſto ſimul mundi partibus omnibus, cœlo, terrę q;, mariq;, per omnem ætatem, extra corpuſculi tui utrem habitato, per mortem nihil interire putato. Cuncta hæc ſimul comprehendito, loca, tempora, moles, qualitates, & quantitates, ſic deum intelligere poteris. Cõtra, ſi animam tuam in corpus demerſeris, ipſam q; abieceris, iiſq; te uerbis in cœnum proſtraueris, neq; ſcio quic q;, neq; ſcire etiam ualeo, uaſtum horreo maris fundum, in cœlum uolare nequeo, non noui quid nunc ſim, non noui quid ſim futurus in poſterum, quid tibi cum deo? neq; enim potes, cũ ſis malus, corporis q; fœtidi ſeruus, ipſum pulchrum, bonum q;, percipere, extrema uero prauitas, non recognoſcere deum. At uero confidere, atq; ſperare ſe, bonũ aliquando reperire

posse, uia quędam diuina est, ad bonum recto tramite ducens, facilis q̄, & peruia, passim proce
denti tibi, semper occurret, ambulanti, nauiganti, die, nocte q̄ loquenti, pariter atq; tacenti, ni
hil est enim in rerum natura, quod non aliquam præ se ferat diuinitatis imaginem. Trism.
Non ne inuisibilis deus est Mens. Religiosius loquere Trismegiste, nam quis illo lucidior? Il
le quippe omnia ob eam causam fabricauit, ut eum per singula cerneres. Hęc dei bonitas, hæc
eius uirtus est, illum fulgere per omnia, nihil est uel inincorporeis etiam inuisibile, mēs ipsa in
tellectione uidetur, deus autem in operatione conspicitur. Hęc hactenus enodata tibi sint Tris
megiste, cætera omnia ipse per te iam perscrutaberis, neq; falsa ueritatis imagine decipieris.

Summa textus undecimi.

u Ndecimus de mēte, diuino sermone plenus declarat æternitatem à deo, múdum, ab æternitate, tempus à mundo, transmutationem a tempore, à transmutatione mortem, atq; uitam pendere, insuperabili dei potestati nullā potentiā, nec diuinā, nec humanam, nec supernorum, nec infernorum comparabilem esse, quem unicū esse cum rōnibus, tum analogiis, gratissime pnonstrat, q cum otiosus esse nequit, semper oia facit, quod de æterna uerbi generatione dictum recte concipias, ait enim q opus diuinū adeē necessarium erat, ut essent ea, quę fiunt, quę fiebant, & quæ fiēt in posterum, id uita est, id pul
chrum, id bonū, id deniq; deus, & uita cunctorū, sed quid hoc nisi quod altius euangelistę tuba
» cecinit, cum inquit. In principio erat uerbū, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum.
» Hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. q̄d
» factum est in ipso uita erat. Cūctorum ergo uita, à deo manat, atq; ipsa deus est. Quo fit, ut ea
uera mors, uerus q̄ is non sit rerum interitus, qui uulgo putat, uerum ea, qua uiuentium uita in
abditum se reuocans, res deserit. Mira profecto proportione ad eum comprehendendum utit,
qui omnem effugit proportionem, qui comprehensus incōphensibilis manet, & qui omnibus
incognitus, omnibus in rebus se prestat cognoscibilem. Vos ergo quicunq; pii huc toti nunc ad
este, & mentis sermonibus uestram mentem inclinate, ut eum tandem cognoscatis, qui omnia
ob eam causam fabricatus est, ut eum per singula cerneretis. Hæc mens.

Textus XII.

¶ Mercurii ad Tatium de cōi.

m Ens quidem o Tati ex ipsa dei essentia, siqua tamen est eius essentia, nascit. Hæc qualiscunq; sit, sola seipsam syncera comphendit. Mens igitur ab essentia dei ne
quaq̄ diuisa, sed illi potius eo modo connexa, quo solis corpori lumen. Hęc mens deus est in hominibus, atq; idcirco nonnulli ex hominū numero dii sunt, eorúq; humanitas est diuinitati q̄ pxima, etenim bonus dęmon deos quidem pdicat immortales, ho
mines aút mortales deos. In animalibus autem irrōnabilibus, mens illa natura est. Nā ubicūq; anima, ibi quoque mens, quemadmodum ubicūque uita, ibi etiam anima in uiuentibus, absq; rōnis discursu, anima est uita uacua mentis, mens quippe adiutrix est hominum animarum, eas in bonum proprium reuocans. In animalibus rōne carentibus, cū natura cuiusq; operando con greditur, in animis hominum resistit interdum, atq; repugnat. Anima siquidem ísusa corpori, à uoluptate, atque dolore continuo deprauatur, ex corporis enim cōmistione uoluptas, & do lor, ceu riuuli quidam scaturiunt, in quos madens aía suffocat. Quibuscunq; igit animis mens pfidet, suo illa fulgore illustrat, earum moribus, malisq; resistens, quēadmodum uero medicus eruditus ęgrotantis corpus doloribus aflicit, urendo illud, atq; secando, recuperandæ ualetudi nis gratia, eodem modo mens uoluptuosam affligit aíam, ut radices uoluptatis euellat, ab hac enim oís animæ morbus, morbus animæ grauissimus, impietas est, opinio autē non ad bonum prorsus ullum, sed ad malū potius allicit. At uero mens illa repugnans, sic animę bonum procu rat, ut sanitatem corporis medicus, quotcūq; hominū animæ mentē nequaq̄ sortitę sunt guber natricem, eadem, quæ & brutoꝝ animæ, patiunt. Dimittit eas mens cupiditatum imperio, ad q̄rum expletionē ardenti quodā impetu perferunt, ritu q̄ ferarū ímoderate & irascunt, & cu
piunt. Quod q̄ deterius est, nec finem imponūt libidini ullū, nec m. loꝝ inueniunt, passionū q̄ terminū. Hisce uelut lictorem, ut uindicē deus legem ppposuit. Tat. Hic o pr̄ disputatio il
la de fato, quā in supioribus impfectam reliquimus, reuiuiscit. Nam si decretū sit quosdā adul
teros, quosdā forte sacrilegos, cur aliqs inde multat, qñquidem cōpulsus fati necessitate deli
querit. Trism. Omnia sunt fati opa fili, absq; illo nihil est corporaliū, nō bonū sine illo qcq̄ pōt, nō malū fieri sine illo. Decretū est eum, q turpe qd cōmiserit, pati. ille ob id cōmittit, ut pa tiat inde quodcúque patit, qñ cōmiserit. Cæterum de fati, ac delictorum suppliciis, in aliis di
ximus. Pręsens uero nobis est sermo de mente, quid mens ualeat, q̄ differens in hominibus, ac brutis sit

brutis sit eius instinctus atq; iterum quomodo in brutis quidem non est mens ipsa benefica, in hominibus autem libidinis impetum cohibet, iracundiæ restinguit ardorem. ex quo sequtur, ut inter homines, irrationales quidam, nonnulli rationales existant. Cuncti uero homines fato, ge
nerationi, transmutationi subiiciuntur, initium quippe, finis que fati duo hæc generatio, scilicet ac transmutatio. Et homines uniuersi id quidem patiuntur, quod instituit fatum. Verum ratio nales illi, quibus diximus mentem ceu gubernatricem assistere, non eodem modo, quo cæteri patiuntur, immo ab improbitate alieni, existentes q̄ non mali, patiuntur minime malū. Tat.
Quomodo rursus hæc ais ó pater. Trism. Adulter non ne malus? homicida non ne ma
lus? Homo non adulter patitur, sed quemadmodum adulter. Non homicida, sed quemadmo
dum homicida. Qualitatem transmutationis effugere impossibile est, sicut & generationis ef
fectum, prauitatem uero mentem habenti uitare licet. Quamobrem ego mi fili bonum semper dæmonem audiui dictantem, qui si literis quæq; monimenta mandasset, mira quædam in dies humano generi emolumenta conferret. Solus ille mi fili, tāquam ipse pro me genitus deus, uni
uersa conspiciens, diuina in nos effudit oracula. Nunc equidem audiui sic aliquando prædican tem, unum omnia sunt, præsertim intelligibilia corpora uiuimus potentia, actu, æternitate. Mēs huius bona, quemadmodum & eius anima bona, cum id ita se habeat, nihil est intelligibilium ab intelligibili distans. Potest præterea mens princeps omnium, atq; anima dei, quæcūq; uult efficere, hęc ille. Tu igitur ista consydera, & ad hūc, quem inferam, sermonem de fato, mente, arrectis q̄ auribus adsta. Si diligēter litigiosas captiunculas euitaueris, inuenies absque dubio, quod mens anima dei dominatur omnibus, tum etiam legi, ac cæteris uniuersis. neq; aliquid il lorum, quæ ad fatum spectant, impossibile menti. Ideo que humanus animus fato superior, nō tamen, quæ fato subiecta sunt, negligit. atq; ista sunt oracula boni dæmonis optima. Tat.
Vere diuine, atq; etiam cōmode tractasti hæc o pater. At illud insuper mihi declares obsecro. Mentem in brutis operari naturæ modo dixisti, cum illorum affectibus cooperantem. Affectus autem irrationalium (ut arbitror) passiones sunt, mens ergo passio quædam est, sic enim passio nibus conformatur. Trism. Euge fili bone, quàm generose rogas, æquum est, ut tibi respon deam. Omnia, quæ insunt in corporibus incorporea, patibilia sunt, immo passiōes ꝓprie sunt. Omnis motus corporeus, in corpora quoq; mouetur à mente. motus autem passio. Vtraque er go, tum quod mouetur, tum etiam quod mouet, patiuntur, hęc quidē dominans, illud uero sub iectum. Cum uero separatur à corpore, à passionibus liberatur, immo nihil usquam impatibile fili, cuncta enim patibilia. Sed passio, & patibile in hoc maxime differunt, quod unum agit, alte rum patitur, corpora uero secundum seipsa etiam agunt, aut enim immobilia sunt, aut mouen tur, utrum uero sit horum, passio est. Incorporalia autem operantur semper, propterea q̄ pati bilia sunt. Neq; te appellationes moueant. operatio enim, ac passio idem, uocabulo tamen ma gis honorando uti nil obest. Tat. Perspicuam de his ratiōem reddidisti o pater. Trism.
Illud prēterea consydera o fili, quod duo hęc soli ex omnibus animalibus homini, deus ipse largitus est sermonem scilicet, atq; mentem. Quē quidem eiusdem (ac immortalitas) præmii eē censentur. Iis quisquis ad id, quod decet, utitur, nihil ab immortalibus discrepat. Quinetiā cor poris solutus compedibus, ab utriq; ducetur in chorum beatorum simul, atq; deorum. Tat.
Cætera pter hominem animantia, non ne sermone utuntur? Trism. Non fili, sed uoce, permultum interest uocem inter, atq; sermonem, sermo cunctis communis hominibus, uox au tem propria cuiusq; hominis, propria etiam cuiusq; generis animantium. Tat. O pater di
uersa genera hominum, diuersis utuntur sermonibus. Trism. Diuersis o fili, unus etiam sermo, qui per interpretationem huc, atq; illuc translatus, unum deniq; uerbum existere reperi tur. Verbum idem apud Ægyptios, Persas q̄, & Græcos, sed uideris mi fili, uerbi uirtutē, & am plitudinem ignorare. Beatus deus dæmon bonus, animam esse in corpore, mentem in anima, in mente uerbum pronuntiauit, deum autem horum patrem asseruit. Verbum itaq;, imago, ac mens dei est, est corpus quidem ideę, idea uero anima est, purissima q̄ materiæ portio aer, ae
ris anima, animæ mens, mentis deniq; deus. Deus uero circa omnia, simulatq; per omnia, mēs circa animam, anima circa aerem, aer circa materiam. Necessitas autem, prouidentia q̄, & na
tura, organa mundi sunt, ordinis q̄ materiæ. Etenim intelligibilium unumquodq; essentia, eēn tia uero illorum ipsum idem, At eorum, quæ mundo insunt, corporum, unumquodq; est multi tudo. Corpora composita ipsum idem habentia, atq; inuicem mutuo transeuntia, immortalita tem ipsius eiusdem perpetuo seruant. In cæteris corporibus, quæ composita sunt, corporis cu iusq; numerus est, absque numero constitutionem, uel compositionem, uel dissolutionem fieri,

impossibile est, unitates quippe gignūt, atq; augent numerum, rursus'q; solute, in se numerum retrahunt. Materia quidem una, totus'q; hic mundus, magnus est deus, imago maioris, unitus illi, patris ordinem, uoluntatem'q; seruans, uitæ totius integra plenitudo, neq; est in eo quicquā per omnem æternitatem, restitutionem'q; paternam seu ad totum, siue ad partē spectans, quod non uita fruatur, neq; est uitę expers in mundo quicquam, nec fuit ante, nec erit. Viuentē enim uoluit pater eius, quādiu est, esse mundum, unde deum hunc esse necesse ē. Quomodo possūt o' fili in deo, in totius imagine, in plenitudine uitæ, esse quędam uita carentia? Priuatio uitę corruptio est, corruptio uero pernicies. Quonam igitur pacto, pars ulla eius, quod incorruptibile est, corrumpi, uel dei quicquā destrui potest? Tat. Non'ne o' pater animalia, quæ in mundo sunt mundi partes, intereunt. Trism. Rectius loquere fili. Erras enim in nomine, nō moritur in mundo quicquā, sed cōposita corpora dissoluuntur, dissolutio mors non est, sed mistionis resolutio quędam, soluitur autem unio, non ut ea, quę sunt, intereant, sed ut uetera iuuenescant. Tat. Cum fit quędam operatio uitę, non'ne motio quædam hæc est, atq; idcirco, quid in mundo immobile? Trism. Nihil o' fili. Tat. Nunquid immobilis tibi terra uidetur? Trism. Minime, sed multis motibus agitata, sola tamen hæc quodammodo stabilis. An non ridiculum esset ipsam nutricem omnium, concipientem, parturientem'q; singula motu carere? impossibile enim aliquid absq; motu parere. Nec minus ridiculum illud, q̄ id corpus sterile nuncupare, nihil enim aliud ipsius immobilis appellatio, q̄ sterile quiddam significat. Totū hoc o' fili generati consydera, quod est in mundo, aut crescendo, aut decrescendo mouetur. Quod uero mouetur, id præterea uiuit, singula tamen uiuentia, haud eadem esse necesse est. Simul quippe mundus uniuersus existens, totus quidem immobilis, partes autem eius agitabiles undiq;, nihil tamen corruptioni subiectum, sed appellationes quædam falsę homines turbant. Neq; enim generatio, uitæ creatio est, sed latentis explicatio uitæ, neq; mutatio mors, sed occultatio potius. Cum hæc igitur ita se habeant, immortalia cuncta. Materia quidem uitæ spiritus est, mens animę. Ex mente uiuens omne profluit. Omne igitur uiuens per mentem, permanet immortale. Maxime uero omnium immortalis est homo, qui deum capit, qui diuinæ conformatur essentię. huic enim soli ex omni uiuentium genere, deus ipse congreditur, nocte quidem per somnia, die crebrius per portenta, per quæ omnia sibi futura prænuntiat, per aues, p
» intestina, per spiritum, per'q; sibyllam, propter quæ uere dicit' homo scire, Quæ sunt, quę fue
» rint, quę mox uentura trahant'. Illud autem in primis animaduertas fili mi uelim, quod unū quodq; genus uiuentium reliquorum, propriam mundi prouinciam habitat, humida quidem aquam, terrestria terram, aerem uolatilia, homo autem in omnibus utitur, terra, aqua, aere'q;, & igni, cœlum suspicit, sensu'q; illud attingit, deus uero circa omnia simul, atque per omnia, actus enim est omnium, atq; potestas, nam arduum quiddam est o' fili, deum percipere. Hunc quoties intueri uolueris, aduerte mundi ordinem, atq; ordinis eius ornatum. Aduerte necessitatem eorum, quæ sensu percipiuntur, prouidentiam'q; cunctorum, qua facta sint ante, & quæ quotidie fiunt. Aduerte plenam uitæ materiam, talem, ac tantum deum cum omnibus bonis, & pulchris diis dęmonibus, atq; hominibus incedentem. Tat. At istæ o' pater operatiōes quædam sunt? Trism. Ah fili unde hæc, nisi ab ipso deo proficiscuntur, num ignoras, quod quemadmodum mundi partes sunt cœlum, aqua, terra, & aer, eodem modo dei membra, uita, immortalitas, necessitas, prouidentia, natura, anima, mens? Horum'q; omnium participatio, ipsum bonum, neq; fit aliud usquam, nec est factum, ubi deus ipse non adsit. Tat. In materia ergo pater. Trism. Materia fili mi seorsum est a` deo, ut locus illi pprius assignetur. Quid aliud illam existimas, quàm rudem, indigestam'que congeriem hanc existere posse? ne secus credas nisi formetur. Quod si formatur, ab aliquo certe formatur, operationes enim formandi, partes dei esse diximus. A` quo ergo uita donantur animantia singula, a` quo fiunt immortalia, quæ immortalitatis munere perfruuntur, a` quo mutantur, quæ mutabilia sunt, siue materiam, seu corpus nuncupaueris, dei actus esse memento. Actum'que materię, materiæ rationem, actum corporeum, corporum rationem, actum essentiæ, essentiæ rationem, id'que omne, neque quicquam est in omni, quod non sit ipse deus. Itaque nec magnitudo, neq; locus, neq; qualitas, nec figura, neque etiam tempus circa deum, omne enim est. Omne autē circa omnia, atque per omnia. Hoc uerbum o' fili cole, atque adora. Cultus autem dei unus est, non esse malum.

Summa textus duodecimi.

Duodecimus

d Vodecimus de inferiore mente, quæ primæ mentis imago, aut uestigium quoddā est, prosequens post primæ mētis exactam determinationem, eam singulis animabus associat, sed in irrationalibus mens natura est, in hominibus autem ratio, cuius beneficio quicunq; hominem destituuntur, ritu ferarum flagranti quodam impetu ad cupiditatum expletionem rapiuntur, nec finem suæ libidini statuunt ullum, nec suorū malorum inueniunt, passionum'q; terminum, qui fato, diuino'q; decreto patiuntur, dant'q; suæ meritas ignorantiæ pœnas. Boni contra quibus mens præsidet boni, pulchri'q; imago, bona suscipiunt, quæ illis constituerit fatum. Minime ergo fatum effugies, lex siquidem diuina est fatum, mala tñ, pœnas'q; prauitatis assectas fugere potes. Mercurius oraculo plenus multa discutit, sæpius oraculū infundentem audiuit. duo diuina in hominibus munera cōmendat, mentem, atq; sermonē. Oracula boni dæmonis, uel si mauis, cœlestis spiritus diuinitus afflātis aperit, de deo, de uerbo, de mundo, de materia, nihil esse in mundo uitæ expers, nihil mortale dicendum, sed potius dissolubile, quid esse sentiēdum, nihil immobile. Et soli dissolubilium homini deum uariis modis congredi, & quo pacto ex sensibilibus ad deum percipiendum homo assurgere possit. Hæc duodecimus.

¶ Mercurii ad Tatium filium suum, de generatione, & impositione silentii.

Textus XIII.

t AT. In cōibus pater sermonibus, per ænigmata quædā, ac sine declaratione ullius adiunctionis, de deitate tractasti, asserens ante regenerationem saluū fieri neminem. Equidem, dum ascendebas in montem, supplex tibi tunc astiti obsecrans, ut mihi regenerationis rationem aliquando reserares, id enim solum restabat tunc mihi discendum. Tunc demum spopondisti te reuelaturū, cum a` mundo forem alienatus. Ecce iam paratus sum pater, a` mēte mea mūdi deceptiones excussi. Tu ergo serua promissa. Regenerationis modum uel palàm, uel clancu lum, ut lubet, edissere. Ignoro o' Trismegiste, quia ex materia quoq; semine natus fuerit homo.

Trism. O' fili contemplatiua in silentio sapientia, semen eius uerum bonum. Tat. Quonam ferente pater? hoc enim ignoro. Trism. Voluntate dei mi fili. Tat. Et quāti est, qui non est genitus, expers enim intelligibilis essentiæ, quod si aliter se habeat, qui gignitur, deus erit dei filius. Trism. Omne in omni, constans ex omnibus potestatibus. Tat.

Ænigmata fingis o' pater, neq; patris cū filio loqueris. Trism. Hoc genus o' fili nō eruditur, uerbum quoties uult, sub insinuatione quadam in dei memoriam reducitur. Tat. Impossibilia infers, ac nimium uiolenta, quapropter his cupio contradicere. Trism. Admodum discrepas a` paterno genere Tati. Tat. Ne inuideas mihi pater, legitimus enim sum filius. Age precor, regenerationis modum, me doce. Trism. Quid dicam fili, quod dicā præter hoc non habeo quicquam, quod uerum cerno spectaculum, ex dei benignitate mihi iā oblatum, unde in corpus sum immortale translatus, sum'q; non ille, qui prius fueram, ac mens nuper effectus. hoc mysterium non docetur. Vide hoc elemēto formato, per quod uidere licet, per quod neglecta est a` me prima composita species, non quod sim coloratus, tactum'q; ac terminum habeam. ab iis enim in præsentiarum alienus sum. Tat. In furorem me, insanū'q; mētis œstrū o' pater nimium concitasti, in præsentia; me ipsum haud uideo. Trism. Vtinam fili charissime tu quoq; teipsum non dormiens transcurrisses, instar eorum, qui somno in somniis occupantur. Tat. Dic age, quis est regenerationis author? Trism. Dei filius homo, unius uoluntate dei. Tat. Nunc mutū o' pater, ac stupidum reddidisti, ipse quoq; a` pristino statu mentis alienatus, eandem aspicio imarum rerum charactere magnitudinem, in eoq; mendacium. Mortalis enim species per dies singulos transmutatur, hæc ad tempus, utpote falsa, in augmentum, detrimentum'q; uertitur. quid ergo uer; Trismegiste? Trism. Quod non perturbatum, non determinatum, non coloratum, non figuratum, non concisum, nudum, perspicuum, a` seipso comprehensibile, intransmutabile bonum, ac penitus incorporeum.

Tat. Insanio iam re uera mi pater, cū'q; sapientem abs te sperassem me fieri eiuscemodi cognitione, sensus obtusi sunt. Trism. Sic accidit fili. Nam sursum latum, ut ignis, & deorsum latum, ut terra, & humidum, uelut aqua, necnō spirans, ut aer quomodo ipsum sensu percipies, non durum, non molle, non densum, non penetrabile? solum potentia, atq; actu consy-

derandum.qui uero poteſt, oret, ut generationem, quę in deo eſt, intelligat. Tat. Impotẽs ego ſum pater. Triſm. Abſit hoc o' fili. recurre in teipſum, & conſequeris. uelis, ac fiet. Purga ſenſus corporis, ſolue te ab irrationalibus materię ipſius ultoribus. Tat. Num ulto res intra ſe ſunt? Triſm. Non pauci o' fili, ſed horribiles, ac multi. Tat. Ignoro o' pa ter. Triſm. En fili, hæc una eſt ultrix, ignorantia. ſecunda, triſtitia. tertia inconſtantia, quar ta, cupiditas. quinta, iniuſtitia. ſexta, luxuries. deceptio, ſeptima. octaua, ĩuidia. fraus, nona. de cima, ira. undecima, temeritas. duodecima uero, malitia, hæ quidem ſunt numero duodecim, ſub his plures alię cõtinentur, quæ per corporis carcerem incluſum, triſtem hominem ſenſibus pati cogunt, abſunt autem iſtę ab eo, qui eſt dei fretus clementia. Atque ita conſtat regenera tionis modus, ac ſermo. Deinceps ſileto mi fili, deumq; ſilendo laudato, eoq; pacto diuina cle mentia nunquam a` nobis aberit. Gaude deinceps mi fili, nam poteſtate diuina in contempla tionem es ueritatis eleuatus. Deſcendit in nos cognitio dei, hac accedente, repulſa eſt ignora tio. Deſcendit in nos cognitio gaudii, hac præſente, triſtitia penitus aufugit, in eosque ſe uertit, qui ad eam parati ſunt capiendam. Poteſtatem uoco ad gaudium perducentem conſtantiam, cuius uis proculdubio ſuauiſſima eſt. Complectamur igitur eam libentiſſime fili, ea enim, cum primum aderit, molliciem omnem prorſus expellet. Quartam uero nunc continentiam uoco, uim uniuerſarum uictricem cupiditatum. Gradus hic o' fili, iuſtitię fundamẽtum exiſtit. Aduer te autem quo pacto a` cunctis operibus iniuſtitiam expulit, iuſti quidem effecti ſumus, abſente iniuſtitia fili. Sextam uoco potentiam in nos deſcendentem, communitionem ſcilicet aduerſus exceſſum, hac deniq; diſcedente, inuoco ueritatem, aufugit mox deceptio, ueritas adeſt. Vide quomodo abſolutum eſt bonum, ueritate præſente. Liuor enim diſceſſit a` nobis, ueritatis enim innatum eſt bonum, cum uita ſimul & lumine, nec ultra irę uindex acceſſit. Verum ultrices o mnes repentino quodam impetu reiectę ſunt. Intellexiſti fili regenerationis ipſius modum, de nario præſente numero, intellectualis generatio compoſita eſt, quæ duodenarium numerum reiicit. Id'q; ex ipſa generatione ſpeculati ſumus. Quicunq; igitur propter benignitatem gene rationis, quæ ſecundum deum eſt, ſenſum amittit corporeum, ſeipſum cognoſcit ex diuinis cõ poſitum, factus'q; indecliuus, diuina potentia tota mente lætatur. Tat. O' pater concipio non oculorum intuitu, ſed actu mentis, qui per uires intimas exercetur, in cœlo ſum, in terra, in aqua, in aere, in animalibus ſum, in arboribus, in corpore, ante corpus, atq; poſt corpus. Ad id præterea mihi dicas uelim, quomodo ultrices tenebrarum numero duodecim, a` decem pote ſtatibus repelluntur. Quis modus Triſmegiſte? Triſm. Tabernaculum iſtud o' fili, eſt ex zo diaco circulo conſtitutum, qui ex duodenario numero conſtat illo. Numeri'q; undecim ſunt, unus omniformis ſecundum ideas naturæ, ad hominis peruagationem, atq; circuitum. Itaque diſiugatæ quodammodo ſunt ab inuicem ultrices illę, in agendo tamen quodammodo coniu gatę, ut ecce inſeparabile eſt ab ira temeritas. Merito ergo ſecundum rectã rationem eatenus in teruallum, quatenus a` poteſtatibus decem, ideſt a` denario numero repelluntur. Denarius o' fi li, animæ genitor eſt. Vita uero, & lux, ibi unitæ ſunt, ubi unitatis ipſius numeri ſunt ex ſpiritu nati, itaq; unitas, ſecundum rationem denarium complectitur, rurſus'q; denarius, unitatem.

Tat. Eia pater uniuerſum uideo, me'q; ipſum in mente conſpicio. Triſm. At hæc eſt regeneratio o' fili, non adeſſe ulterius corpori, quantitate dimenſo. Ob hanc profecto rationẽ, regenerationis myſterium protuli, ne ſimus calumniatores totius aduerſus multos, quos deus ipſe uult. Tat. Reſponde ad hæc o' pater, corpus iſtud ex potentia conſtitutum, num ali quando diſſoluetur? Triſm. Caue ne id ulterius audeas. Impoſſibilia profers, ac penitus erras, mentis'q; oculis iſta loquendo, impietate nimia profanaris. Senſibile naturæ corpus ab eſſentiali generatione procul admodum diſcrepat, unum quidem diſſolubile, indiſſolubile al terum. Illud mortale, hoc immortale. An uero ignoras, quod & deus, & unus filius natus es? Tat. O' quàm uellem o' pater, analogiam illam per hymnum, quem dixiſti audiſſe te optãti aío, dum ipſe in octonario eſſem. Triſm. Octonarium o' fili cecinit ipſe Pimander, Vnde te decet umbraculũ ſoluere, purus enim ille Pimander, mens diuinæ potentiæ, non plu ra mihi, quàm ſcripta ſint, aperuit, exiſtimans me reliqua ſcrutaturum, hortatus me eſt ad deco ra officia, ex quo omnes, quæ in me uires ſunt, concinunt. Tat. O' pater audire hæc, & in telligere uelim. Triſm. Quieſce fili, quieſce inquam, audies iam harmonicam cantilenã, regenerationis hymnum, quem nunquam ſic facile propalarem, niſi tibi conducturum confi derem. Non docetur hoc, ſed occulitur in ſilentio. Vide me fili bone, obſerua ſingula diligen ter. Sic enim te quoq; decet orantem ſub diuo, occidente ſole ad auſtrum, oriente uero ad eu

rum faciem

rum faciem uertere. Vniuerſa mundi natura hunc audiat hymnum. Audi terra, audite turbi nes imbrium, o' ſyluę ſilete, cantaturus ſum creatorem omnium, totum'que & unum. Audite cœli, quieſcite uenti, circulus immortalis dei orationem iſtam exaudiat. Cano iam creatorem omnium, terrarum diſtributorem, cœlum æquilibrantem, iubentem ex oceano aquam undiq; fluere dulcem ad hominum alimentum, iubentem ignem fulgere ſuperne ad actiones homi num, atque deorum. Agamus illi omnes una uoce gratias, trananti cœlos, naturam'que crean ti. Hic mentis eſt oculus, hic potentiarum benedictionem libenter excipiet. O' meæ uires, lau date ipſum unum & omne. Conſonate uoluptati meę omnes animi uires. Cognitio ſancta, quę tuo lumine fulget, per te lumen intelligibile cantans, gaudio mentis exulto. Omnes poten tiæ mecum una` concinite. Conſtantia canta mecum. Iuſtitia mea, per me, iuſtum canat. Com munio mea, totum ipſum laudet, per me canat ueritas ueritatem. Bonum noſtrum, bonum de nique canat. O' uita, o' lux, a` uobis in nos benedictio currit. Gratias habeo tibi pater, actus o mnium poteſtatum. Gratias ago tibi deus, omnium poteſtas actuum. Verbum tuum per me te laudet, per me mundus uerborum recipit ſacrificiũ hoc, meæ uires clamant, totum cantant, uo luntatem tuam perficiunt. Tua uoluntas abs te in totum, ſacrificium uerborum, ab omnibus ex cipe. O' uita, totum, quod eſt in me, ſalua. O' lux totum illumina, ſpiritus deus. Verbum tuum me regit ſpiritifer opifex. Tu ſolus es deus. Homo tuus hæc clamat, per ignem, per'que aerem, per aquam, per'q; terram, per ſpiritum, per'q; creata. Ab æternitate benedictionem inueni, qua deſyderio in uoluntate tua quieſcam. Tat. Noui pater hunc hymnum abs te ex uolũtatis affectu cantatum, unde mundum attigi in eum. Triſm. Intelligibilem dic mundum fili. Tat. Intelligibilem dico pater. Ex tua ſiquidem cantilena, illuſtrata mihi mens eſt, quo fit, ut ipſe quoque ardeam amore canendi. Triſm. O' fili mi Tati, ne ſine propoſito laudes cantato diuinas. Tat. Ex mente cantabo mi pater. Triſm. Quæ ſpeculor in fundo tibi, generationis progenitor Tati. Tat. Deo uerborum offero ſacrificia. o' de us, tu pater, tu dominus, tu'que mens, accipe ſacrificia uerborum, quæ requiris a` me, te uolente perficiuntur omnia. Triſm. Offero fili hoſtiam patri deo gratam, orationi'q; tuæ intentus eſto. Tat. Gratias habeo tibi pater, quod iſta mihi prædicare uolueris. Triſm. Gau deo fili, quod tibi bona quamplurima ex ueritate, quæ ſane` ſunt immortalia opera. id a` me di ſcens, ſilentium uirtutis annuntia, nulli communicans regenerationis myſterium, ne tanquam calumniatores quidam reputemur. Etenim uterq; noſtrum ad ſufficientiam meditatus eſt, ego quidem diſcens, tu uero condiſcens, ex quo teipſum, patremq; nouiſti.

Summa textus tertiidecimi.

Ertiuſdecimus eſt de arcano regeneratiõis myſterio, ante quam ſaluus fiebat ne
mo, cuius regenerationis author eſt dei filius homo, unius uoluntate dei, myſte
t rium, quod non docetur, ſed occulitur in ſilentio, & in ſilentio a` ſanctis uenera
tur. Tu Chriſtiane cætera legito, etſi noua regeneratione in deo per dei filium
es reformatus, depulſis ignorãtia, triſtitia, cupiditate, iniuſtitia, luxuria, deceptio
ne, inuidia, fraude, ira, temeritate, malitia, horribilibus duodecim tenebrarum ultricibus. decẽ oppoſitis dei pietate aſſecutis poteſtatibus tota mẽte exulta, deo reformatori toto mentis uigo re gratias agere memento, totus eius amore flagra, totus ſpiritus factus, & a' ſpiritu regenitus, pietatis hymnum concine, & regenerationis immaculatus pietatem retine. totus in deum parẽ tem, & regenerationis authorem eius filium conuerſus, hunc ex hoc tertiodecimo fructum con ſecutus, uel ſaltem ad tam pie cogitandum mentis tuæ benignitate excitatus.

¶ Mercurii ad Æſculapium Epilogus.

Textus XIIII.

Voniam filius meus Tatius (te abſente) naturam omnium diſcere uoluit, cun
q ctari uero me noluit ipſe, utpote iunior, ac nuper accidens, ad cuiuſque cogni
tionem, coactus ſum plurima dicere, ut facilis illi foret, atque expeditus intui
tus, operæpretium eſſe cenſui, ut ex multis eligens potiora, ſummatim nunc ti
bi diſputationem præcedentem repetam. Licet enim tecum, utpote rerum na

turæ perito, per mysteria quædam percurrere. Quę sensu percipiuntur, facta sunt omnia, fiúťq; quotidie. genita non a` seipsis, sed ab altero fiunt. Multa sunt genita, sensu patentia singula, differentiaťq; nec omnino similia, quæcunq; gignuntur procedunt ab altero. Est ergo quis factor istorum, atq; is ingenitus, ut genitis antiquior sit. Genita enim diximus ab alio fluere. Nihil autem præter ingenitum, genitis esse potest antiquius. Factor quippe potentior est, & unicus, solusq; re uera sapiens uniuersa, cum nihil omnino ipsum prȩcedat. Dominatur quoq; multitudini, magnitudini, actioni, continuitati genitorum'q; omniũ differentię. Præterea genita uisibilia sunt, inuisibilis ille, ob id uero facit, ut uisibilis fiat. semper igitur facit. Dignum est intelligere, intelligendo mirari, admirãdo se beatum uocare, patrem legitimum recognoscẽtem. Quid enĩ dulcius parente legitimo? Quis iste? Quomodo eũ reperiemus? an illi appellationẽ dei, soli decens est attribuere uel factoris, uel patris. An tria pariter cognomenta? deum ergo cognominato propter potentiam, factorem propter actum, patrem deniq; propter bonum. Est enim potestas a` genitis admodum differens, actus autem in productione cunctorum. Quamobrem sermonis uarietate, uanitateťq; dimissa, duo hæc in primis meditari oportet, genitorem scilicet, ac genitum, horum nihil est medium, nec quicquam prȩter hæc aliud. Cum ergo omnia intellegere uolueris, horum recordare duorum, eaq; esse uniuersa memento, nihilq; tibi erit ambiguum, nec supernorum, nec infernorum, seu diuinorum, seu mutabilium, aut patentium, aut eorum, quæ in tenebris delitescunt. Duo nempe cuncta sunt, genitor ac genitũ, nec secerni alterum ab altero potest, neq; enim genitorem absq; genito esse possibile est, utrunq; illorum idipsum existit. Itaq; neutrum disiungi licet ab altero, quemadmodũ neutrum a` seipso diuidi, siquidem ipsum faciens, nihil præter ipsum, quod facit est aliud, simplex enim est, ut semper est. ita semper est agens, idemťq; sibiipsi, & in existendo pariter, & in agendo. Nihil autem, quod genitum, a` se ipso genitum est, non ergo seorsum factum a` faciente, qui horum unum subtrahit, perdit & alterum. Vnus quippe natura propria, naturam semper alteram respicit. Si itaq; duo concessa sunt, efficiens & effectum, unita quidem sunt inuicem. sic tamen, ut unum præcedat, alterum uero sequatur, præcedens sane` deus efficiens, sequens uero id, quod est effectum. Quicquid id deniq; sit, neq; diffidat quispiam iis, quæ diximus uarietate rerum perterritus, quasi tam diuersorum constructio uel ardua sit, uel indigna maiestate diuina. Vnica enim deo gloria, omnium constitutio, atque id est uelut corpus dei effector. Ab ipso profecto factore, nihil malum, nihilq; turpe. Hæ siquidem passiones sunt creata sequentes opera, quemadmodum æs rubigo, animata corpora limus. At neq; faber ferrarius induxit rubiginem, neq; animati corporis genitor cœnum, ac sordes, eodemťq; modo, nec deus etiam malum. Generationis autem perseueratio, malum surrepere cogit, eaq; de causa mutationem deus rebus instituit, & ceu quandã generationis ipsius purgationem. Præterea eidem pictori figurare licet cœlum, terram, mare, deos, homines, bruta, arbores, ac uita carentia, deo uero, uni, talium deerit agendorum facultas? O' dementem, o cæcum, & totius diuinæ cognitionis expertem. Nihil est magis o' Æsculapi ridiculum, quam quod huic accidit, nam dum se deum uenerari fatetur, ex eo, quod creandi negotio, curaťq; liberet, deum ipsum prorsus ignorat, quodťque deterius est, mortalium illi passiones ascribit, inuidiam, superbiam, ignorantiam, imbecillitatem. Nisi enim faciat omnia, aut superbus est, aut potius imbecillis, quorum utrunque nefarium. Deus enim unicam, propriamťq; naturam habet, idťque bonum est. Bonus autem, nec superbus est, nec impotens. Ipsum uero bonum, deus est. Bonum quippe, ipsa uis omnium agendorum. Quodcunque genitum, a` deo genitum, idest a` bono, & ab eo, quod omnia potest. Vide quomodo ille quidem facit, quomodo etiam illa fiunt, quod si comprehendere uelis, licet magnam rõnem, perpulchram, atque simillimam intueri. Aspice precor agricultorem, semina in terræ gremium diffundentẽ, hic triticum, ordeum alibi, alibi uero reliqui generis semina, aspice eundem uites, malosque, & ficus repastinantem, atque amputantem. Eodemťque modo deus ipse in cœlum quidem serit immortalitatem, in terram uero mutationem, in totum denique mundum uitam, atq; motum. Hæc autem haud multa sunt, sed pauca, certoťq; numero determinata. Cuncta enim quatuor sunt, ac deus & generatio, quibus omnia comprehenduntur.

Summa textus quartidecimi.

q Vartusdecimus hæc asserit, quæ sensu percipiuntur, facta esse omnia, atque continue fieri, nam quemadmodum ab alio fluunt, qui omnibus omnipotens rebus dominatur, ita quoque ea continue sustinet, ne sua natura sui prona casus ruant in nihilum, cuius

hilum, cuius sola cognitio felicem facit, atque beatum, qui deus, omnium factor, atque pater est, & solus ipse genitor, & cætera omnia genita, interťq; genitorem, & genitum nullum intercipi potest medium, & hæc duo, uniuersa sunt, sunt enim duo omnia, genitor, atque genitum. Præterea hoc asserit, malum a` deo non pendere (ut neq; a` ferrario fabro, ferri rubigo) sed creata sequi opera. Et ex humana nos arte ad diuinam artem concipiendam eleuat, & deum ipsum in cœlo immortalitatem ferere in terra mutationem, in toto uero mũdo uitam, atque motum. Hæc Epilogus. Hæc pauca per modum argumentorum subiecimus, quamuis ingenue fateamur singulum quenque dialogorum maiorem declarationis operam desyderare, & longe prȩstantius, quam nostræ modiculę uires suggerant, ingenium. Prodeat tamen Mercurius hic de diuina potestate nunc in lucem ad dei honorem, & ad illustratiõem legẽtium ex iis præsertim, qui ex gentilibus prodierunt omnibus seculis insigni sermonum pietate conspicuus, cui deinceps librum eiusdem de uoluntate diuina subiungamus.

MERCVRII TRISMEGISTI DIALOGVS LVCIO APVLEIO MADAVRENSI PHILOSOPHO PLATONICO INTERPRETE.

Textus Caput primum.

Sclepius iste, pro sole mihi est deus, deus te nobis o' Asclepi, ut diuino sermoni interesses, adduxit, eiq; tali, qui merito omnium antea a` nobis factoꝝ, uel nobis diuino numine inspiratorum, uideatur esse religiosa pietate diuinior, quem si intelligens uideris, eris omnium bonorum, tota mente plenissimus, si tamen multa sint bona, & nõ unũ, in quo sunt omnia, alterum enim alterius consentaneum esse dinoscitur, omnia unius esse, aut unum esse omnia, ita enim unum alteri connexum, ut separari alterum ab altero nõ possit. Sed de futuro sermone, hoc diligenti intentione cognosces. tu uero o' Asclepi procede paululum, atque nobis, qui interfit, euoca, quo ingresso, Asclepius etiam Amnonem interesse suggessit. Trismegistus ait, nulla inuidia Amnonem prohibet a` nobis, etenim ad eius nomen multa meminimus a` nobis esse scripta, sicuti etiam ad amantissimum, & charissimum filium, multa de physica, exoticaque quamplurima. Tractatum hunc autem tuo ascribam nomini, præter Amnonem uero nullum uoca alterum, ne tantę rei religiosissimus sermo, multorum interuentu uenientium, præsentiaque uioletur, tractatum autem tota numinis maiestate plenissimum, irreligioseę mentis est multorum conscientiæ publicare. Amnone etiam adytum ingresso, sanctoque illo quatuor uirorum religione, & diuina dei completo præsentia, competenti uenerabiliter silentio ex ore Hermú animis singulorum, mentibusque pendentibus, diuinus Cupido sic exorsus est dicere. Trism. O' Asclepi omnis humana immortalis est anima, sed non uniformiter cunctæ, sed aliæ alio more, uel tempore. Ascle. Non enim o' Trismegiste, omnis unius qualitatis est anima. Trism. O' Asclepi, ut celeriter de uera rationis continentia didicisti. Non enim hoc dixi, omnia unum esse, & unú omnia? ut quę in creatore fuerunt omnia, ante quã creasset omnia, nec immerito ipse dictus est oía, cuius mẽbra sunt oía, huius itaq;, qui est unus oía, uel ipse creator omnium, in hac tota disputatione, curato meminisse, de cœlo cuncta descendunt in terram, & in aquã, & in aera. Ignis solũ, qđ sursum uersus fertur, uiuificum, quod deorsum, ei deseruiens. at uero qcqd de alto descendit, generans est, quod sursum uersus emanat, nutriens, terra sola in se ipsam consistens, omnium est receptrix, omniumťq; generum, quæ accipit, restitutrix. Hoc ergo toto (sicut meministi) quod est omnium uel omnia, anima, & mundus a` natura comprehensa agitantur. ita omnium multifor

mi imaginum ęqualitate uariata, ut infinitę qualitatum ex interuallo ſpecies eſſe noſcantur adū
natę tamen ad hoc, ut totum unum, & ex uno omnia eſſe uideantur. totus itaq; quibus forma
tus eſt mundus, elementa ſunt quatuor, ignis, aqua, terra, aer, mundus unus, anima una, deus
unus. Nunc mihi adeſto totus quantum mente uales, quantum calles aſtutia, diuinitatis etenī
ratio, diuina ſenſus intentione noſcenda, torrenti ſimillima eſt fluuio, e` ſummo in pronū, præ/
cipiti rapacitate currenti, quo efficitur, ut intentionē noſtram non ſolum audiendum, uerū etiā
tractantium ipſorum, celeri uelocitate prætereat.

Summa textus cap. I

c Aput primum edocet, omnia unius eſſe, & omnia unum, unius, ut a` quo omnia,
unum, ut omnia effecta, in cauſa ſunt unum, animam humanam omnem immor
talem eſſe, ſed id diuerſa eſſe ſorte, de cœlo omnia deſcendere, quod deſcendit,
generationem præſtare, quod aſcendit, ſurſum q; tendit, ſolum præſtare uitam,
idipſum unum, cuius ſunt omnia, & quod eſt omnia mundum, & mūdi formas
omnes mouere, ex quibus coaluit mundus, ignem, aerem, aquam, & terrā eſſe, & ſicut omnia
corpora, unus mundi corpus unum efficiunt, ita quoque uult omnes rerum formas unam o/
mniformem unius mundi efficere formam, quam mundi uocat animam, quare mundus omni
corpor, atq; omniformis, & hæc ſunt corpus unum, anima una, mūdus unus, deus unus, a` quo
diuina ratio, diuinum q; uerbum, torrenti fluuio e` ſummo in pronum præcipiti rapacitate cur/
renti ſimillimum, omnia permeat, illabitur omnia, influit q; in omnia, & hæc diuina ratio, diui
num q; uerbum, quidnam aliud obſecro quàm diuina ſapientia, omnium artifex? quæ (ut ſapi/
ens canit) omnibus mobilibus mobilior eſt, & quæ cū ſit una, omnia poteſt, & in ſe permanēs
omnia nouat. Hæc prima particula.

Textus cap. II.

e Oelum ergo ſenſibilis deus, adminiſtrator eſt omnium corporum, quoꝝ augmē
ta, detrimenta q; ſol, & luna ſortiti ſunt, cœli uero, & ipſius animæ, & omnium,
quæ in mundo ſunt, ipſe gubernator eſt, qui eſt omnium effector deus, a` ſupradi
ctis enim omnibus, quorum gubernator eſt omnium frequens per mundum fer/
tur influxio, & per animam omnium generum, & ſpecierum omnium, per q; re
rum naturam, mundus autem præparatus eſt a` deo, receptaculum omniformium ſpecierū, na/
turam autem per ſpecies effigiās, mundum per quatuor elementa ad cœlum uſq; adduxit. Cun
cta dei uiſibus placitura, omnia autem deſuper pendentia, in ſpecies diuiduntur, hoc quo dictu
rus ſum modo, genera rerum omnium ſuas ſpecies ſequuntur, ut ſit ita totalitas, genus, ſpecies
generis particula, genus ergo deorum, dęmonum q; genus, æque & hominum, ſimiliter & uo/
lucrum, & omnium, quæ in ſe mundus habet, ſibi ſimiles ſpecies generat, genus eſt & aliud ani
malis, genus ſine ſenſibus quidem, attamen non carens anima, unde beneficiis gaudet, & ad/
uerſis minuitur, atque uitiatur, omnium dico, quæ in terra radicū, ſtirpium q; incolumitate ui/
uiſcunt, quarum ſpecies per totam terram ſparſę ſunt, ipſum cœlum plenum eſt deo, ſupradi/
cta autem genera inhabitant uſque ad loca ſpecierum, earum rerum, quarum omnes immorta/
les ſunt ſpecies. Species enim generis eſt pars, ut homo humanitatis, quam neceſſe eſt ſeq; qua/
litatem ſui generis, unde efficitur, ut quamuis omnia genera ſint immortalia, ſpecies tamen nō
omnes immortales ſunt. Diuinitatis enim genus, & ipſum & ſpecies immortales ſunt, reliquo
rum uero genera, quorum æternitas eſt generis, quamuis per ſpecies occidat, naſcendi tamen
fœcunditate ſeruatur. Ideo q; ſpecies mortales ſunt, ut homo mortalis, immortalis humanitas;
omnibus tamen generibus, omnium generum ſpecies miſcentur, quædam, quæ antefactę ſunt;
quædam, quæ de his factę ſunt, hæc autem, quæ fiunt, aut a` diis, aut a` dæmonibus, aut ab ho/
minibus, omnes ſimillimę generibus ſuis ſpecies, corpora enim impoſſibile eſt conformari ſi/
ne nutu diuino, ſpecies figurari ſine adiutorio dęmonum, animalia inſtitui, & coli, ſine hoībus
nō poſſunt, quicūq; igit dæmonū a` genere ſuo defluētes, in ſpeciē fortuito ꝯiuncti ſunt alicuius
ſpeciei generis diuini, proximitate, et conſortio diis ſimiles habentur. quorū uero dæmonū ſpe
cies qualitate ſui generis perſeuerant, hi amātes hominū rōnē, dęmones nūcupant, ſimilis eſt
et hoīum ſpēs aut eo āplior, multiformis enī, uaria q; hūani generis ſpecies, et ipſa a` p̄dicto defu

per aduenies

per aduenies conſortio, omnium aliarum ſpecierum multas, & prope` omniū per neceſſita/
tem coniunctiones facit, propter quod & prope` deos accedit, qui ſe mēte, qua diis iunctus eſt,
diuina religione diis iunxerit. dæmonibus accedit, qui iis iunctus eſt. humani uero, qui media/
critate ſui generis contenti ſunt, & reliquę hominum ſpecies, iis ſimiles erunt, quorum ſe gene
ris ſpeciebus adiunxerint.

Summa textus cap. II.

c Aput ſecundum. Pro præſentium iuuanda intelligentia, & quorundam ſequen/
tium latere haudquaquam debet, Mercurium longe alio ſignificatu, uti uocabulo
animalis, ac nos uti conſueuimus, item & animæ uocabulo, nam animam ex ſecun
do Pimandri dialogo, motu definit, animal autem ex ſequenti capite, anima defi/
nit, & corpore. quare quicquid uim motricem habet, ſua quidem locutionis obſeruatione, ani
mam habet, quicquid autem animam, & corpus, animal eſt. animal igitur cœlum, mundus, plā
tę, & elementa. Verum noſtra conſuetudo eſt, id ſolum uocare animal, quod ſit corpus anima
tum, ſenſu præditum, & animam nō ſolum motu definimus, ſed uita, ſenſu, ultroneo motu, aut
intellectu. Cum itaq; animal audimus, non noſtro, ſed ſuo more intelligamus, at nunc ad dia/
logum. Contendit cœlum, cœleſte q; corpus ad cætera ſenſibilia, ut homo ad cætera animalia,
homo autem cęteris animalibus, ut animalis deus, cœlum uero cęteris ſenſibilibus, ut ſenſibilis
deus. At deum omnium rectorem, gubernatorem omnium eſſe, quæ ſunt in mūdo, nihil aliud
eſſe crediderim, quàm deum omnibus prouidere, & omnia diſpenſare, per genera, per ſpecies,
quorum omniū mundus eſt receptaculū, & unicuiq; deus, ut apto inſtrumento, munus aliqd
impartit, ut ſol, & luna, ad rerum ortus & obitus, ad rerum augmenta, & detrimenta ſunt diui
nitatis organa, & homines per angelos, bruta uero per homines diſpenſat. At uero quod de
dæmonibus dicit, ſpecies ſine eorum adiutorio nō figurari, & quoſdam hæſiſſe generi diuino,
& proximitate, & conſortio diis ſimiles habitos, quoſdam uero in qualitate ſui generis perſe/
ueraſſe hominum rationem amantes, ſcimus ex ſacris literis, angelos, qui non ſeruauerūt ſuum
principatum, reliquiſſe ſuum domicilium, & in iudicium magni dei uinculis æternis ſub caligi/
ne reſeruatos, qui, & ſi ſimulent ſe hominum amatores, minime tamen amant, ſed ad præcipi
tia pertrahunt, quod a` principio fecerunt, amare enim ſimulantes, cum mortem hominibus in
tulerunt, dicebant nequaquam moriemini, ſed eritis ſicut dii ſcientes bonum & malum, quæ
igitur de dæmonibus hic dicit, non ſatis accommode uidentur poſſe ad piam trahi intelligen/
tiam, ſed errorem gentium ſequi, uerum de hominibus, qui hærent deo, diuinos euadere, qui
autem dæmonibus in ſortes recipi dæmonum, dæmonibus q; iungi, qui in iudicium (ut dictum
eſt) magni dei uinculis æternis ſunt reſeruati, ingenue fatemur, nam ex dei ore pronuntiatum
» eſſe cognoſcimus, dicturum in iudicio iis, qui in ſiniſtra parte erunt, diſcedite a` me maledicti in
» ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. ſed qui nam illi erunt, niſi qui dæmo
nibus in hoc mundo adhæſerunt? Hęc pro ſecunda partitione.

Textus cap. III.

p Ropter hoc o' Aſclepi magnum miraculum eſt homo, animal adorandum, & ho
norandum, hoc enim in naturam dei tranſit, quaſi ipſe ſit deus, hoc dęmonum ge
nus nouit, utpote qui cum eiſdem ortum ſe eē cognoſcat, hoc humanę naturę par
tem in ſeipſo deſpicit, alterius partis diuinitate confiſus. O' hominum, quanto eſt
natura temperata felicius, ac diis cognata diuinitate coniunctius, partem ſui, qua terrenus eſt, in
tra ſe deſpicit, cætera omnia, quibus ſe neceſſarium eſſe cœleſti diſpoſitōe cognoſcit, nexu ſeſe
charitatis aſtringit, ſic q; ſuſcipit cœlum, ſic ergo feliciore loco medietatis eſt poſitus, ut quæ in
fra ſe ſunt diligat, ipſe a` ſuperioribus diligatur, colit terram, elementis uelocitate miſcetur, a/
cumine mentis in maris profunda deſcendit, omnia illi lucent, non cœlum uidetur altiſſimum,
quaſi enim e` proximo ſagacitate animi intuet, intentionē animi eius nulla aeris caligo cōfundit,
non denſitas terræ operā eius impedit, non aquæ altitudo profunda deſpectum eius obtundit,
oīa idem eſt, & ubiq; idem eſt hoꝝ oīum geneꝝ, quæ ſunt aīalia, deſuper deorſum radices pue
nientes habent, inanimalium uero de imo, in ſuperna una radice ſylueſcunt, quædam dupli/
cibus aluntur elementis, quædam autem ſimplicibus. alimenta autē ſunt bina, animæ, & cor/
poris, e` quibus animalia conſtant, anima mundi inquieta ſemper agitatione nutritur. corpo/
rea ex aqua, & terra inferioris mundi alimentis augeſcunt. Spiritus, quo plena ſunt omnia,
permiſtus cunctis, cuncta uiuificat, ſenſu addito ad hominis intelligentiam, quæ quinta pars

sola homini concessa est ex æthere, sed de animalibus cunctis, humanos tantum sensus ad di-
uinæ rationis intelligentiam exornat, erigit, atque sustollit. sed quoniam de sensu commo-
neor dicere, paulopost & huius rationem uobis exponam. est enim sanctissima, & magna,
& non minor quam ea, quæ est diuinitatis ipsius. sed nunc uobis expediã, quæ cœperam. dice-
bam enim in ipso initio rerum de coniunctione deorum, qua homines soli (eorum dignatione)
perfruntur. Verum ii hominum quicunq; tantum felicitatis adepti sunt, ut illum intelligentiæ
diuinum perciperent sensum, qui sensus est diuinior in solo deo, & in humana intelligentia.
Ascle. Non enim omnium hominum o' Trismegiste uniformis est sensus. Trism.
Non omnes o' Asclepi intelligentiam ueram adepti sunt, sed imaginem temerario impetu, nul
la uera ratione inspecta, sequentes, decipiuntur, quæ in mentibus malitiam parit, & transfor-
mat optimum animal in naturam fere`, mores'q; belluarum. de sensu autem, & de omnibus si-
milibus, quãdo & de spiritu, tunc totam uobis præstabo rationem. Solum enim animal homo
duplex est, & eius una pars simplex est, quę, ut græci aiunt aut quam uocamus di
uinæ similitudinis formam, est autem quadruplex quod græci, nos mundanum di
cimus, ex quo factum est corpus, quo circuntegitur illud, quod in homine diuinum esse iam di-
ximus. in quo mentis diuinitas tecta sola, cum cognatis suis, ideſt mentis pure sensibus, secum
ipsa conquiescat, tanquã muro corporis septa.

Summa textus cap. III.

t Ertium caput effert hominis dignitatem, in qua summopere recognoscendus, tã-
torum beneficiorum actor, ingenti'q; amore, & perennibus gratiarum actionibus
semper prosequendus, qui tantis, tam'q; excellentibus donis hominem insigniuit.
nam, ut uult, effectus est homo, ut in diuinam naturam transeat angelorum, dęmo
num'q; genus cognoscens, cũ angelis nascitur, quos habet ab ipso natiuitatis exordio præsides,
& custodes, naturã sortitus ímortalibus cognatã, deiq; insignitam charactere, cõpositus ex mor
tali, & imortali, terrena, & supramundana particula, qui uero diuinitatis dotes non ignorat,
terrenam despicit, immortali autem, & supramundana parte confidit, ad cœlum suspirat, ut q
illic meliore sui parte, omnia sentiat affinia, attamẽ in mundi medio positus, cætera, quibus se
diuina ordinatione necessarium esse cognoscit, secum nexu charitatis astringit, ut quæ infra se
sunt diligens, a` superioribus diligatur. colit terram, elementis uelocitate miscetur, acumine mẽ
tis, in profunda descendit, omnia illi lucent, cœlum non uidetur altissimum, quippe qui quasi è
proximo, sagacitate animi, ipsum intuetur, intentionẽ animi eius aeris caligo non confundit.
nõ densitas terræ operam eius impedit, non altitudo aquæ profunda despectum eius obtun-
dit, & ex animalibus cunctis, deus humanos tantum sensus, ad diuinæ rationis intelligentiam
exornat, erigit, atq; sustollit, intelligentia autem uel sola, hominis pars, ætheria, ímortalis, & su
pramundanorũ naturam sortita, attamen hominum quidam, diuinum sensum adepti sunt, &
felices quidem, qui pia mentis intentione in deum iugiter feruntur, quidam uero mundanam,
& sensualem, umbratilem quandam ueræ, diuinæ'q; intelligentiæ imaginem, quam qui sequũ
tur, errant, nam hæc diuinæ intelligentiæ obumbratio in eorum mentibus, qui illam sequũtur,
malitiam parit, & transformat hominem, natura quidem optimum, & diuinum animal, in na-
turam fere`, mores'q; bestiarum. Hæc tertiæ particulæ summa.

Textus cap. IIII.

a Scle. quid ergo oportuit o' Trismegiste, hominem in mundo constitui, & non
ea parte, qua deus est, eum in summa beatitudine degere? Trism. Recte
quęris o' Asclepi, & nos enim deum rogamus, ut tribuat nobis facultatem redden
dę rationis istius. cum enim omnia uoluntate eius dependeant, tum illa uel maxi-
me, quæ de tota summitate tractantur, quam rationem præsenti disputatione conquirimus, au
di ergo Asclepi. dominus & omnium conformator, quem recte deum dicimus, cum a` se secun
dum fecerit, qui uideri, & sentiri possit, eundem secundum sensibilem ita dixerim, nõ ideo, qđ
ipse sentiat (de hoc enim, an ipse sentiat an non, alio dicemus tempore) sed eo quod uidentium
sensus incurrit, quoniã ergo hunc fecit ex se primũ, & a` se secundũ, uisus'q; est ei pulcher, utpo
te q se oĩum bonitate plenissimus, amauit eum, ut diuinitatis suæ partẽ. ergo qđ tãtus, & tã bo
nus eẽt, uoluit aliũ, qui illũ, quẽ ex se fecerat, ítueri potuisset, simulq; & rõnis imitatorẽ, & dili-
gentiæ, fecit

gentiæ, fecit hominem, uoluntas etenim dei, ipsa summa est perfectio, utpote cum uoluisse, &
perfeciſſe uno, eodem'q; temporis puncto compleat, cum itaq; animaduerteret deus,
non posse omnium rerum esse diligentem, nisi eam mundano integumento contegeret, texit
eam corporea domo, tales'q; omnes esse præcepit ex utraq; natura, in unum confundens, mi-
scens'q;, quantum satis esse debuisset. Itaq; hominem conformauit ex animi, & corporis, ideſt
ex æterna, & mortali natura, ut animal ita conformatum utriq; origini suę satisfacere possit, &
mirari, atq; orare cœlestia, & æterna, & incolere, atq; gubernare terrena, modo autẽ dico mor-
talia, non aquam, & terram, quæ duo de quatuor elementis subiecit natura hominibus, sed ea,
quæ ab hominibus, aut in his, aut de his fiunt, ut ipsius terræ cultus, pascua, ædificatio, portus,
nauigationes, cõmunicationes, commodationes alternæ, qui est humanitatis inter se firmissi-
mus nexus, & pars est mundi, quæ est aqua, & terra, quę pars terrena mundi, artium, disciplina
rum'q; cognitione, atq; usu seruatur, sine quibus mundum deus noluit esse perfectum, placita
enim dei necessitas sequitur, uoluntatem comitatur effectus, neq; enim credibile est deo displici
turum esse, quod placuit, cum & futurum id, & placiturum multo ante sciuerit.

Summa textus cap. IIII.

q Vartum cap. discutit, cur deus hominem non in intelligibilium regione, sed in mũ
do constituerit, & aperta est discussio. Et etiam cur ex utraq; natura, mortali & im
mortali, hominem temperauerit. & Visionem diuinæ similitudinis formã, quã'q;
ad suam similitudinem, & imaginem creauit mentem, mundano, corporeo'q; con
texerit integumento, & uoluntatem dei, summam esse rerum perfectionem, quam necessitas
sequitur, necessitatem autem comitatur effectus, nã deus, uoluisse, & perfeciſſe, uno, eodem'q;
temporis puncto complet, quod mundum secundum deo, & hic & cap. sexto appellat, perin-
de est, ac si duitatem secundam appellas unitatem, nam duitas una, unus'que binarius, sed mo-
nas absolute una, binarius autem non absolute unus, sed participatione, contractione'q; unus,
& secundus unus. ita deus unus, absolute deus, mundus autem nõ deus, sed participatione de-
us, & sensibilium rerum pulcherrimum dei uestigium. Hęc pro quarta Asclepi particula.

Textus cap. V

s Ed o' Asclepi, animaduerto, ut celeri mentis cupiditate, festines audire, quomodo
homo cœli, uel eorum, quæ in eo sunt, delectum possit habere, uel cultũ. audi itaq;
o' Asclepi, delectatus dei cœli, cum iis, quæ insunt omnibus, una est obsequiorum
frequentatio, hanc aliud animal non confecit, nec diuinorum, nec animalium, ni-
si solus homo, hominum enim admirationibus, adoratiõibus, laudibus, obsequiis, cœlum, cœ
lestes'q; delectantur, nec immerito in hominum cœtum, musarum chorus est summa diuini-
tate demissus scilicet, ne terrenus mundus uideretur incultior, si modulorum dulcedine caruis-
set, sed potius, ut modulatis hominum cantilenis, cõcelebraretur laudibus, qui solus omnia aut
pater est omnium, atq; ita cœlestibus laudibus, nec in terris harmoniæ suauitas defuisset, aliqui
enim, ipsi'que pauciſſimi, pura mente p̃diti, sortiti sunt cœli suspiciendi uenerabiliorem curam,
quicunq; autem ex duplici naturæ suæ confusione, interiorem intelligentiam mole corporis re
sciderunt, curandis elemẽtis, his'q; inferioribus sunt p̃positi, animal ergo homo nõ quidem eo
est minor, quod ex parte mortalis sit, sed ex eo forte aptius, efficacius'q; compositus ad certam
rationem mortalitate auctus esse uideatur, scilicet quoniam utrunq; nisi ex utraq; natura susti-
nere non potuisset, ex utraq; formatus est, ut & terrenum, & diuinum posset habere delectum,
rationem uero tractatus istius o' Asclepi, non solum sagaci intentione, uerum etiã cupio te ani
mi uiuacitate percipere, est enim ratio plurimis incredibilis, integra autem, & uera percipien-
da sanctioribus mentibus, itaq; hinc exordiar.

Summa textus cap.

q Vintum cap. instruit, musicam suauitatem, ad concinendas dei, cœlestium'que
laudes, hominibus indultam, quod & propheras diuino spiritu plenos, præcipere
cognoscimus, cum iubilare, cum psallere deo, cum laudare dominũ in tympano,
in choro, in chordis, in organo præcipiunt. hic enim musarũ, totius'q; musicę opti
mus finis. Litera de se conspicua.

Textus cap. VI.

Eternitatis dominus, deus primus est, secundus est mundus, homo est tertius. effector mundi, deus, & eorum, quæ insunt omnium, simul cuncta gubernãdo, cũ
a ipso homine gubernatore composita, quod est totum suscipiens homo, ideſt curam, pprie effecit diligentiæ suæ, ut sit ipse, & mundus, uterq; ornamento sibi, ut ex hac hominis diuina compositione, mundus græce rectius κόσμος dictus uideatur. Is nouit se, nouit & mundum, scilicet ut meminerit quid partibus conueniat suis, quibus sibi utendum, quibus sibi inseruiendum sit, recognoscat, laudes, grates'que maximas agens deo, eius imaginem uenerans, non ignarus se etiam secundam esse imaginem dei, cuius sunt imagines duę, mundus scilicet, & homo, unde efficitur, ut, quoniam est ipsius una compago, parte, qua ex anima, & sensu, & spiritu, atq; ratione, diuinus est, uelut ex elementis superioribus ascendere posse uideatur in cœlum. parte uero mundana, quæ cõstat ex igne, & aqua, & aere, mortalis restet in terra, ut naturæ suæ omnia mundana uidua, deserta'q; dimittat, sic enim humanitas ex parte diuina, & ex parte mortalis est effecta in corpore consistens, est autem mẽsura eius utriusq; ideſt hominis, ante omnes religio, quam sequitur bonitas, ea demum tunc uidetur esse perfecta, si etiam cupiditatum omnium alienarum rerum sit despectus uirtute munita. sunt enim ab omnibus diuinæ cogitationis partibus, aliena omnia, quæcunq; terrena corporali cupiditate possidentur, quæ merito possessionum nomine nuncupantur, quoniam non nata sunt nobiscum, sed postea a` nobis possideri receperunt. omnia ergo huiusmodi ab homine aliena sunt, etiam corpus, ut & ea, quæ appetimus, & illud, ex quo appetentię nobis est uitium, despiciamus, ut enim animum rõnis ducit intentio, homo hactenus esse debuit, ut contemplatione diuinitatis, partem, quæ sibi iuncta mortalis est, mundi interioris necessitate seruandi, despiciat, atq; contẽnat, nam ut homo ex utraq; parte possit esse plenissimus, quaternis eũ utriusq; partis elementis animaduerte esse formatum, manibus & pedibus utrisq; binis, aliis'q; corporis mẽbris, quibus inferiori, ideſt terreno mũdo deseruiat, illis uero partibus quatuor, sensus, animi, memoriæ, atq; prouidentiæ, quarum ratione, cũcta diuina norit, atq; suspiciat. unde efficit, ut rerum diuersitates, qualitates, effectus, quãtitates, suspicioſa indagine homo sectetur. Retardatus uero graui, & nimio corporis uitio, has naturę rerum causas, quæ uerę sunt, proprie perui dere non possit. hunc ergo sic effectum, conformatum'q;, & tali ministerio, obsequio'q; præposito a` summo deo, eumq; competenter, munde mundum seruando, deum pie colendo, digne & competenter in utroq; dei uoluntati parentem, talem quo munere credis esse munerandum, siquidem cum dei opera sit mundus, eius'q; pulchritudinem, qui diligentia seruat, atq; auget, operam'q; suam cum dei uoluntate coniungit, cum speciem, quam ille intentione diuina formauit, adminiculo sui corporis, diurno operæ, cura'q; componit, nisi eo, quo parentes nostri munerati sunt, quo etiam nos quoq; munerari, si fuerit diuinæ pietati cõplacitum, optamus piissimis uotis, ut emeritos, atq; exutos mundana custodia, nexibus mortalibus absolutos, naturæ superioris partis, ideſt diuinæ, puros, sanctos'q; restituat. Asclep. Iuste, & uere dicis o' Trisme giste, hæc enim merces, pie sub deo, diligenter cum mundo uiuentibus. secus enĩ, impie'q;, qui uixerint, & reditus denegatur in cœlum, & constituitur in corpora alia, indigna sancto animo, & fœda migratio, ut iste rationis sermo processit o' Trismegiste, futuræ æternitatis spe animæ, in mundana uita periclitantur. sed aliis incredibile, aliis fabulosum, aliis forsitan uideatur eẽ deridendum. Res enim dulcis est, in hac corporali uita, qui capitur de possessionibus fructus. quare animam obtorto (ut aiunt) detinet collo, ut in parte sui, quæ mortalis est, inhæreat, nec sinit partem diuinitatis agnoscere, inuidens immortalitati malignitas, ego enim tibi quasi prædiuinans dixero, nullum post nos habiturum delectum simplicẽ, qui est philosophiæ, quæ sola est in cognoscenda diuinitate frequens obtutus, & sancta religio, multi etenim eam multifaria ratione confundunt. Quomodo ergo multi incomprehensibilem philosophiam afficiũt, aut quẽ admodum multifaria ratione confundunt? Trism. O' Asclepi, hoc modo, in uarias disciplinas, nec comprehensibiles, eam callida commentatione miscẽtes, Arithmeticam, Musicam, Geometriam. Puram autem philosophiam, eamq; tantum diuina religione pendentem, tantũ intendere in reliquas oportebit, ut apocatastases astrorum, stationes præfinitas, cursum'q; commutationis, numeris ꝑstare miretur. Terræ uero dimensiones, qualitates, quantitates, maris ꝑfunda, ignis uim, & horũ oĩum effectus, naturã cognoscẽs, miret, adoret, atq; collaudet artẽ, mẽtem'q; diuinã. Musicen uero nosse, nihil aliud est, nisi cunctarũ rerũ ordinẽ scire, quę'q; sit diuina rõ sortita. Ordo enĩ rerum singularũ, in unum omnium artifici rõne collatus, ꝑcentũ quendam melo diuino dulciſonum, uerissimum'que conficiet. Asclepius. Quid ergo homines post nos erunt? Trism. Sophistarũ calliditate decepti, a` uera, pura, sancta'q; philosophia auertentur. simplici enim mente, & anima, diuinitatem colere, eius'q; facta uenerari, agere etiam dei uoluntati gratias, quæ est bonitatis sola plenissima, hæc est nulla animi importuna curiositate, uiolata philosophia. & de his sit hucusq; tractatum.

Summa textus cap. VI.

Extum cap. differit, deum absolute primum esse deum. mundum, secundum, nõ
s absolute, sed participatione deum, ut qui sit prima absoluti dei imago. hominem, tertium diuinitatis participatione deum, & secundam dei imaginem. deus autem non imago, sed imaginum omnium ueritus hominem, anima, sensu, spiritu, ratione, tanquam superioribus elementis, posse in cœlum ascendere. qua uero igne, aere, aqua, terra coalitus est, mortis obnoxiũ, terrę mũdana oĩa diuina illa parte uiduata relinquere. Mẽsurã ad cuius modũ uiuere debet homo, religionẽ esse, quam sequit' bonitas, & quæ perfecta tandem esse uidet', cũ cupiditates oĩum alienarũ rerũ uirtute mũita despicit, possessiões, corp⁹, & ea oĩa, q̃ appetimus, & ipsum deniq; appetitiõis sensum. hõ enĩ hactenus esse, dici'q; debet, ut sua fert sn̄ia, q̃tenus rõnis intentio aĩum ducit. adeo'q; ut diuinitatis ꝑtẽplatione, eã partem, quæ mortalis est, sibi quidem mundi inferioris necessitate seruandi, adiuncta contemnat, atq; despiciat. de posteris Ægyptiis diuinat Asclepius, nullum post eos futurum, qui puram, & de cognoscendo deo adipiscatur philosophiam. Mox Hermes redit, ad quid terrę dimensiones, ideſt geometriam, qualitates, quantitates, maris profunda, & ignis uim, horum'q; omnium naturam, ideſt uniuersam de numeris cœlestibus globis, rebus'q; naturalibus philosophiam, discere hominem oporteat, sane` ut admiretur, adoret, collaudet artem, mentem'q; diuinam, horum omnium artificem. hanc enim puram esse philosophiam, atq; tantum diuina religione pendentem, hanc musicam, hunc concentum, nosse cunctarum rerum ordinem, quem quæq; res, diuina ratione sortita est, atq; in uitium ad omnium artificem rationem collatum, concentum quendam diuino melo dulcissimũ, uerissimum'q; efficere. & philosophiam nulla animi importuna curiositate uitiatam, simplici mente, & anima, diuinitatem colere, eius'q; facta uenerari, agere etiam dei uoluntati gratias, quæ est bonitatis sola plenissima. Confirmat'q; Asclepii uaticinium. Hæc sexta partitio.

Textus cap. VII.

E spiritu uero, & de his similibus, hinc sumatur exordium. fuit deus, & hyle, quã
d græce credimus mundum, & mundo comitabatur spiritus, sed nõ similiter ut deo, nec deus sunt hæc, de quibus mundus est. iccirco non erant, quando nata non erant. sed in eo iam tunc erant, unde nasci habuerunt. Non enim ea sola non nata dicuntur, quæ nec dum nata sunt, sed ea, quæ carent fœcunditate generandi, ita ut ex eis nihil nasci possit. Quæcunq; ergo sunt, quibus inest natura generandi, hæc & generabilia sunt, quæ de his nasci possunt, tametsi ea ex se nata sunt, neque enim dubitatur ex iis, quæ ex se nata sũt, facile nasci posse ea, de quibus cuncta nascuntur. Deus ergo sempiternus, deus ęternus, nec nasci potest, nec potuit, hic est, hic fuit, hic erit semper, hæc ergo est, quæ ex se tota est, natura dei. Hyle autem, uel mundi natura, & spiritus, quamuis nata uideantur a` principio, tamen in se nascendi, procreandi'q; uim possident, atq; naturam fœcunditatis, etenim initium in qualitate naturæ est, quæ & conceptus, & partus in se possidet uim, atque naturam, hæc itaque sine alieno concepto est, sola generabilis, at uero ea, quæ uim solam concipiendi habent, ex alterius commistione naturæ, ita discernenda sunt, ut hic locus mundi cum iis, quæ in se sunt, uideatur esse non natus, qui utiq; in se uim totius naturę habetur, locum autem dico, in quo sunt omnia, neq; enim hæc omnia esse potuissent, si locus deesset, qui omnia sustinere potuisset, omnibus enim rebus, quæ fuerunt, præcauendum est loco, nec qualitates enim, nec quãtitates, nec positiões, nec effectus dignosci potuissent, earum rerum, quæ nusquã sunt, sic ergo & mundus, quamuis natus non sit, in se tamen omnium naturam habet, utpote qui omnibus iis ad concipiendum finus præstat fœcundissimos, hoc ergo est totum qualitatis, materiæ'q;, quæ creabilis est, tametsi creata non est. sicut enim natura materia qualitatis fœcunda est, sic & malignitatis eadem est, æque fœcũda. Nec ego dixi o' Asclepi, & Amon (quod a` multis dicitur) num poterat deus incidere, atq; auertere a` rerum natura malitiam? quibus respondendum nihil omnino est. Vestri tamen causa & id prosequar, quod cœperam, & ratiõem reddam, dicunt enim ipsi, deũ debuisse oĩariam mundum a` malitia liberasse, ita enim in mũdo est, ut quasi membrũ ipsius uideatur esse, prouisum, cautum'q; est (quantum rationabiliter potuisset) a` summo deo, tunc cum sen

ſu, diſciplina, intelligentia, mentes hominum eſt munerare dignatus. his enim rebus, quibus cę teris anteſtamus animalibus, ſoli poſſumus, malitiæ fraudes, dolos, uitiaque uitare. ea enim qui ante quam iis implicitus eſt, ex aſpectu uitarit, is homo eſt diuina ſtelligentia, prudentiaq; munitus, fundamentum enim eſt diſciplinę, in ſumma bonitate conſiſtens, ſpiritu autem miniſtrantur omnia, & uegetantur in mundo, & quaſi organum, uel machina ſummi dei uoluntati ſubiectus eſt, itaq; hactenus intelligatur a nobis mēte ſola intelligibilis ſummus, q dicitur deus, rector, gubernatorq; ſenſibilis dei eius, qui in ſe complectitur omnem locum omnem rerū ſubſtātiam, totamq; gignentium, creantiumq; materiam, & omne quicquid eſt, quantūcunq; eſt. ſpiritu uero agitantur, ſiue gubernantur omnes in mundo ſpecies, unaquæq; ſecundū naturam ſuam a deo diſtributam ſibi. Hyle autem uel mundus omniū eſt receptaculum, omniumq; agitatio, atq; frequentatio, quorum deus gubernator, diſpenſans omnibus rebus mundanis, quantum unicuiq; neceſſarium eſt, ſpiritu uero implet omnia, ut cuiuſq; naturæ qualitas eſt. Eſt enī caua mundi rotunditas in modum ſphæræ, ipſa ſibi qualitatis, uel formę ſuę cauſa, inuiſibilis tota, quippe cum quencunq; in ea ſummū ſubter deſpiciendi cauſa delegeris locum, ex eo in imo quid ſit uidere non poſſis, propter quod multis locis inſtar, qualitatemq; habere creditur, per formas enim ſolas ſpecierum, quarum imaginibus uidetur inſculpta, quaſi uiſibilis credit, cum depicta monſtrat, re autem uera eſt ſibiipſi inuiſibilis ſemper, ex quo eius imum uel pars (ſi locus eſt) in ſphæra græce dicitur. ſiquidem græce uidere dicitur, quo uiſu imū ſphærę careat, unde & ἰδέαι dicuntur ſpecies, quod ſint inuiſibilis formę, ab eo itaq; quod uiſu priuantur, græce ades, ab eo, quod in imo ſphæræ ſunt, latine inferi nūcupantur. Hæc ergo ſunt principia, & antiquiora, & quaſi initia, uel capita omnium, quæ ſūt, in his, aut per hæc aut de his.

Aſcle. Omnia ergo ipſa, ut dicis, quæ ſunt o Triſmegiſte mundana (ut ita dixerim) ſpecierum, omniumq; inſunt, in uniuſcuiuſq; ſicuti eſt, tota ſubſtantia. Triſm. Mundus itaq; nutrit corpora, ſpiritus animas. ſenſus autem (quo dono cœleſti ſola felix ſit humanitas) alit mētem, neq; enim omnes, ſed pauci, quorum ita mens eſt, ut tanti beneficii capax eſſe poſſit. ut enim ſole mūdus, ita mēs humana iſta clareſcit lumine, & eo amplius. Nā ſol quicquid illuminat, aliquando terræ & lunæ interiectu, interueniente nocte, eius priuat lumine, ſenſus autem cum ſemel fuerit animæ cōmiſtus humanę, fit una ex bene coaleſcente commiſtione natura. ita ut nunq̄ eiuſmodi mentes caliginū impediant erroribus. unde iuſte ſenſus deorum animas eſſe dixerunt, ego uero nec eorum dico omniū, ſed magnorum quorūq;, & principalium.

Summa textus cap. VII.

c Aput ſeptimū continet de geneſi mūdi, de Hyle, mūdiq; materia, de ſpiritu comitante, & de loco, uelatam philoſophiam. Oīa mūdana in mūdo eſſe mundum in deo, continens, locum appellat. proinde, locum mundi natum eē non uult, mūdū autem natum eſſe, & nō natum, natū quidem, ſi creaturarū opificium reſpicis, at non natum, ſi opificiis reſpicis ueritatem. Hyle enim et ſpiritus, mundus ſcilicet, & uis quędam diuina per omnia means, atq; diffuſa, in mundi opificio non erant quando nata non erant, ſed in eo (inquit) iam tunc erant. unde naſci debuerunt, ſed in quo nā erant, niſi in diuino illo uerbo, per quod omnia facta ſunt? & in quo, & quod factum eſt, uita erat, & unde tandem factum prodiit quicquid eſt factum. Hylē fœcundam eſſe ęque qualitatis, quæ rationē boni habet, & æque fœcundam malitię. quod boni, maliq; æque ſit capax. ceu terra eadē, ſalutariū, & noxiarum herbarum fœcunda eſt, idq; habet terra, tanquam proprietatis ſuæ membrum, ſic & Hyle. Attamen deum in hominibus prouidiſſe (quantum rationabiliter oportuit) ſenſu, licet diſciplinam, intelligentiam, aduerſus huiuſmodi materialem, proprietatem, ne malitia noſtram hylen occuparet, ceu noxia quædam herba deſertam, neglectam, incultamq; terram inſuper de ſpiritu in omnia diffuſo, de inferis, de ſenſu, qui eſt ſuperiorum mentium in humanas mentes illapſio, ceu radiorum lucis in oculos, paucula quædam diſceptat. hæc ſeptima particula.

Textus cap. VIII.

a Scle. Quos dicis rerum capita uel initia p̄mordiorum o Triſmegiſte? Triſm. Magna tibi pādo & diuina nudo myſteria. cui rei initiū facio, exoptato fauore cœleſti. Deoꝝ gña multa ſūt, eorumq; oīum pars ītelligibilis, alia uero ſenſibilis ps. intelligibiles dicuntur, non ideo quod putentur nō ſubiacere ſenſibus noſtris (magis enim ſentimus eos, quam eos, quos uiſibiles nuncupamus) ſicuti diſputatio per docebit, & tu ſi intendas, poteris peruidere. ſublimis enim ratio, eoq; diuinior ultra hominū mentes, intentionesq; conſiſtens, ſi non attentiore aurium obſequio, uerba loquentium acceperis, tranſ

uolabit &

uolabit, & tranſfluet, aut magis refluet, ſuiq; fontis liquoribus miſcebit ſe, ſunt ergo omnium ſpecierum principes dii, hos ſequuntur dii, quorum eſt princeps .hi ſenſibiles utriuſque originis ſuæ conſimiles, qui per ſenſibilem naturam conficiūt omnia. altera per alterum unuſquiſque opus ſuum illuminans. cœli, uel quicquid eſt, quod eo nomine comprehenditur, eſt Iupiter, per cœlum enim, Iupiter omnibus præbet uitam. ſolis eſt lumen. Bonum enim luminis, per orbem ſolis nobis infunditur XXXVI. (quorum uocabulum eſt Horoſcopii) in eodem loco ſemper defixorum ſyderum, horum uel princeps eſt, quem Pantomorphon, uel Omniformem uocant, qui diuerſis ſpeciebus, diuerſas formas ſacit. ſeptem ſphæræ, quæ uocantur erraticæ, habent , ideſt ſuos principes, quam fortunam dicunt, & , quibus immutantur omnia, lege naturæ ſtabilitate firmiſſima, & ſempiterna agitatione uariata. aer uero organum eſt, uel machina omniū, per quam omnia fiunt. eſt autem uſiarches huius ſecundus. mortalibus mortalia, & his ſimilia. His ergo ita ſe habentibus ab imo ad ſummum ſe mouentibus, ſic ſibi connexa ſunt omnia pertinentia ad ſe naturaliter, ut mortalibus mortalia, ſenſibiliaq;, ſenſibilibus annexa ſint, ſumma uero gubernationis, ſummo illi domino paret, ut non multa, aut potius unum. ex uno etenim cuncta pendentia, ex eo potius defluentia, cum diſtantia uidentur, creduntur eſſe plurima diuiſim. adunata uero unum uel potius duo, unde fiunt omnia, & a quo fiunt, ideſt de materia, de qua fiunt, & ex eius uoluntate, cuius nutu efficiuntur alia. Aſcle. Hæc iterum ratio, quæ eſt o Triſmegiſte? Triſmegiſtus. Talis o Aſclepi. Deus etenim uel pater, uel dominus omniū, uel quocunque alio nomine ab hominibus ſanctius, & religioſius nuncupetur, quod inter nos, intellectus noſtri cauſa, debet eſſe ſacratum, tanti eius numinis contemplatione, nullo ex iis nominibus eum definite nūcupauimus. ſi enim uox hæc eſt ex aere ſpiritu percuſſo ſonus, declarans omnem hominis uoluntatem, uel ſenſum, quem forte ex ſenſibus mente perceperit, cuius nominis tota ſubſtantia paucis compoſita ſyllabis, definita atque circunſcripta eſt, ut eſſet in homine neceſſarium uocis, aurium commercium, ſimul & ſenſus, & ſpiritus, & aeris, & omnium in his, & per hæc, an cum his nomen eſt totum dei? non enim ſpero, totius maieſtatis effectorem, omniumq; rerum patrem, uel dominum, uno poſſe quamuis e multis compoſito nomine nuncupari. hunc uero uno nomine, uel potius omni nomine (ſiquidem is ſit unus, & omnia ſit) neceſſe aut omnia eſſe eius nomen, aut ipſum omnium nominibus nuncupari. hic ergo ſolus, ut omnia, utriuſque ſexus fœcunditate pleniſſimus, ſemper uoluntate ſua prægnans, parit, quicquid uoluerit procreare. Voluntas eius eſt bonitas omnis. hæc eadem bonitas omnium rerum eſt. ex diuinitate eius, natura nata, ut ſint omnia, ſicut ſunt, & fuerunt, & futuris omnibus dehinc natura ex ſe naſcendi ſufficiat. hæc ergo ratio o Aſclepi tibi ſit reddita, quare & quomodo fiant omnia utriuſque ſexus. Aſclepius. Ergo deum dicis o Triſmegiſte. Triſmegiſtus. Non ſolum deum o Aſclepi, ſed animalia, omnia, & inanimalia. impoſſibile enim eſt aliquid eorum, quæ ſunt, infœcundum eſſe. fœcunditate enim dempta ex omnibus, quæ ſunt, impoſſibile erit ſemper eſſe, quæ ſunt. Ego enim & naturam, & ſenſum, & mundum dico in ſe continere hanc naturam, & nata omnia in ſe conſeruare. procreatione enim uterq; plenus eſt ſexus, & eius utriuſque connexio, aut (quod eſt uerius) unitas incomprehenſibilis eſt quam, ſiue Cupidinem, ſiue Venerem, ſiue utrunq; poteris recte nuncupare. hoc ergo omni uero uerius, manifeſtius q; mente percepto, quod ex omni illo loco totius naturæ deo, hoc ſit cunctis in æternum procreandi inuentū, tributumq; miniſterium. cui ſumma charitas, lætitia, hilaritas, & cupiditas, amorq; diuinus, innatus eſt. & dicendum foret quāta ſit eius miniſterii uis, atq; neceſſitas, niſi ex ſui contemplatione unicuiq; ex intimo ſenſu nota eſſe potuiſſet. ſi enim illud extremum temporis, quo ex cerebro ad ritum peruenimus, ut utraq; in utranq; fundat natura progeniem, animaduertis, ut altera alterius auide rapiat ſemen, interiusq; recondat. denique eo tempore ex commiſtione communi, uirtutem marium etiam fœminæ adipiſcuntur, & mares fœmineo corpore, lateſcunt. Effectus itaque huius tam blandi, neceſſariiq; miniſterii in occulto perpetratur, ne uulgo irridentibus imperitis, utriuſque naturæ diuinitas ex commiſtione ſexus cogatur erubeſcere. multo magis etiam, ſi uiſibus irreligioſorum hominum ſubiiciatur. ſunt autem non multi, aut admodum pauci, ita ut numerari etiā in mundo poſſint, religioſi. unde contingit in multis remanere malitiā, defectu prudentiæ, ſcientiæq; rerum omnium, quæ ſunt. ex intellectu enim religionis diuinæ, qua conſtituta ſunt omnia, contemptus, medelaq; naſcitur uitiorum totius mundi. perſeuerante autem imperitia, atq; inſcitia,

uitia omnia conualeſcunt, uulnerant'q; animam inſanabilibus uitiis, quæ infecta iſſdem, atq; uitiata, quaſi uenenis intumeſcit, niſi eorum, quorum animarũ diſciplina, & intellectus, ſumma curatio eſt. ſi ergo ſolis, & paucis hoc proderit, dignum eſt hunc proſequi, atq; expedire tractatum, quare ſcilicet ſolis hominibus intelligentiam, & diſciplinam ſuam, diuinitas ſit impartíri dignata, audi itaq; deus pater, & dominus, cum poſt deos, & homines efficeret ex parte corruptiore mundi, & ex diuina, pari lance componderans, contigit uitia mundi corporibus cõmiſta remanere, & alia propter cibos, uictumq; quem neceſſario habemus, cum omnibus animalib⁹, communem. quibus de rebus neceſſe eſt cupiditatum deſyderia, & reliqua mẽtis uitia, animis humanis incidere. diis uero utpote ex parte mundiſſima naturæ effectis, & nullis indigentibus rationis, diſciplinæ'q; adminiculis, quãuis ímortalitas, & unius ſemper ætatis uigor ipſe ſit eis prudentia, & diſciplina, tamen propter rationis unitatem, pro diſciplina & intellectu ne ab his eſſent alieni, ordinem neceſſitatis lege conſcriptum, æterna lege cõſtituit. hominem ex animalibus cunctis de ſola ratione, diſciplina'q; agnoſcens, per quæ uitia corporum, homines auertere, atq; abalienare potuiſſent, ipſos ad intentionem, ſpem'q; immortalitatis prætendit. deniq; & bonum hominem, qui poſſet immortalis eſſe, ex utraq; natura compoſuit diuina, atq; mortali, & ſic compoſitum per uoluntatem dei hominem, etiam cõſtitutum eſt eſſe meliorem diis, qui ſunt ex ſola immortali natura formati, & omnibus mortalibus. propter quod homo diis cognatione coniunctus, ipſos religione, & ſancta mente ueneratur. dii'q; etiam pio affectu, humana omnia reſpiciunt, atq; cuſtodiunt, ſed de hominibus paucis iſtud dictum eſt, pia mente præditis. de uitioſis uero nihil dicendũ eſt, ne ſanctiſſimus ſermo, eorum contemplatione uioletur.

Summa textus cap. VIII.

c Aput octauum hæc complectitur de uſiarchis, ſubſtantialibus'q; principibus, quos deos appellat, cœli uſiarcham appellat Iouem. uſiarcham ſolis, lumen. triginta ſex ponit horoſcopios, ideſt horarum ſpeculatores, ſyderum ſemper in eodem loco defixorum, horum autem principem Pantomorphon, ideſt omniformẽ. ſeptem ſphærarum erraticarum principes, ponit fortunam & fatum. ponit & aeris uſiarcham. ſed hæc dæmonum figmenta eſſe uidentur, & uana quædam inuolucra ad gentilitios errores pertrahẽtia, & quæ in his diutius immorãtes uaneſcere cogunt potius, quàm perficiunt. Hinc ad ſummi dei redit contemplationem, ineffabilis, & innominabilis, aut qui omnium nominatur nominibus, fœcunditate pleniſſimi, a' quo omnia id habent, ut nihil eſſe poſſit infœcundum. hinc amor ille procreandi, & ingens naturæ ſtudium, nihil prorſus fœdum, nihil dedecorũ in ſe habens, dũ religioſe cogitetur, & de eo talis habeatur ſermo, tractetur'q; non minus religioſe'. eſt enim id indultum, ad diuinæ fœcunditatis æmulationem. uerũ quia maxima pars hominum myſteria ignorat, diuinas leges profanat, & belluarum more, inſane, irreuerenter, & quaſi furibundi, & amentes illa tractant. idcirco de talibus nunc uix aut cogitari aut loqui præ uerecundia quicquam audendum, quod inordinata illa, & hominum illę erga uenerabũdam dei ordinationẽ irreuerentiæ, ſe ſe ſenſibus, cogitatibus'q; ingerũt, non autem illa pulchra, ſancta, incontaminata'q; dei ordinatio, & quia paucis conceſſum eſt, puros habere ſenſus, cenſeo paucis de talibus cogitandum eſſe, atq; loquendum. Mox ſubiungit, deum ſolis hominibus intelligentiam, diſciplinam'q; eſſe impartitum, quo uitia, particula eius immortalis, & diuina deuitare poſſet. quæ alioqui admiſtione corporeæ molis incurreret facile. nam ratione corporis, & diſſolubilis particulæ, neceſſe eſt homínum animis, cupiditatum deſyderia, & reliqua mentis uitia incidere. Hæc octaua particula.

Textus cap. IX.

e T quoniam de cognatione, & conſortio hominum, deorum'q;, ſermo nobis indicitur, poteſtatem hominis o' Aſclepi, uim'q; cognoſce. dominus & pater, uel (quod eſt ſummum) deus, ut effector eſt deorum cœleſtium, ita homo effector eſt deorum, qui in templis ſunt, humana proximitate contenti, & non ſolum illuminantur, uerũ etiam illuminant. nec ſolum ad eum proficit, uerumetiam confirmat deos. Miraris o' Aſclepi, an nunquid diffidis, ut multi? Aſcle. Confundor o' Triſmegiſte, ſed tuis uerbis libenter aſſenſus, feliciſſimum hominem iudico, qui ſit tantam felicitatem conſecutus.

Triſmegiſtus. Nec immerito miraculo dignus eſt, qui maximus eſt omnium deorum.

Genus. n.

Genus enim omnium ſine confuſione manifeſtum eſt, de mundiſſima parte naturæ propagatum. ſigna'q; eorum, ſola pro omnibus eſſe quaſi capita. ſpecies uero deorum, quas conformat humanitas, ex natura utraq; conformata eſt. ex diuina, quæ eſt prior, multo'q; diuinior, & ex ea, quæ intra homines eſt, ideſt ex materia, qua fuerunt fabricatæ, & non ſolum capitib⁹ ſolis, ſed membris omnibus, toto'q; corpore configurant'. Ita humãitas, memor naturæ, & originis ſuæ, in illa diuinitatis imitatione perſeuerat. ut ſicuti pater, ac dominus, ut ſibi ſimiles eſſent, deos fecit æternos, ita humanitas deos ſuos ex ſui uultus ſimilitudine figuraret. Aſcle. Statuas dicis o' Triſmegiſte? Triſm. Statuas, o' Aſclepi. uides'ne, quatenus tu ipſe diffidas? ſtatuas animatas, ſenſu, & ſpiritu plenas, tanta, & talia faciẽtes, ſtatuas futuroꝝ præſcias, easq; forte uates omnes ſomniis, multis'q; aliis rebus prædicentes, imbecillitates hominibus facientes, easq; curantes, triſtitiam'q; pro meritis. An ignoras o' Aſclepi, quod Ægyptus imago ſit cœli, aut, qd' eſt uerius, tranſlatio, & deſcenſio omnium, quæ gubernantur, atq; exercentur in cœlo? & ſi dicendum eſt uerius, terra noſtra totius mũdi eſt templũ, & tamen quoniam præſcire cũcta prudentes decet, iſtud uos ignorare fas non eſt. futuꝝ tempus eſt, cũ appareat Ægyptios incaſſum pia mente diuinitatem ſedula religione ſeruaſſe, & omnis eoꝝ ſancta ueneratio in irritũ caſura fruſtrabitur. e' terris enim ad cœlum eſt recurſura diuinitas. linquetur Aegyptus, terra'q;, quæ fuit diuinitatis ſedes, religione uiduata, numinũ præſentia deſtituetur. alienigenis enim regionem iſtam, terram'q; complentibus, non ſolum neglectus religionum, ſed (quod eſt durius) quaſi de legibus, a' religione, pietate, cultu'q; diuino ſtatuetur. proſcripta pœna, prohibitio erit. tũc terra iſta, ſanctiſſima ſedes delubrorum, atq; temploꝝ, ſepulchrorũ erit, mortuorum'q; pleniſſima. O' Ægypte, Aegypte, religionũ tuaꝝ ſolæ ſuperunt fabulæ, & æque incredibiles poſteris ſuis, ſola'q; ſuperunt uerba lapidib⁹ inciſa, tua pia facta narrãtibus. & inhabita bit Ægyptum Scithes aut Indus, aut aliquis talis, ideſt uicinia barbara. diuinitas enim repetet cœlũ, deſerti homines toti morientur, atq; ita Ægypt⁹ deo, & homine uiduata deſeretur. Te uero appello ſanctiſſimũ flumen, tibiq; futura prædico. torrenti ſanguine plenus, ad ripas uſq; erumpes. undæ'q; diuinę non ſolum proluentur ſanguine, ſed totæ rumpentur, & uiuis multo maior erit numerus ſepultorum. ſuperſtes uero qui fuerit, lingua ſola cognoſcetur Ægyptiis, actibus uero uidebitur alienis. quid fles ó Aſclepi? & his amplius, multo'q; deterius ipſa Ægyptus ſuadebitur, imbuetur'q; maioribus malis, quæ ſancta quondam, & diuinitatis amantiſſima deorum in terra, religionis ſuæ merito, ſola ſeductio ſanctitatis, & pietatis magiſtra, erit maximæ crudelitatis exemplũ, & tunc tædio hominum, non admirandus uidebitur mũdus, neq; adorandus. hoc totum bonũ, quo melius nec eſt, nec fuit, nec erit, quod uideri poſſit, periclitabitur, eritq; graue hominibus, ac per hoc contemnetur, nec diligetur totus hic mũdus dei opus immutabile, glorioſa conſtructio, bonum multiformi imaginum uarietate compoſitum, machina uoluntatis dei, in ſuo opere ſine inuidia ſuffragantis in unũ omnia, quæ uenerari, laudari, amari deniq; a' uidentib⁹ poſſunt, multiformis adunata congeſtio. Nam & tenebræ præponentur lumini, & mors uita utilior iudicabitur. nemo ſuſpiciet cœlum, religioſus pro inſano, irreligioſus putabitur prudens, furioſus fortis, pro bono habebitur peſſimus. anima enim & omnia circum eam, quibus aut mortalis nata eſt, aut immortalitatem ſe conſecuturam eſſe præſumit, ſecundum quod uobis expoſui, non ſolum riſus, ſed etiam putabitur uanitas. ſed mihi credite, etiam periculum capitale cõſtituetur in eum, qui ſe mentis religioni dederit. noua conſtituentur iura, lex noua. nihil ſanctũ, nihil religioſum, nec cœlo, nec cœleſtibus dignum audietur, aut mente credetur. fit deorum ab hominibus dolenda receſſio, ſoli nocentes angeli remanent, qui humanitati commiſti, ad omnia audaciæ mala miſeros (manu iniecta) compellent in bella, in rapinas, in fraudes, & in omnia, quæ ſunt animarum naturæ contraria. tunc nec terra conſtabit, nec nauigabitur mare. nec cœlum aſtrorum curſibus, nec ſyderum curſus conſtabit in cœlo. omnis uox diuina, neceſſaria taciturnitate muteſcet. fructus terræ corrumpentur, nec fœcunda erit tellus, & aer ipſe, mœſto torpore langueſcet. hæc, & talis ſenectus ueniet, mundi irreligio, & inordinatio, & irrationabilitas bonorum omnium. cum hæc cuncta contigerint o' Aſclepi, tunc ille dominus, & pater deus primipotens, & unius gubernator mundi, intuens in mores, facta'q; uoluntaria, uoluntate ſua, quæ eſt dei benignitas, uitiis reſiſtens, & corruptelæ omnium errorem reuocans, malignitatem omnem uel alluuione diluens, uel igne conſumens, uel morbis peſtilentibus ubique per diuerſa loca diſperſis, finiens, ad antiquam faciem mundum reuocabit, ut & mundus ipſe adorandus uideatur, atque mirandus, & tanti operis effector, & reſtitutor deus, ab omnibus, qui tunc erunt, frequentibus laudum præconiis, benedictionibus'q;

celebretur. hæc enim mundi genitura, cunctarum reformatio rerum bonarum, & naturæ ipsius sanctissima, & religiosissima restitutio peracto temporis cursu, quæ est & fuit sine initio sempiterna. uoluntas etenim dei caret initio, quæ eadem est, & ubique est sempiterna. Ascle. Dei enim natura consilium est uoluntatis, bonitas summa, consilium o' Trismegiste. Trism. O' Asclepi, uoluntas consilio nascitur, & ipsum uelle est ex uolũtate. neq; enim impẽse aliquid uult, q est omnium plenissimus, & ea, quæ uult, habet. uult autem omnia bona, & habet omnia, quæ uult. omnia autem bona & cogitat, & uult. hoc est autem deus, eius boni imago mundus. Ascle. Bonus o' Trismegiste. Trism. Bonus o' Asclepi, ut ego te docebo. sicuti enim deus omnibus speciebus, uel generibus, quæ in mũdo sunt, distributor, dispẽsator q; est bonorum, idest sensus animæ, & uitæ, sic & mundus præstitor est, & tributor omnium, quæ mortalibus uidentur bona, idest alternationis partium, temporalium fructuum, nativitatis, augmentoꝝ, & maturitatis, & horum similiũ, ac per hoc deus supra uerticẽ summi cœli consistens, ubiq; est, omnia q; circũspicit. sic est enim ultra cœlũ locus sine stellis, ab omnibus rebus corpulentis alienus. dispensator, qui est inter cœlum, & terram locum obtinet, quem Iouem uocamus. terræ uero, & mari dominatur Iupiter plutonius, & hic nutrior est animantium mortalium, & fructiferarum. horum omnium uiribus, fructus, arbusta, & terra uegetantur. aliorum uero uires & effectus, per omnia, quæ sunt, distribuuntur. Distribuentur uero qui terræ dominentur, & collocabũtur in ciuitate in summo initio Aegypti, quæ a` parte solis occidentis cõdetur. ad quam terra, mariq; festinabit omne mortale genus. Ascle. Modo tamen hoc in tempore, ubi isti sunt o' Trismegiste? Trism. Collocati sunt in maxima ciuitate in monte Libyco, & hæc eousq; narrata sint.

Summa textus cap. IX.

c Aput nonum hoc uniuersum, profanum est, quod & recte coarguit Augustinus in libro de ciuitate dei. idolatriam probat, miris laudibus effert. prædicat. casum eius deplorat. deum quẽdam supra cœli uerticem ponit cuncta circũspicientem, intra uero eum locum, qui cœlo, & terra cõtinetur, Iouem ponit dispensatorem. plutonicũ autem Iouem, terræ, marisq; dispensatorem. quasi alius deus sit in cœlo, alius in aere, alius in terra, atq; mari, quæ uniuersa ingentem continent errorum impietatem. nam ex diuinis eloqis, caste, pure, & sancte sumus edocti, qd' dominus ipse est deus, in cœlo sursum, & in terra deorsum, & quod non sit alius. aduersus uero idola, & idolorum latriam sapientia, & diuiniloqui prophetæ nos caute præmonent, ne tanta impietatis macula inquinemur, ne tanto fœdemur errore. nam idolum ipsum quidem maledictum est, & qui fecit illud, & rursus. Infandorũ idolorum cultura omnis mali causa est, & initium, & finis. simili q; modo, odio sunt deo impi⁹, & impietas eius. nam quod factum est, cum illo, qui fecit, tormenta patientur. hæc, & pleraq; alia
» de idolis, & idolatria ex sapientia. Et in Leuitico deus ipse ex se præcipit. Ego dñs deus ue-
» ster, non facietis uobis idolum, & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis
» in terra uestra, ut adoretis eũ. Et de idolis Aegypti, ꝑcipit in Ezechiele. In idolis Aegypti,
» nolite pollui. ego dominus deus uester. Et de cessatione, per eũdem dicit. dispердã simulachra,
» & cessare faciam idola de Memphi, & dux non erit amplius de terra Aegypti. quas aũt Mercurius dicit idoloꝝ, statuarum q; animas, sensum q;, & spiritũ imbecillitates hominibus faciẽtes, easq; curantes, malos proculdubio cognoscimus esse spiritus, & indubitata fide eos esse, de q-
» bus propheta ore ueridico dicit. omnes dii gentium, dæmonia. Hæc pauca aduersus Mercurii, & huius non ne particulæ impuritatem satis sint? nam ad eos habemus sermonem, qui ueri dei cognitione sunt imbuti. quem (ut sapiens dicit) nosse consumata iustitia est, & eius iustitiam, & uirtutem scire, radix immortalitatis. Lazarelus hunc locum ad Analogiã trahit, quasi idola apostoli sint. fictor homo. Christus, uirtus desuper indita. spiritus sancti. Aegyptus tenebrę gẽtium, & persecutio discipulorum, apostolorum, & martyrum. lapides inscripti pia facta narrãtes, posteritatis corda, non opera, sed sola uerba fidei retinentia. hæc excogitata pie, sed ad literam forte uiolenta. lapsum Hermetis cum Augustino & in hoc, & in tertiodecimo capite sentio. Id enim gentium uates (ut Balaam, ut sibyllæ) uidentur habere, ut lucem patiantur, & tenebras, & lucida, & opaca uaticiniorum interualla, pura q; interdum & nonnunquam impura. Hæc pro capite nono.

Textus cap. X.

d E immortali uero, & mortali, modo differendum est'. multos enim spes, timorq; mortis, ueræ rationis ignaros, excruciat. mors enim efficitur, dissolutione corporis labore defessi, & numeri completi, quo corporis membra in unam

in unã machinam ad usus uitales aptant'. moritur enim corpus, qñ hoís uitalia, ferre posse desiderit. hæc ergo est mors, corporis dissolutio, & corporalis sensus interitus. de qua solicitudo supuacua est. Sed & alia necessaria, quam aut ignorantia, aut incredulitas contemnit humana.
Ascle. Quid est o' Trismegiste, quod aut ignorant, aut esse posse diffidunt? Trism. Audi ergo o' Asclepi, cum fuerit animæ a` corpore facta discessio, tũc arbitrium, examẽ q; meriti eius trãsiliet in summi dæmonis ptãtem, is q; eam, cũ piam, iustam q; præuiderit, in suis cõpetẽtibus locis manere pmittet. Sin aũt delictoꝝ illitã maculis, uitiis q; oblitã uiderit, desup ad ima detur bans, ꝓcellis, turbinibus q; aeris, ignis & aquę sæpe discordãtibus tradet. atq; inter cœlũ, & terram, mũdanis fluctibus, in diuersa semp æternis pœnis agitata, raptabit', ut in hoc obsit animę æternitas, qd' sit ímortali snía, ęterno iudicio subiugata. Ergo ne his implicemur, uerendũ, timẽdum, cauẽdum q; esse cognosce. incredibiles. n. post delicta cogẽtur credere, nõ uerbis, sed exẽplis, nec minis, sed ipsa passione pœnarum. Ascl. Nõ ergo Trismegiste, hominum delicta, sola humana lege puniuntur. Trism. Primo enim o' Asclepi, terrena omnia quæ sunt, mortalia sunt. tunc ea etiam, quæ sunt ratione corporali uiuentia, & a` uiuẽdo eadem corporali lege deficientia, ea omnia ꝓ uitæ meritis, aut delictis, pœnis obnoxia, tanto post mortem sæuioribus subiiciuntur, quãto inulta forsitan fuerint zelata, dum uiuerent. præscia enim rerũ oĩum diuinitate, reddentur, pinde (ut sunt) ꝓ delictorum qualitatibus pœnæ. Ascle. Qui sunt digni maioribus pœnis, o' Trismegiste? Trism. Qui dãnati humanis legibus uitã uiolenter amittũt, ut non naturæ aĩam debitam, sed pœnã pro meritis reddidisse uideantur. contra, iusto homini in dei religione, & in summa pietate prẽsidium est. Deus. n. tales, ab omnibus tutatur malis. pater enim oĩum, & dñs, q solus est oĩa, oĩbus se libenter ostendit. Non ubi sit loco, nec qualis sit qualitate, nec quãtus quãtitate, sed hoíem sola intelligentia mentis, illuminans. qui discussis ab aío errorum tenebris, & ueritatis claritate percepta, toto se sensu intelligentiæ diuinæ commiscet, cuius amore, a` parte naturę, qua mortalis est, liberatus, immortalitatis futuræ concipit fiduciam. hoc ergo inter bonos, malosq; distabit, unusq;q; enim pietate, religione, prudentia, cultu, & ueneratione dei clarescit, quasi oculus uera ratione perspecta, & fiducia credulitatis suæ intantum inter hoíes præstat, quantum sol cæteris astris lumine suo antistat. ipse enim sol, non tam magnitudine numinis, q̃ diuinitate, & sanctitate, cæteras stellas illuminat. secũdum enim deum hunc crede o' Asclepi, cætera omnia gubernãtem, omnia q; mundana illustrantem animalia, siue aĩantia, siue inaĩantia. Si enim aĩal mundus, uiuẽs q; semper & fuit, & est, & erit, nihil in mũdo mortale est. uiuẽtis etenim semp, uniuscuiusq; partis, quę est in ipso mũdo, sicuti in uno, eodem q; aĩali semp uiuẽte, nullus est mortalitatis locus. ergo uitæ, æternitatis q; ipse esse debet plenissimus, si semp eum necesse est uiuere. Sol ergo, sicuti mũdus, sempiternus est, sic & ipse semper gubernator uitaliũ, uel totius uiuacitatis, eorum q; frequentator, & dispensator est. Deus ergo uiuentium, uel uitalium, quæ sunt in mundo, sempiternus gubernator est, ipsius q; uitæ dispensator æternus. semel autem dispensauit æterna lege cunctis uitalibus uitam præstãs, hoc more, quo dicam. In ipsa enim uiuacitate æternitatis, mundus agitatur, & in ipsa uitali ęternitate, locus est mundi. propter quod, nec stabit aliquando, nec corrumpetur aliquando, sempiternitate uiuendi circũuallatus, & quasi constrictus ipse mundus. Est igitur dispensator uitæ, omnibus, quæ in se sunt, & est locus omnium, quæ sub sole gubernantur. cuius mundi cõmotio, ex duplici constat effectu. uiuificatur enim ipse extrinsecus ab æternitate, uiuificat q; ea, quæ ĩtra se sunt omnia, differens numeris, & temporibus statutis, atque præfixis. cuncta per solis effectũ, stellarum q; discursum. omnia temporalia, ratione, diuina q; lege conscripta. terrenum autem tempus aeris qualitate æstuum, frigoris q; uarietate dignoscitur, cœleste uero reuersionibus syderum ad eadem loca, temporali conuersione recurrentium, & mundus est receptaculum temporis, cuius cursu, & agitatione uegetatur. tempus autem ordine seruatur. ordo & tempus innouationem omnium rerum, quæ in mundo sunt, per alternationem faciunt.

Summa textus cap. X.

d Ecimum de morte, de examine animæ, cum corpus excesserit, qd' magis puniantur post mortem, quibus iuste legibus humanis, præ scelerum magnitudine, uita adempta est. quod iustis deus sit præsidio. de solis, & mundi diuinitate. ponit mundum primum sensibilem deum, solem secũdum. mũdum nunquam qeturum nunquam corruptum iri. nos autem nomen dei incommunicabile, neq; soli, neq; mundo tribuimus, mundum q; credimus aliquando soluendum. intellecta igitur hæc (ut simplicia sonant Hermetis dicta) errorem gentilium prę se ferunt. participatione tamen illis ceu excellentibus operibus dei,

diuinitatem tribuimus. Hæc partitio decima. Textus cap. XI.

c Vnctis ergo ita se habentibus nihil stabile, nihil fixum, nihil immobile, nec nascentium, nec cœlestium, nec terrenorum. solus enim deꝰ, & merito solus, in se, & a se, & circum se totus est plenus, atq; perfectus, is'q; sua firma stabilitas est, nec alicuius impulsu, nec loco moueri potest, cum in eo sint omnia, & in omnibus ipse est solus. nisi aliqs audeat dicere, sui commotionem in æternitate esse. sed magis etiam & ipsa immobilis æternitas, in quam omnium temporum agitatio remeat, & ex qua omnium temporum agitatio sumit exordium. deus igitur stabilis fuit, semper'q; cum eo similiter æternitas cõstitit, mundum non natum, quem recte sensibilem dicimus, intra se habens, huius dei imago. hinc mundus effectus est æternitatis imitator. habet autem tempus stabilitatis suæ uim, atq; naturã, q̃uis semper agitetur, ea ipsa in se reuertendi necessitate, itaq; q̃uis sit æternitas stabilis, immobilis, atq; fixa, tamen quoniam mobilitate temporis, in æternitatem semper reuocatur, agitatio, eaq; mobilitas rõne temporis uertítur, efficitur, ut & ipsa æternitas immobilis qdem, sola per tẽpus, in quo ipsa est, & est in eo oĩs agitatio, uideatur agitari, sic efficitur, ut & æternitas, stabilitas moueatur, & temporis mobilitas stabilis fiat fixa lege currendi. sic & deum agitari credibile est, in se ipsum eadem immobilitate, stabilitatis enim ipsius in magnitudine est ímobilis agitatio. ipsius enim magnitudinis immobilis lex est. Hoc ergo, quod est tale, quod non subiicitur sensibus, infinitum, incomprehẽsibile inæstimabile est. nec sustineri, nec ferri, nec indagari potest. unde enim, & quo, & ubi, aut quomodo, aut quale sit, incertũ est. fertur enim in summa stabilitate, & in ipso stabilitas sua, seu deus, seu æternitas, seu uterq; seu alter in altero, siue uterq; in utroq; sint. propter quod æternitas, sine definitione est tpis. tempus autem, quod definiri potest, uel numero, uel alternatione, uel per alterius ambitudinem rediens, ęternum est. utrũq; ergo infinitum, utrũq; uidetur æternum stabilitas enim utpote defixa, quod sustinere, quæ agitabilia sunt, possit, beneficio firmitatis merito obtinet principatum. omniũ enim, quę sunt, prímordia, deus est & æternitas. mundus autem quod sit mobilis, non habet principatum. præuenit enim mobilitas eius stabilitatem suam in lege agitationis sempiternæ, habẽdo immobilem firmitatem. Oĩs ergo sensus diuinitatis, similis, ímobilis, ipse in stabilitate sua se cõmouet. sanctus, & incorruptus, & sempiternus est, & siqd melius potest nuncupari. in ipsa dei sũmi ueritate ꝓsistẽs ęternitas, plenissimus omnium sensibilium, & totius disciplinę, consistẽs (ut ita dixerim) cum deo. sensus uero mundanus, receptaculum est omnium sensibilium & specierum, & disciplinarum. humanus uero ex memoriæ tenacitate, quod memor sit omnium, quas gesserit rerum. usq; ad humanum enim animal sensus diuinitatis descendendo peruenit. Deus enim sensum summũ, diuinum'q; cunctis confundi noluit, ne erubesceret aliorum commistione animantium. Intelligentia enim sensus humani, qualis, aut quanta sit, tota in memoria est præteritorum. per eam enim memoriæ tenacitatem, gubernator effectus est terræ. Intellectus autem naturæ, & qualitatis, & sensus mundi, ex omnibus, quæ in mundo sensibilia sunt, poterit peruideri. æternitas, quæ secunda est, ex sensibili mundo, sensus datus, qualitas'q; dignoscitur. at intellectus qualitatis, qualitas'q; sensus summi dei, sola ueritas est. cuius ueritatis in mundo ne quidem extrema linea umbra dignoscitur. ubi enim quid temporum dimensione cognoscitur. ubi sunt mẽdacia, ubi genituræ, ubi errores uidentur. Vides ergo o' Asclepi in qbus constituti, quæ tractemus, aut quæ audeamus attingere, sed tibi deus summe gratias ago, q me uidẽdę diuinitatis tuæ, illuminasti lumine. & uos o' Tati, & Asclepi, & Ammon, intra secreta pectoris, diuina mysteria silentio tegite, & taciturnitate cęlate. hoc autem differt intellectus a sensu, quod intellectus noster, ad qualitatem sensus mundi intelligendam, & dignoscendam mentis peruenit intẽtione. Intellectus autem mundi peruenit ad æternitatem, & deos noscendos, qui supra se sunt, & sic cõtingit nobis hominibus, ut quasi per caliginem ea, quæ in cœlo sunt, uideamus, quantum possibile est per conditionem sensus humani. hæc autem intentio peruidendis tantis bonis angustissima est, latissima uero cum uiderit felicitate conscientiæ. Sũma textus cap. XI.

u Ndecimum cap. pandit, quod solus deus ímobilis sit, & stabilis, cætera aũt mutabilia. deꝰ ínfinitus, incõprehẽsibilis, inæstimabilis, & qualis sit ignarꝰ. de sensu dei sancto, incorrupto, & sempiterno. de sensu mũdi. de sensu hoĩs. de differẽtia intellectus a sensu. Hæc undecimæ particulæ summa. Textus cap. XII.

d E inani uero, quod'q; etiã magnũ uideť esse q̃plurimis, sic sentio, inane nec esse aliquid, nec esse potuisse, nec futurum unquam. omnia enim mundi sunt membra plenissima, ut ipse mũdus plenꝰ sit, atq; pfectus corporibꝰ, qualitate, forma'q; diuersis, & speciem

& speciem suã habentibus, & magnitudinem. quoꝝ unum est alio maius, aut alio minus, & ualiditate, & tenuitate diuersa. Nã & quædã eorum ualidiora facilius uidentur, sicuti & maiora, mínora uero, & tenuiora, aut uix uideri, aut omnino nõ possunt. quas solũ res esse, attrectatiõe cognoscimus. unde ꝓtingit multis credere hæc nõ esse corpora, sed esse inanes locos, quod est impossibile. sicuti enim quod dicitur extra mundũ, si tamen est aliqd (nec istud. n. credo) sic ab eo plenũ esse intelligibiliũ reꝝ. i. diuinitatis suæ símiliũ. ut hic etiam, q dr̃ sensibilis mũdus, plenissimus sit corpoꝝ, & aĩalium, naturæ suæ, & qualitati ꝓuenientium. quoꝝ facies non omnes uidemus, sed quasdã ultra modũ grandes, quasdã breuissimas, aut propter spatii interiecti lõgitudinem, aut qd̃ acie sumus obtusi, tales nobis esse uideant, aut omnino ꝓpter nimiã breuitatem, a multis non esse credant. dico nũc dæmonas, quos credo cõmorari nobiscũ, & heroas, quos inter aeris purissimã partem supra nos, & terrã, ubi nec nebulis locus, nec ex signoꝝ aliquorum agitatione cõmotio. propter qd̃ o' Asclepi, inane nihil esse díxeris, nisi cuius rei inane sit hoc, qd̃ dicis inane, prædixeris, ut inane ab ignis, & ab aqua, & ab iis símilibus, qd̃ etsi contigerit uideri, quod inane possit esse a rebus hmõi, q̃uis breue sit, uel magnum, qd̃ inane uideť, spiritu tamẽ, & aere uacuũ esse non possit. Similiter uero de loco dicẽdum est. qd̃ uocabulum solũ, intellectu caret, Locus. n. ex eo, cuius est, qd sit apparet. Principali etenim noĩe dempto, signifícatío mutilat. Quare aquæ locus, ignis locus, aut his símilium, recte dicimus. sicuti. n. inane esse aliqd impossibile est, sic & locus solus, qd sit, dignosci non potest. Nam si posueris locum sine eo, cuius est, inanis uidebit locus, quem in mũdo esse non credo, qd̃ si inane nihil est, nec ꝓ se qd sit locus apparet, nisi ei, aut longitudines, aut latitudines, aut altitudines addideris, ut corporibus hoĩum signa. his uero sic se habentibus o' Asclepi, & uos, q adestis, scitote intelligibilẽ mũdum. i. deum, q mẽtis solo obtuitu dignoscit, esse incorporalem, nec eius naturæ misceri posse aliqd corporale. i. quod possit qualitate, quãtitate, numeris'q; dignosci. in ipso. n. nihil tale cõsistit. hic ergo mũdus, q dicitur sensibilis, receptaculũ omniũ sensibilium spẽrum, qualitatum, uel corpoꝝ, quæ omnia sine deo uegetari non possunt. Oĩa. n. deus, & ab eo oĩa, & eius uolũtate omnia, quod totũ est bonum, decens, & prudens, inimitabile, & ipsi soli sensibile, atq; intelligibile, & sine hoc nec fuit aliqd, nec est, nec erit. omnia. n. ab eo, & in ipso, & per ipsum, & multiformes qualitates, & magnę quãtitates, & omnem mẽsuram excedentes magnitudines, & oĩformes spẽs, quas si intellexeris o' Asclepi, gratias acturus es deo. sin totum aĩaduertes, uera rõne perdisces mũdum ipsum sensibilem, & quæ in eo sunt oĩa, a supiore illo mũdo, quasi ex uestimẽto esse contecta. Vnũquodq;. n. genus aĩalium o' Asclepi cuiuscũq;, uel mortalis, uel ímortalis, uel rõnalis siue sit animans, siue nõ sit, ꝓut cuiusq; est genus, sic singula generis sui imagines hẽnt, & quãuis unũquodq; aĩalis genus, omnem sui generis possideat formam, in eadem tamẽ sui forma singula dissimilia sunt, ut hoĩm genus quãuis sit uniforme, ut homo dignosci ex affectu possit, singuli tamen in eadem forma sibi dissimiles sunt. spẽs. n. quæ diuina eſt, incorporalis est, & qdqd mente comprehenditur. Cum itaq; hæc duo, ex qbus constat forma, & corpora, & incorporalia sint, impossibile est unam quãq; formam alteri símillimã nasci, horaꝝ, & climatum distantibus pũctis, sed ímutantur toties, quot hora momenta habet circuli circũcurrentis, in quo est ille oĩformis (quẽ diximus) deus spẽs ergo permanet, ex se toties pariens imagines tantas, tãq; diuersas, quãta habet conuersio mũdi momenta, qui mũdus in ꝓuersione mutant, spẽs uero nec mutat, nec conuertit. sic geneꝝ singulorum formę sunt ꝓmanẽtes, in eadem forma, sibi dissimiles. Ascle. Et mũdus spẽm mutat o' Trismegiste. Trism. Vides ergo o' Asclepi tibi oĩa quasi dormiẽti esse narrata. Quid est. n. mundus, aut ex qbus ꝓstat, nisi ex omnibus natis? Ascle. Ergo uis dicere de cœlo, terra, & elemẽtis. Trism. Nãq; alia magis frequẽter mutant in spẽs, cœlum humescens, uel arescẽs, uel frigescẽs, uel igneſcens, uel clarescens, uel sordescẽs, in una cœli specie hæ sunt, quæ specie alternant spẽs. terra uero suæ speciei multas immutationes semp habet, & cum parturit fruges, & cum eadem partus nutricat suos, cũ reddit oĩum fructuũ uarias, diuersas'q; qualitates, & quãtitates, ac stationes, & cursus ad oẽs arboꝝ, floꝝ, bacchaꝝ qualitates, odores, sapores, species. Ignis etiam facit ꝓuersiões plurimas, atq; diuinas. Solis. n. & Lũæ oĩformes imagines. sunt. n. quasi speculoꝝ nostroꝝ, símiles imaginũ símilitudines, æmulo splẽdore reddẽtiũ, sed iam de talibus sint satis dicta talia.

Summa textus cap. XII.

d Vodecimum differit, inane, uacuum'q; in rebus locum nullum habere. dæmones nobis eum circa terram diuersari, at propter nimiam subtilitatem, a nobis imperceptibiles. Heroas puriorem obtinere aeris portionem. Loci nomen solitariũ inane

esse, quod ad aliquid sit sine cuius intelligentia, quid sit locus intelligi nō possit, & id omnibus relatiuis, cōe est. Intelligibilem astruit mūdū, quo sensibilis mūdus, & quæ in eo sunt oīa, qua/
si uestimento ꝓtegit, utpote q in mūdo ꝓtineat intelligibili. uniformium genex singulox quo/
rūq, dissimiles esse formas, & hoīum, & id secūdum momēta, & horas circuli, cui p̄sidet Pā/
morphus, quē horoscopiox dixit supius esse deū. nos aūt deū illū ignoramus, & stultitiæ relin/
qmus gentilium, siq adhuc usqueadeo manifesto desipiūt, ac delirant. at nobis iuxta beatissimi
Pauli sniam, unus deus est pr, ex quo oīa, & nos in illo, & unus dns Iesus Christus, per quē oīa,
& nos per ipsum. spēs & formas, idest ideas, de qbus apud Platonē, & Platonicos, tot & tāta,
īmutabiles qdem, & inuariabiles collocat in Pātomorpho, hinc nomen habēte, quasi oīformi,
& oī ideali. a' qbus singulis horis, & momētis, singula, eadem qdem forma, sed uarie format.
cætera uero mutabilia esse, & mundum, & cœlum, & terram. uerum sint, qui Pantomorphon
Mercurii, & ideā Platōis, inter figmēta reponāt. Hæc cap. duodecimi sūma. Textº cap. XIII.

i Terum ad hoīem, rōnē'q redeamus, ex quo diuino dono, hō aīal dictū est rōnale.
minus. n. miranda, etsi mirāda sunt, quæ de hoīe dicta sunt. sed oīum mirabiliū uin
cit admirationem, qd hō diuinā potuit inuenire naturā, eāq efficere. qm ergo ꝓpau
nri multum errabant, circa deox rōnem increduli, & nō aīaduertētes ad cultū, reli/
gionem'q diuinā, inuenerūt artem, qua deos efficerēt. cui inuētę adiūxerunt uirtutē de mundi
natura ꝓueniētem, eāq miscētes, &, qm animas facere nō poterāt, euocātes aīas dæmonū, uel
angelox, eas indiderūt imaginibus sanctis, diuinis'q mysteriis. p quas solas idola & benefaciē
di, & malefaciēdi uires habere potuissent. Auus. n. tuus o' Asclepi, medicinæ primus inuētor,
cui templū ꝓsecratū est in mōte Libyæ circa litus crocodilorum, in quo eius iacet mūdanus hō,
idest corpus (reliquus enim, uel potius totus, si est hō totus in sensu uitæ, melior remeauit in cœ
lum) oīa etiā nūc adiumenta hoībus præstans infirmis numine nūc suo, quę ante solebat, medi
cinę arte præbere. Hermes, cuius auitū mihi nomen est, nō'ne in sibi cognomini pria p̄sistēs, oēs
mortales undiq uenientes adiuuat, atq ꝓseruat? Isin uero uxorē Osiris, q̄ multa, bona præstare
propitiam, quātis obesse scimus iratā? terrenis etenim diis, atq mūdanis, facile est irasci, utpote
q sunt ab hoībus, extra'q naturā facti, atq cōpositi. unde ꝓtingit ab Aegyptiis, hæc sancta aīalia
nūcupari, coliq p singulas ciuitates eox aīas, q ea ꝓsecrauere uiuentes. ita ut eox legibus inco/
lantur, & eox noībus nuncupent. per hanc cām o' Asclepi, qd aliis, quæ colēda uident, atq ue
nerāda, apud alios dissimiliter habent, ac ꝓpterea bellis se lacessere Aegyptiox ciuitates solēt.
Ascle. Et hox o' Trismegiste deox, q terreni habent, cuiusmodi est qualitas? Trism. Cō
stat o' Asclepi, de herbis, de lapidibus, de aromatibus, uim diuinitatis naturalē in se habētibus,
& ꝓpter hanc cām, sacrificiis frequētibus oblectant hymnis, & laudibº, dulcissimis sonis in mo
dum cœlestis harmoniæ ꝓcinentibus, ut illud, qd cœleste est, cœlesti usu, & frequentatione ille
ctum in idola possit lętum, humanitatis patiēs, lōga durare per tpa. sic deox fictor est hō, & ne
putes fortuitos effectus esse terrenox deox o' Asclepi, dii cœlestes inhabitant summa cœlestia,
unusqsq ordinem, quē accepit, complēs, atq custodiēs. Hi uero nostri, sigillatim quædam curā
tes, quædam sortibus, & diuinatione prædicentes, quædā ꝓuidētes, his'q pro modo subueniē
tes, humanis quasi amica cognatiōe, auxiliant. Súma cap. XIII.

t Ertium decimū cap. hoc cum capite nono simili impuritate laborat, & in quo uult
Mercurius hoīem esse diuinissimū, & maxime admirandū, in hoc certe hō maxime
impius est, atq profanus, qd. s. idolatriam inuenerit, qd dæmonicos spūs euocatos
imaginibº indiderit, ritus'q, & sacrificia addiderit. de Aesculapio, Mercurio, Isi/de,
Osiride, q ab Ægyptiis colebant. de aīalibus, quæ Ægyptii sancta habebāt, de herbis, lapidibº,
& aromatibus, cōcentibus, & hymnis, qbus ꝓpitiarent spūs illos statuis, imaginibus'q inditos.
qd adhuc facere solēt, nōnulli phitonici (o' seculū infelix) q aut in annulis, aut uasculis se spūs
clausos habere putant, genus hoīum impurissimū, deo, hoībus'q insensum, ac ex aduerso cōsti
tutum inimicum. & cōtra hunc profanum impietatis errorem, agit beatus Augustinus, & iure
qdem agit, in libro de ciuitate dei, & pro ueritate conuincit. Hæc pro capite tertiodecimo.
Textus cap. XIIII.

Scle. Quā ergo partem rōnis uel fata incolūt o' Trismegiste, si cœlestes
a dii uniuersim dominātur, terreni incolūt singula, quā nūcupamus?
Trism. O' Asclepi ea est necessitas omniū, quæ gerunt, semp sibi cathēatis nexibº
iuncta. hæc itaq est aut affectrix rex, aut deus summus, aut ab ipso deo, q secundus
effectus est deus, aut oīum cœlestium, terrenarum'q rex firmata diuinis legibus disciplina. Hęc

itaque

Itaq & necessitas, ambę sibi inuicē indiuiduo cōnexę sunt glutino, quax prior
rex oīum parit initia, necessitas uero cogit ad effectū, quæ ex illius primordiis pendent. has or
do consequtur. i. cōtextus, & dispositio tpis, rex pſciendax. nihil est. n. sine ordinis cōpositione.
In oībus istis, mūdus iste perfectus est. Ipse. n. mundus ordine gestat, uel totus cōstat ex ordi/
ne. Hæc ergo tria, id est fatum, necessitas, ordo, uel maxime dei nutu sunt effecta, q mū
dum gubernat sua lege, & rōne diuina. Ab his ergo oē uelle, & nolle diuinitus auersum est to/
tū, nec ira etenim cōmouent, nec flectunt gratia, sed seruiūt necessitati rōnis æternæ. quæ æter
nitas, inauersibilis, īmobilis, īsolubilis est. Prima ergo est, quæ uelut iacto semine fu
turox oīum susципit, plem. sequtur necessitas, qua ad effectum ui cogunt oīa. Tertius ordo, textū
seruans eax rex, quas necessitas'q disponit. hæc est ergo æternitas, quæ nec capit esse,
nec definet, quæ fixa immutabili lege currēdi, sempiterna cōmotione seruat. oritur'q, & occi/
dit alterna sępe per mēbra, ita ut uariatis tpibus, iisdē, qbus occiderat, mēbris, oriat. sic est. n. ro
tunditas uolubilis ratio, ut ita sibi coarctata sint cūcta, ut qd sit uolubilitatis initiū ignores, cum
oīa se semp & præcedere, & seq uideant. Euentus aūt & fors, insunt oībus pmista mundanis.
Summa textus cap. XIIII.

Aput XIIII. de fatis, quæ uocat ἱμαρμένην, necessitatē, ordinē, alii clotho lache/
c sin atropon. circa quæ non minus solebāt ethnici ineptire, q̄ circa reliquos, quos si/
bi finxerunt, deos, noua & miripotētia fingētes numina. uelatius aūt de his Mercu
rius & parcius, & quasi ambigute, ueluti tria hæc eēnt, præfinitio, prædestinatio'q
mentis diuinæ, quam necessitas rex, ut sint sequtur, quas demū existentes, ordo conseruat, quē/
admodum diuina, æterna'q lege sancitum est, ita ut primum fatum, sit diuina præfinitio. secun
dum rex consecutio. tertium, conseruatio. & hæc tria aut diuina lex, aut seriem diuinæ legis co
mitantia, & definitarū, ac secūdum naturam causarū, ordinem continent. atq & fatum, in con
tingentibus rebus, indefinitas, præter naturam, indeterminatas'q causas etiam permittit, uerū
de his alii iudicent. Et hæc pro præsenti partitione. Textus cap. XV.

d Idtum est nobis de singulis, ut humanitas potuit, ut uoluit, pmisit'q diuinitas, restat
hoc solum nobis, ut benedicētes deum, orantes'q ad curam corporis redeamus. sa/
tis enim de diuinis rebus tractātes, mētem uelut animi pabulis saturauimus. de ady/
to uero egressi, cum deū orare cœpissent, in austrum respicientes erant. sole etenim
occidēte, cum qs deum orare uoluerit, illuc debet intendere. sicut & Sole oriente, in eum q sub
solanus dicitur. Iam ergo dicentibus precationem, Asclepius ait submissa uoce, o' Tati sugge/
ramus patri, iusserit ut thure addito, & pigmentis precem dicamus deo. Trismegistus audiens,
atq cōmotus, ait, melius, melius ominare o' Asclepi. hoc enim sacrilegiis simile est, cum deum
roges, thus, atq cætera incēdere. nihil enim deest ei, qui ipse est omnia, aut in eo sunt oīa, sed
nos agentes gratias, adoremus. hæc enim sunt summę incēsiones dei, cū aguntur gratiæ a' mor
talibus. Gratias tibi agimus o' summe, & exuperantissime. tua enim gratia, tantū sumus cogna
tionis tuæ lumen cōsecuti. nomē sanctum, & honorādum. nomen unum, quo solus deus est be
nedicendus religione paterna. quoniam omnibus paternam pietatem, & religionem, & amo/
rem, & quæcūq est dulcior efficacia, præbere dignaris, cum donas nos sensu, ratione, intelligē
tia. sensu, ut te cognoscamus. rōne, ut te suspicionibus indagemus. intelligētia, ut te cognitione
cognoscentes gaudeamus. ac numine saluati tuo gaudeamus, quod nobis te ostenderis totum.
gaudeamus, quod nos in corporibus sitos, æternitati fueris consecrare dignatus, hæc est enim
sola humana gratulatio. cognitio maiestatis tuæ. cognouimus te, & lumē maximum, solo intel
lectu sensibile intelleximus te, o' uitæ uera uia. o' naturarum omniū fœcunda prægnatio. cogno
uimus te, totius naturæ, tuo conceptu pleniſſime. cognouimus te, æterna perseueratio, in omni
enim ista oratione, adorantes bonum bonitatis tuæ, hoc tantum deprecamur, ut nos uelis ser/
uare, perseuerantes in amore cognitionis tuæ, & nunquam ab hoc uitæ separari genere hæc
optantes, conuertimus nos ad puram, & sine animalibus cœnam.
Summa textus cap. V.

Vintumdecimum cap. dialogum religiose finit, in gratiarum actionibus, adoratio/
q ne autem finita, & gratiis deo persolutis, Mercurius, Asclepius, Ammon, & Tatius
quatuor uiri, qui sacrum adytum impleuerant, secundum religiosum Aegyptiorum
ritum se conuertunt ad puram, et sine animalibus cœnam. & hic Hermetis de uo/
luntate dei libelli Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITA PRIMI LIBRI, QVI TRACTAT DE VITA SANA.

¶Procœmium, in quo etiam agitur ſanitatem mentis ſanitati corporis anteponendam.

Nouem ſtudioſorum duces. Cap. I.
Quam diligens habenda cura ſit cerebri, cordis, ſtomachi, ſpiritus. Cap. II.
Literati pituitę, & atrę bili obnoxii ſũt. C.III.
Quot ſint cauſę, q̃bus literati melãcholici ſint, uel fiant. Cap. IIII.
Cur melancholici ingenioſi ſint, & quales melãcholici ſint eiuſmodi, q̃les contra. C. V.
Quo pacto atra bilis ꝓducat ingenio. Ca. VI.
Quinque ſunt præcipui ſtudioſorum hoſtes, pituita, atra bilis, coitus, ſatietas, matutinus ſomnus. Cap. VII.
Quæ ſit hora inchoãdis ſtudiis opportunior, quis'ue continuãdi modus. Cap. VIII.
Quomodo ſit uitanda pituita Cap. IX.
Qua rõne euitanda ſit atra bilis. Cap. X.
Cura ſtomachi. Cap. XI.
De iis, quæ fouent membra præcipua uires ſpiritus. Cap. XII.
Medicinæ contra pituitam. Cap. XIII.
Deſtillatio, atq; eius cura. Cap. XIIII.
Dolor capitis, & cura eius. Cap. XV.
De cura uiſus Cap. XVI.
De guſtu inſtaurando Cap. XVII.
De exacta atræ bilis cura. Cap. XVIII.
De ſirupis. Cap. XIX.
De pilulis Cap. XX.
De medicina liquida Cap. XXI.
De ſanguinis miſſione Cap. XXII.
De electuariis Cap. XXIII.
De nimia uigilia Cap. XXIIII.
De hebetudine, atq; obliuione Cap. XXV.
Corporeum quidem ſpiritum cura, incorporeum uero cole, ueritatem deniq; uenerare, primum medicina præſtat. Secũdũ diſcipli na moralis. Tertiũ uero religio. Ca. XXVI

¶Procœmiũ in librũ Secũdum de uita longa.

CAPITA SECVNDI LIBRI.

Ad perfectionẽ ſcientiæ neceſſaria eſt uita lõga, quã etiã diligentia præſtat Cap. I.
Vitalis calor nutritur humore, quo deficiente, fit reſolutio, quo excedente, fit ſuffocatio. Cap. II.
Quomodo temperandus calor ad humorem, atq; uiciſſim quodã Mineruę ꝓſilio C.III.
Quibus de cauſis areſcit humor naturalis, uel peregrinus exundat. Et quàm neceſſaria ſit ad uitam, perfecta digeſtio Cap.IIII.
Sanguis, & humor accommodatus uitę aerius eſſe debet, qualitate temperatus, ſubſtantia medius, atq; tenax. Cap. V.
Communis comedendi, bibendi'q; regula, & qualitas epularum. Cap.VI.
Ne utaris alimentis, quæ cito putreſcunt, nec î eiuſmodi regionibus habites. uinum, et triti cum prę cæteris elige, putrefactionem, & reſolutionem fuge Cap. VII.
Dięta uictus medicina ſenũ C.VIII.
Naturæ aromatum, & cordialium neceſſariæ, & rurſum qualis ſenum uictus. Cap. IX.
De auro, & aureis alimentis, & recreatione ſenum Cap. X.
De uſu lactis, ſanguinis'q; humani pro uita ſenum Cap. XI.
Diæta, habitatio, cõſuetudo ſenũ Cap. XII.
Quæ adminicula ſenes a' planetis accipiãt ad oĩa mẽbra fouẽda. Vbi memento paſſulas uuas pinguefacere iecur, atq; corroborare, qd' maximũ eſt uitæ ſubſidiũ Cap. XIII.
Confabulatio ſenum ſub Venere per uirentia prata Cap. XIIII.
Mercurius alloquit' ſenes, & ꝓſulit eis circa uoluptatẽ, odores, cantus, medicinas C.XV.
Confirmatio ſuperioꝝ, & qd' deuitare dẽmus aſſiduã cogitationẽ, & coitũ. Cap.XVI.
De medicinis ſenum, & de habitatione iterũ, atq; diæta Cap.XVII.
De nutrimento ſpiritus, & conſeruatione uitę per odores. ubi in hoc capite de uſu mellis dicitur, memento roſaceum mel ſolidum, & liquidum ſenibus conſeruandis accommodatiſſimum Cap.XVIII.
Megoꝝ medicina pro ſenibus Cap. XIX.
De periculis euitandis ex quolibet uitæ ſeptenario imminentibus Cap. XX.

¶Procœmiũ in librũ Tertiũ de uita cœlitus comparanda.

CAPITA TERTII LIBRI.

In quo conſiſtat ſecundum Plotinum uirus fauorem cœlitus attrahẽs, ſcilicet in eo, quod anima mundi, & ſtellarum, dęmonumq; animæ facile alliciuntur corporum formis accommodatis Cap. I.
De concordia mundi de natura hominis ſecũdum ſtellas, quomodo fiat attractus ab una quaq; ſtella Cap. II.
Inter animam mundi, & corpus eius manifeſtum eſt ſpiritus eius, in cuius uirtute ſunt quatuor

quatuor elementa. Nos uero per ſpiritũ noſtrum hunc poſſumus haurire. Cap. III.
Spũs noſter haurit mundi ſpiritum per radios ſolis, & Iouis, quaten⁹ ipſe ſit ſolaris, & iouialis. Cap. IIII.
Tres gratiæ ſunt Iupiter, & ſol, & Venus, Iupiter eſt gratia geminarum media, & maxime nobis accommodata. Cap. V.
De uirtute in nobis naturali, uitali, animali, et per quos planetas adiuuẽtur, & quomodo per aſpectum Lunæ ad Solem, & Venerẽ, maxime uero ad Iouem. Cap. VI.
Quomodo membra foueantur in nobis per comparationem lunæ ad ſigna, & ad ſtellas fixas. Cap. VII.
De uirtutib⁹, & uſu ſtellaꝝ fixaꝝ. Cap. VIII.
Dignitates planetarum in ſignis ad uſum medicinarum obſeruandæ. Cap. IX.
Quomodo planetis uti debeamus in medicinis. Cap. X.
Quib⁹ modis ſpiritus noſter haurire plurimũ poteſt de ſpũ, uita'q; mundi, & qui planetę ſpũm procreant, atq; recreãt, & qualia adunũquẽq; planetam pertinent. Cap. XI.
Res naturales, atq; etiam artificioſæ habẽt uirtutes a' ſtellis occultas, per quas ſpiritũ noſtrum ſtellis eiſdem exponũt. Cap. XII.
De uirtute imaginum ſecũdum antiquos, atq; medicinarum cœlitus acqſita. Cap.XIII.
Ordines rerum a' ſtellis pendentium, ut ſolarium, atq; ſimilium, & quomodo ſpiritus fiat ſolaris. Cap.XIIII
De uirtute imaginum ſecũdum antiquos, atq; medicinarum, & quomodo medicinæ ſint longe ualidiores, q̃ imagines. Cap.XV.
De poteſtate cœli, de uiribus radiorum, unde uim ſortiri putentur imagines. Cap.XVI.
Quam uim habent figuræ in cœlo, atque ſub cœlo. Cap. XVII.
Quales cœleſtiũ figuras antiq imaginibus imprimebãt, ac de uſu imaginũ. Cap.XVIII.
De fabricanda uniuerſi figura. Cap. XIX.
Quantam imagines uim habere putentur in ſpũm, & ſpiritus in eas, & de affectu utẽtis, & operantis. Cap. XX.
De uirtute uerboꝝ, atq; cantus ad beneficium cœleſte captandũ. Ac de ſeptẽ gradib⁹ perducentibus ad cœleſtia. Cap. XXI.
Quomodo ſeptem modis nos cœleſtibus accommodare poſſumus, & quib⁹ Saturnus ſit maleficus, quib⁹ propitius. quos Iupiter a' Saturno defendat. quomodo cœlũ agat in ſpũm, & corpus, & animã. Cap.XXII.
Vt proſpere uiuas, agasq;, in primis cognoſce ingenium, ſydus, genium tuũ, & locũ eiſdẽ conuenientem. hic habita. profeſſionem ſequere naturalem. Cap. XXIII.
Qua rõne literati cognoſcãt ingenium ſuũ, ſe q̃ntur'q; uictũ ſpũi ꝓſentaneũ. C. XXIIII.
Aſtronomica diligentia in liberis procreandis. In præparandis epulis in ædificiis, & habitationibus, atque ueſtibus. Et quãtum curare talia liceat Cap. XXV.
Quomodo per inferiora ſupioribus expoſita deducantur ſupiora. Et p mundanas materias mũdana potiſſimũ dona. Cap. XXVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PROOEMIVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM DE VITA AD MAGNANIMVM LAVRENTIVM MEDICEM PATRIÆ SERVATOREM.

Acchum poetæ ſummum antiſtitem ſacerdotum, bis natum canũt. Forte ſignificantes uel futurum ſacerdotem ſtatim initiatum oportere renaſci, Vel perfecti tandem ſacerdotis mentem deo penitus ebriam, iam uideri renatam. Aut forſan humiliore ſenſu, uinum Bacchi germen generari ſemel in uite quaſi Semele, maturis ſub Phœbo racemis, regenerari rurſum poſt ipſum uindemiæ fulmẽ in ſuo uaſe uinum, uelut in Iouis fe
b more merum. Sed de ſacris in præſentia myſteriis non eſt loquendum, ubi mox phyſica potius ope languentibus opitulaturi ſumus. Nec agendum ſtylo grauitatis ſeruo, ſed libero potius, & iocoſo, poſtquã a` libero patre, neſcio quomodo, ſtatim exorſi ſumus. Et recte inquam, neſcio quomodo. Nam forte prudẽtior aliqs a` Phœbo medicorum primo potius, quàm a` Baccho medicinam auſpicatus eẽt. Quid uero? Siquod non uanum omen ſit in ore nunc forte quadam proferente Bacchum. Hic enim almo quondã uino, ſecuritate q̃ lætiſſima, ſalubrius forte medetur, q̃ herbis ille ſuis, carminibus q̃ Phœbus. Quocunq; uero ſenſu uel illa, uel hæc acceperis, dux ille ſacerdotũ Bacchus geminas quaſi matres habuiſſe fertur. Melchiſedech autem ſummus ille ſacerdos, unam uix matrem, unũ uix patrem habuit. Ego ſacerdos minimus, patres habui duos. Ficinum medicum, Coſmum Medicẽ, ex illo natus ſum, ex iſto renatus. Ille quidem me Galeno, tum medico, tum platonico commẽdauit. Hic autem diuino conſecrauit me Platoni. Et hic ſimiliter, atque ille Marſilium medico deſtinauit. Galenus quidem corporum, Plato uero medicus animorum, iandiu igitur ſub Platone ſalutarem animorum exercui medicinam. Quando poſt librorum omnium eius interpretationem, mox decem, atq; octo de animorum immortalitate libros, & æterna felicitate cõpoſui, ita pro uiribus patri meo medici ſatisfaciens. Medico uero patri ſatis deinceps faciendũ putans, librum de literatorum ualetudine curanda compoſui. Deſyderabãt præterea poſt hæc homines literati, non tantum bene quandoq; ualere, ſed etiam bene ualentes diu uiuere. His ergo deinde librum de uita longa dedi. Diffidebant autem medicinis, atq; remediis in re tanta terrenis. Adiunxi librum de uita, tum ualida, tum longa cœlitus comparanda, ut ex ipſo mũdi corpore uiuo uita quędam uegetior in corpus noſtrum quaſi quoddam mundi mẽbrum, uelut ex uite, propagaretur. His uero tu medicinæ libris ignoſce (precor) indulgentiſſime Laurẽti, ſi dũ medicus eſſe uolo, neſcio quomõ etiã nolens ſum, etſi non bonus ſæpe poeta. Nã & Phœbus idem eſt medicinæ repertor, poeſis q̃ magiſter, uitam q̃ que ille ſuam nobis non tam per herbas quàm per citharam, cantum q̃ largitur. Ipſa quinetiam Ven° apud aſtrologos muſicum æque parit, & medicum. Sed hactenus dum literatorum, ciuium q̃ ſimilium uitę curioſius conſulo, librorum meorum ſalutem negligo, quandiu inter ſe patior eſſe ſeiunctos. Quamobrem in eos nunc primum pius in corpus unum copulo. Cuius artubus in unam formam iam compactis uita protinus adſit. Non poteſt autem hoc opus phyſicum, id quaſi corpus meum, uitam accipere niſi meam. Eiuſmodi uero uita ex mea duntaxat pendet anima. Hęc autem iandiu penes te magnanime Laurenti mi patrone uiuit, in ea præſertim ampliſſimarum ædium tuarum parte, ubi una` cum Platone noſtrum illud de animorum immortalitate ſeruatur opus, tuo iampridẽ nomini dedicatum. At animus iſte meus, etſi in beata quadam quaſi patria penes te uitã agit, ueruntamen, quod & theologi uolunt, inquietus eſt interea, donec opus id phyſicum tanquam ſuum corpus accipiat. Accipe igitur optime Laurenti, poſt illos de anima, hos etiam de corpore libros, eodem q̃ afflatu, quo & illis dudũ, feliciter his aſpira. Ita enim & corpus hoc ſub tuo ſpiritu, per ſuam uiuet animam, & anima uiciſſim noſtra cum hoc iam ſuo corpore in tuis laribus conquieſcet.

Marſilii

MARSILII FICINI FLORENTINI LIBER PRIMVS DE VITA SANA, SIVE DE CVRA VALETVDINIS EORVM, QVI INCVMBVNT STVDIO LITERARVM.

Arſilius Ficinus Florentinus Georgio Antonio Veſpuccio, & Ioanni Baptiſtæ Boninſegnio uiris probitate, doctrina q̃ inſignibus. S. D. Multa uobiſcum his temporibus peripateticorum more deambulando confabulati ſumus de curanda eorum ualetudine, qui aſſidue incũ
m bunt ſtudio literarum, quæ quidem breui perſtricta compẽdio uobis potiſſimum commendare decreui. Neq; prius id opuſculum uel ipſe probabo, quàm a` uobis præcipue uiris, amicis q̃ probatiſſimis probatum eſſe reſciuero, uel elegantiſſimum Laurentii Medicis noſtri iudicium ſubire permittam, cuius quidem proſperæ ualetudini eſt in primis, ſi opus fuerit, conſulturum. Vix enim pręſentibus literatis præſertim noſtris, proſpiciet unquam, niſi prius eorum patrono Mecœnati proſpexerit. Legite igitur diligenter, atq; curate ualetudinem diligentiſſime. Sublata enim ſanitate, ſublimes muſarum fores, niſi deus omnipotẽs mira quadam uirtute & ducat, & patefaciat, aut non tangũtur a` nobis unquam, aut certe fruſtra pulſantur. Phyſicam uero hanc diſputationem noſtram eò potiſſimum tanquam argumentum quoddam ſpectare uolumus, uidelicet ſi conſequendæ ſapientiæ gratia corporis ſanitas tã topere quærenda eſt, multo magis ſanitatem mentis, qua ſola poteſt ſapientia comprehendi, eſſe quærendam, alioquin inſcite omnino ſcientiam quærunt, quicunq; inſana mente ſapientiam capere moliuntur. Sanitatem quidem corporis Hippocrates, animi uero Socrates pollicẽ. Sed
» ueram utriuſq; ſanitatem ſolus ille præſtat, qui ſic exclamat. Venite ad me omnes, qui labo
» ratis, & honorati eſtis, atq; ego uos reficiam. Ego ſum uia, ueritas q̃, & uita.

¶ Nouem ſtudioſorum duces. Caput Primum

Vicunq; iter illud aſperum, arduum q̃, & longum ingrediuntur, quod quidem uix
q tandem ad excelſum nouem muſarum templum aſſiduo labore perducit, nouem omnino itineris huius ducibus indigere uidentur. Quorum primi quidem tres in cœlo. Tres ſequentes in animo. Poſtremi tres in terra nos ducũt. Principio in cœlo Mercurius, ut inueſtigando muſarum iter aggrediamur, uel impellit, uel adhortatur. Siquidẽ Mercurio tributum eſt inueſtigationis omnis officium. Deinde Phœbus ipſe & quærentes animos, & res quæſitas ſplendore uberrimo ſic illuſtrat, ut perſpicue, quod quærebat a` nobis, inueniatur. Accedit gratioſiſſima Venus gratiarum mater, aut almis omnino, lætis q̃ radiis ſuis, rem omnem adeo condit, & ornat, ut quicquid & inſtigante Mercurio quæſitum fuit, & monſtrante Phœbo iam erat inuentum, mirifica quadam, & ſalutari uenuſtate Veneris circũfuſum delectet ſemper, & proſit. Sequuntur tres itineris huius duces in animo, uidelicet uoluntas ardens, & ſtabilis, acumen ingenii, memoria tenax. Tres in terra poſtremi ſunt prudẽtiſſimus paterfamilias, probatiſſimus præceptor, medicus peritiſſimus. Abſq; his nouẽ ducibus nemo ad ipſum nouem muſarum templum peruenire uel potuit, uel poterit unquam. Cæteros quidem duces ab initio nobis pręcipue deus omnipotens, natura q̃ tribuit. Tres uero poſtremos noſtra adhibet diligentia. Sed præcepta, officia q̃, quæ ad patremfamilias, & quæ ad pręceptorem circa literarum ſtudia pertinent, antiqui plures, ſapientes q̃ tractauerunt, præcipue Plato noſter & ſæpe aliás, & in libris de Rep. ac de legibus diligentiſſime. Deinde Ariſtoteles in politicis, Plutarchus quoq;, & Quintilianus egregie. Solus autem literarum ſtudioſis hactenus deeſt medicus aliquis, qui manum euntibus porrigat, ſalutaribus que conſiliis, atque medicinis adiuuet eos, quos neq; cœlum, neq; animus, neq; paterfamilias, præceptor ue deſtituit. Ego igitur fortẽ eorum laborioſiſſimam miſeratus, qui difficile Mineruæ minuentis neruos iter agunt, primus tanquam medicus debilibus, & ualetudinariis adſum, ſed utinam facultate tam integra, quàm propitia uoluntate. Surgite iam adoleſcentes deo duce alacres. Surgite iuuenes, atq; uiri, quos ardentius Mineruæ ſtudium nimis eneruat. Accedite libenter ad medicum, qui uobis ad inſtituti ueſtri perfectionem monſtrante deo, atque fauente conſilia, remedia q̃ ſalutaria largietur.

Quàm diligens habenda cura sit cerebri, cordis, stomachi, spiritus. Cap. II.

Principio quantam cursores crurium, athletæ brachiorum, musici uocis curam habere solent, tãtam saltem literarum studiosos cerebri, & cordis, iecoris'q́, & stomachi oportet habere. Immo uero tanto maiorem, quanto & membra hæc præstantiora, quàm illa sunt, & ii frequentius, atque ad potiora his membris, quàm illi illis utuntur. Præterea solers quilibet artifex instrumenta sua diligentissime curat. penicillos pictor, maleos, incudes'q́ faber ærarius, miles equos, & arma, uenator canes, & aues, citharam citharœdus, & sua quisq́ similiter. Soli uero musarum sacerdotes, soli summi boni, ueritatis'q́ uenatores tam negligentes, prò nefas, tãq́ infortunati sunt, ut instrumentum illud, quo mundũ uniuersum metiri quodammodo, & capere possunt, negligere penitus uideantur. Instrumentum eiusmodi, spiritus ipse est, qui apud medicos uapor quidam sanguinis purus, subtilis, calidus, & lucidus definitur. Atq́ ab ipso cordis calore ex subtiliori sanguine procreatus uolat ad cerebrũ, ibiq́ animus ipso ad sensus tam interiores, quàm exteriores exercendos assidue utitur. Quamobrem sanguis spiritui seruit, spiritus sensibus sensus deniq́ rationi. Sanguis autem à uirtute naturali, quæ in iecore, stomacho'q́ uiget, efficitur. Tenuissima sanguinis pars fluit in cordis fontem, ubi uitalis uiget uirtus. Inde creati spiritus cerebri, & (ut ita dixerim) Palladis arces ascendunt. In quibus animalis, ideſt sentiendi, mouendi'q́ uis dominatur. Itaq́ talis plurimum ferme contemplatio est, quale sensus ipsius obsequium. Talis autem sensus, qualis & spiritus. Spiritus uero talis, qualis & sanguis, & tres illæ uires, quas diximus, naturalis scilicet, uitalis, & animalis, à quibus, per quas, in quibus spiritus ipsi concipiuntur, nascuntur, atq́ fouentur.

Literati pituitæ, & atræ bili obnoxii sunt. Cap. III.

Non solum uero membra illa uires'q́, & spiritus homines literarum cupidi curare diligentissime debent, uerum etiam pituitam semper, & atram bilem nõ aliter, quàm nauigantes Scyllam, atq́ Carybdim cautissime deuitare iubentur. Quantum enim reliquo corpore otiosi sunt, tantum cerebro, ac mente negotiosi. Inde pituitam, quod græci phlegma. Hinc atram bilem, quam iidem melancholiam uocant, gignere compeluntur. Illa quidem ingenium sæpe obtundit, & suffocat. Hæc uero si nimium abundauerit, flagrauerit'ue, assidua cura, crebris'q́ deliramentis uexat animum, iudicium'q́ perturbat. Vt non immerito dici possit, literatos fore, & præcipue sanos, nisi cum pituita molesta est, & lætissimos, sapientissimos'q́ omnium, nisi bilis atræ uitio, uel mœrere sæpe, uel interdum desipere compellantur.

Quot sint causæ, quibus literati melancholici sint, uel fiant. Cap. IIII.

Tot autem literati sint melancholici, tres potissimum causarum species faciunt. Prima cœlestis, Secunda naturalis, Tertia est humana. Cœlestis, quoniam Mercurius, qui ut doctrinas inuestigemus inuitat, & Saturnus, qui efficit, ut in doctrinis inuestigandis perseueremus, inuentas'q́ seruemus, frigidi quodammodo, sicci'q́ ab astronomis esse dicũtur, uel si forte Mercurius non sit frigidus, fit tamen sæpe Solis propinquitate siccissimus, qualis est natura apud medicos melancholica, eandem'q́ naturam Mercurius ipse, Saturnus'q́ literarum studiosis eorum sectatoribus impertiunt ab initio, ac seruant, augent'q́ quotidie. Naturalis autem causa esse uidetur, quod ad scientias præsertim difficiles consequẽdas, necesse est animum ab externis ad interna tanquam à circunferentia quadam ad centrum sese recipere. Atq́, dum speculatur in ipso (ut ita dixerim) hominis centro, stabilissime permanere. Ad centrum uero à circunferentia se colligere, figi'q́ in centro maxime terræ ipsius est proprium, cui quidem atra bilis persimilis est. Igitur atra bilis animum, ut se & colligat in unum, & sistat in uno, contempletur'q́, assidue prouocat. Atq́ ipsa mundi centro similis, ad centrum rerum singularum cogit inuestigandum. Euehit'q́ ad altissima quæq́ comprehendenda, quandoquidem cum Saturno maxime congruit altissimo planetarum. Contemplatio quoq́ ipsa uicissim assidua quadam collectione, & quasi compressione naturam atræ bili persimilem contrahit. Humana uero, ideſt ex nobis causa est. Quoniam frequens agitatio mentis cerebrum uehementer exsiccat, Igitur humore magna ex parte cõsumpto, quod caloris naturalis pabulum est, calor quoq́ plurimum solet extingui. Vnde natura cerebri sicca, frigida'q́ euadit. Quæ quidem terrestris,

dem terrestris, & melãcholica qualitas nominatur. Præterea ob frequentissimum inquisitionis motum spiritus quoq́ moti continue resoluuntur. Resolutos autẽ spiritus ex subtiliori sanguine instaurari necessarium est. Quapropter subtilioribus, clarioribus'q́ sanguinis partibus sæpe consumptis, reliquus sanguis necessario densus redditur, & siccus, & ater. Accedit ad hæc, quod natura in contemplatione cerebro prorsus, cordi'q́ intenta, stomachum, eparq́ destituit. Quare alimentis præsertim uel uberioribus, uel durioribus male concoctis, sanguis inde frigidus, crassus'q́, & niger efficitur. Postremo nimio membrorum otio neq́ superflua excernunt, neq́ crassi, fusci'q́ uapores exhalant. Hæc omnia melãcholicum spiritum, mœstum'q́, & pauidum animum efficere solent. Siquidem interiores tenebræ multo magis q̃ exteriores, mœrore occupant animum, atq́ terrent. Maxime uero literatorum omnium ii atra bile premuntur, qui sedulo philosophiæ studio dediti, mentem à corpore, rebus'q́ corporeis seuocant, incorporeis'q́ coniungunt, tum quia difficilius admodum, opus maiori quoq́ indiget mentis intentione, tum quia quatenus mentem incorporeæ ueritati coniungunt, eatenus à corpore disiungere compelluntur. Hinc corpus eorum nonnunquam quasi semianimum redditur, atq́ melãcholicum. Quod quidem Plato noster in Timæo significat, dicẽs animum diuina sæpissime, & intẽtissime cõtemplãtem, alimentis eiusmodi adeo adolescere, potentem'q́ euadere, ut corpus suũ supra quàm natura corporis patiatur, exsuperet, ipsum'q́ uehementioribus agitationibus suis aliquãdo uel effugiat quodammodo, uel nonnunquam quasi dissoluere uideatur.

Cur melancholici ingeniosi sint, & quales melancholici sint eiusmodi, quales contra. Caput V.

Hactenus quam ob causam musarum sacerdotes melãcholici uel sint ab initio, uel studio fiant, rationibus primo cœlestibus, secũdo naturalibus, tertio humanis ostẽdisse sufficiat. Quod quidem confirmat in libro problematũ Aristoteles. Omnes enim inquit uiros in quauis facultate præstantes melancholicos extitisse. Quare platonicum illud, quod in libro de scientia scribitur, confirmauit. Ingeniosos uidelicet plurimum concitatos, furiosos'q́ esse solere. Democritus quoq́ nullos inquit uiros ingenio magnos, præter illos, qui furore quodam perciti sunt, esse unquam posse. Quod quidem Plato noster in Phædro probare uidetur, dicens, poeticas fores frustra absq́ furore pulsari. Etsi diuinũ furorẽ hic forte intelligi uult, tamen neq́ furor eiusmodi apud physicos aliis unquam ullis præter quã melancholicis incitatur. Deinceps uero assignandæ à nobis ratiões sunt, quare Democritus, & Plato, & Aristoteles asserant melancholicos nonnullos interdum adeo ingenio cũctos excellere, ut non humani, sed diuini potius uideantur. Asseuerant id Democritus, & Plato, & Aristoteles absq́ dubio. Rationem uero tantę rei haud satis explicare uidentur. Audendũ tamẽ monstrante deo causas indagare. Melancholia, ideſt atra bilis, est duplex. Altera quidem naturalis à medicis appellatur, Altera uero aduſtione contingit. Naturalis illa nihil est aliud quàm densior quædam, siccior'q́ pars sanguinis. Aduſta uero in species quatuor distribuitur. Aut enim naturalis melancholiæ, aut sanguinis purioris, aut bilis, aut salsæ pituitæ combustione concipitur. Quæcunque aduſtione nascitur, iudicio, & sapientię nocet. Nempe dum humor ille accenditur, atq́ ardet, concitatos, furentes'q́ facere solet. Quam græci μανίαν nuncupant, nos uero furorem. At quando iam extinguitur, subtilioribus, clarioribus'q́ partibus resolutis, sola'q́ restante fuligine tetra, stolidos reddit, & stupidos. Quem habitum melancholiã proprie, & amẽtiam, uecordiam'q́ appellant. Sola igitur atra bilis illa, quam diximus naturalem, ad iudicium nobis, sapientiam'que conducit. Neque tamen semper. Sane si sola sit, atra nimium, densa'q́ mole obfuscat spiritus, terret animum, obtundit ingeniũ. Si uero pituitæ simplici misceatur, cũ
» Frigidus obstiterit circùm præcordia sanguis, Crassa quadam frigiditate segnitiem adducit, atque torporem. Atque ut densissimæ cuiusq́ materiæ natura est, quando eiusmodi melancholia frigescit, ad summum frigiditatis intenditur. Quo in statu nihil speratur, timẽtur omnia, tædet cœli cõuexa tueri. Si bilis atra uel simplex, uel mista putrescit, quartanam gignit febrem, lienis tumores, & multa generis eiusdem. Vbi nimis exuberat, siue sola sit, siue coniuncta, pituitæ spiritus crassiores facit, atque frigidiores. Continuo animum afficit tędio. Mentis aciem hebetat, neq́ salit arcadico circùm præcordia sanguis. Oportet autem atram bilem, neq́ tam pauca esse, ut sanguis, bilis, spiritus quasi freno careant. Vnde instabile ingenium, labilem'q́ memoriam esse contingat, neq́ tam multam, ut nimio pondere prægrauati dormitare, atq́ egere, calcaribus uideamur. Proinde necessarium est omnino eam esse, quoadeius natura patitur

ſubtiliſſimam. Si enim tenuata pro natura ſua maxime fuerit, poterit forſitan abſq; noxa etiam eſſe multa. atq; etiam tanta, ut æquare bilem ſaltem pondere uideatur. Abundet igitur atra bilis, ſed tenuiſſima. Non careat humore ſubtilioris pituitæ circunfuſo, ne areſcat prorſus, duriſſima'q; euadat. Non tamen miſceatur omnino pituitæ, præſertim uel frigidiori, uel multæ, ne ſtigeſcat. Sed bili, ſanguini'q; adeo miſceatur, ut corpus unum conficiatur ex tribus, dupla ſanguinis ad reliqua duo proportione compoſitum, Vbi octo ſanguinis partes, duæ bilis, duæ iterum atræ bilis portiones exiſtant. Accendatur aliquãtum a duobus illis atra bilis, accenſa'q; fulgeat, non uratur. Ne, quemadmodum ſolet materia durior, dum feruet nimiũ, uehementius urat, & concitet. Dum uero refrigeſcit, ſimiliter frigeſcat ad ſummum. Bilis enim atra ferri inſtar quando multum ad frigus intenditur, friget ad ſummũ, quando contra ad calidum ualde declinat, calet ad ſummum. Neq; mirum uideri debet, atram bilem accendi poſſe facile, atq; accenſam uehementius urere. Siquidem uidemus calcem illi ſimilem aqua perfuſam feruere ſtatim, atq; exurere. Tantam ad utrunq; extremum melancholia uim habet unitate quadam ſtabilis, fixa'q; naturæ, quæ quidem extremitas cæteris humoribus non contingit. Summe quidem calens ſummam præſtat audaciam, immo ferocitatem. Extreme uero frigens timorem, ignauiam'q; extremam. Mediis uero inter frigus, calorem'q; gradibus affecta uarie, affectus producit uarios, non aliter, quàm merum præcipue potens, bibentibus ad ebrietatem, uel etiam paulo liberius affectus inferre uarios ſoleat. Igitur opportune temperata ſit atra bilis oportet. Quæ cum ita moderata eſt (ut diximus) & bili, ſanguini'q; permiſta, quia & natura ſicca eſt, & conditione, quantum ipſius natura patitur, tenuiſſima, facile ab illis accenditur. Quia ſolida eſt, atque tenaciſſima, accenſa ſemel diutiſſime flagrat. Quia tenaciſſime ſiccitatis unitate potentiſſima eſt, uehementius incaleſcit. Quemadmodum lignũ paleis, ſi utraq; accendant, magis, diutius'q; calet, & lucet. Atqui a diuturno, uehementi'q; calore fulgor ingens, motus'q; uehemens, & diuturnus proficiſcuntur. Huc tendit illud Heracliti, lux ſic anima ſapientiſſima.

¶ Quo pacto atra bilis conducat ingenio. Caput VI.

q Været forte quiſpiam, quale ſit corpus illud humoris eiuſmodi, ea tribus illis humoribus, ex qua diximus proportione conflatum. Tale eſt ferme colore, quale aurum eſſe uidemus, ſed aliquantum uergit ad purpuram. Et quando tam naturali calore, quàm uel corporis, uel animi motu accenditur, ferme non aliter, quam ignitum, rubens'q; aurum purpureo miſtum calet, & lucet. Atq; uelut Iris trahit uarios flagrante corde colores. Quæret aliquis iterũ, quonam pacto humor eiuſmodi conducat ingenio. Nempe ſpiritus ex hoc humore creati, primo quidem ſubtiles ſunt, non aliter, quàm aqua illa, quam & uitæ, ſeu uitis aquam nominant, & ardentem quoties ex craſſiori mero, quadam ad ignem deſtillatione, ut fieri ſolet, exprimitur. Spiritus enim ſub anguſtioribus atræ bilis eiuſmodi compreſſi meatibus, uehementiore ob unitatem calore maxime tenuantur, per'q; arctiores meatus expreſſi ſubtiliores erumpunt. Deinde calidiores ſimiliter, atq; eadem ratione lucidiores. Tertio motu agiles, actione uehementiſſimi. Quarto ſolido, ſtabili'q; humore iugiter emanantes actioni diutiſſime ſeruiũt. Tali autem animus noſter obſequio fretus indagat uehementer. Perſeuerat inueſtigando diutius. Facile quæcunq; inueſtigauerit inuenit, clare perſpicit, ſyncere diiudicat, ac diu retinet iudicata. Adde quod quemadmodum in ſuperioribus ſignificauimus, animus inſtrumento, ſiue incitamento eiuſmodi, quod centro mundi quodammodo congruit, atq; (ut ita dixerim) in ſuum centrum animum colligit, ſemper rerum omnium & centra petit, & penetralia penetrat. Congruit inſuper cum Mercurio, atq; Saturno. quorũ alter altiſſimus omnium planetarum, inueſtigantem euehit ad altiſſima. Hinc philoſophi ſingulares euadunt. præſertim cũ animus ſic ab externis montibus, atq; corpore proprio ſeuocatus, & quam proximus diuinis, & diuinorum inſtrumentum efficiatur. Vnde diuinis influxibus, oraculis'q; ex alto repletus noua quædam, inuſitata'q; ſemper excogitat, & futura prædicit. Quod non ſolum Democritus, atq; Plato affirmat, ſed etiam Ariſtoteles in problematum libro, & Auicenna in libro diuinorum, & in libro de anima confitentur. Quorſum hæc de atræ bilis humore tã multa? Vt meminerimus, quantum atra bilis, immo candida bilis eiuſmodi quærenda, & nutrienda eſt tanquam optima, tantum illam, quæ contra ſe habet (ut diximus) tanquam peſſimam eſſe uitandam. Adeo enim dira res eſt, ut a malo dæmone eius impetus inſtigari Serapio dixerit, & Auicenna ſapiens non negauerit.

Quinq; ſunt

¶ Quinq; ſunt præcipui ſtudioſorum hoſtes, pituita, atra bilis, coitus, ſatietas, matutinus ſomnus. Caput VII.

T autẽ redeamus illuc, unde iam longius digreſſi ſumus, longiſſima uia eſt, quę ad ueritatem, ſapientiam'q; perducit, grauibus, terrę'q;, marisq; plena laboribus. Quicunq; igitur hoc iter aggrediũtur, ut poeta quiſpiam diceret, Sæpe terra, mariq; periclitantur. Siue enim mare nauigent, continue inter fluctus, ideſt humores duos, pituitam ſcilicet, & noxiam illam melancholiam, quaſi inter ſcyllam, charybdin'q; iactantur. Siue terra (ut ita dixerim) iter agant, tria monſtra protinus ſeſe illis obiiciunt. primum terrena Venus, Priapus'q; nutrit. Secundum Bacchus, & Ceres. Tertium nocturna Hecate frequenter opponit. Ergo & Apollo ab æthere, & Neptunus ab æquore, & a terra Hercules ſæpe uocandus, ut monſtra eiuſmodi Palladis inimica, iaculis Apollo transfigat, Neptunus tridente domet, clua Hercules contundat, & laceret. primũ quidem monſtrum eſt uenereus coitus, præſertim ſi uel paulum uires exceſſerit. ſubito nanq; exhaurit ſpiritus. præſertim ſubtiliores, cerebrum'q; debilitat. labefactat ſtomachum, atq; præcordia, Quo malo nihil ingenio aduerſius eſſe poteſt. Cur nam Hippocrates coitum comitiali morbo ſimilem iudicauit? niſi quia mentem, quæ ſacra eſt, percutit, tantum'q; obeſt, ut Auicenna in libro de animalibus dixerit, ſiquid ſpermatis ſupra quàm natura toleret, coitu profluat, obeſſe magis, quàm ſi quadragies tantundem ſanguinis emanarit, ut non iniuria priſci muſas, atq; Mineruam uirgines eſſe uoluerint. Huc platonicum illud ſpectat. Cum Venus muſis minitaretur, niſi ſacra uenerea coleret, ſe contra illas ſuum filium armaturam, Reſponderunt muſæ, Marti, o Venus Marti talia minitare. Tuus enim inter nos Cupido non uolat. Deniq; natura nullum ſenſum longius quàm tactum ab intelligẽtia ſegregauit. Secundum monſtrum eſt uini, cibiq; ſatietas. Quippe ſi uinum uel nimium, uel nimis calidum, uehemens'q; fuerit, caput ipſum humoribus, peſſimis'q; fumis implebit. Mitto quod inſanos facit ebrietas. Cibus uero nimius, primum quidem ad ſtomachum in ipſo coquẽdo omnem naturæ uim reuocat. Quo fit, ut capiti ſimul, ſpeculationi'q; intendere nequeat. Deinde inepte coctus multis, & craſſis uaporibus, humoribus'q; aciem mentis obtundit. Quin etiam ſi ſatis coquatur, tamen, ut Galenus ait, animus adipe, & ſanguine ſuffocatus cœleſte aliqd peruidere non poteſt. Tertium deniq; monſtrum eſt, ad multam noctem, præſertim poſt cœnam frequentius uigilare, unde etiam poſt ortum ſolis dormire cogaris. quoniam uero in hoc errant, falluntur'q; ſtudioſi permulti, iccirco quantum ingenio noceat, latius explicabo. atq; rationes ſeptem præcipuas afferam, primam ab ipſo cœlo, ſecundam ab elementis, tertiam ab humoribus, quartam ab ordine rerum, quintam a natura ſtomachi, ſextam a ſpiritibus, ſeptimã a phantaſia deductam. Principio tres planetę quemadmodum in ſuperioribus dicebamus, cõtemplationi, & eloquentię maxime fauent, Sol, Venus, atq; Mercurius. Hi uero paribus ferme paſſibus concurrentes, aduentante nocte nos fugiunt. Die uero uel propinquante, uel iam ſurgente reſurgunt, nos'q; reuiſunt. poſt uero ſolis ortum in plagam cœli duodecimam, quæ carceri, tenebris'q; ab aſtronomis aſſignatur, repente trudũtur. Ergo non qui uel nocte quando nos fugiunt, uel die poſt ſolis ortum, quando carceris, tenebrarum'q; domum intrãt, ſed qui uel propemodum petentibus ortum, uel iam ſurgentibus ad contemplandum, ſcribendum'que ipſi quoq; conſurgunt, ii ſoli acutiſſime ſpeculantur, & eloquentiſſime inuenta ſua ſcribunt, atq; cõponunt. Ratio ſecunda ſcilicet ab elementis eſt talis, Oriente ſole, mouetur aer, tenuatur'q;, & claret, occidente uero contra. Sanguis autem, & ſpiritus motum, qualitatem'que aeris circunfuſi, natura'q; ſimilis ſequi neceſſario compelluntur. Tertia ratio, quæ ab humoribus ducitur, eſt eiuſmodi. In aurora mouetur ſanguis, & regnat, motu'que tenuatur, & caleſcit, & claret. Spiritus uero ſanguinem ſeq; imitari'q; ſolent. Verum accedente nocte melãcholia illa craſſior, & frigidior, atq; pituita dominantur, quæ ſpiritus ad ſpeculandum ineptiſſimos proculdubio reddunt. Quarta ratio, quæ traditur ab ordine rerum, hæc erit. Dies uigiliæ, nox ſomno tributa eſt, quoniam cum ſol uel ad hemiſperium noſtrum accedit, uel ſuper ipſum incedit, radiis ſuis meatus corporis aperit, atq; a centro ad circunferentiam humores, ſpiritus'q; dilatat, Quod quidem ad uigiliam, actiones'q; excitat, atq; conducit, contra uero, quando recedit, omnia coarctantur, quod naturali quodam ordine inuitat ad ſomnum, maxime poſt tertiã, aut quartam noctis partem. Quiſquis igitur mane quidem dormitat, quando ſol, mundus'q; excitat, ad multam uero noctem uigilat, quando natura dormire iam, & a laboribus quieſcere iubet, hic abſq; dubio cum ordini uniuerſi, tum ſibi ipſi repugnat, dum contrariis ſimul motibus perturbatur

atq; distrahitur. Sane dum ab uniuerso mouetur ad extima, ipse sese mouet ad intima. Atq; cõtra, dum ab uniuerso ad intima trahitur, ipse se interim retrahit ad extima. Ergo peruerso ordine, motibus q; contrariis, tum corpus totum, tũ spiritus, ingenium q; prorsus labefactatur. Quinto loco a natura stomachi in hunc modum argumentamur. Stomachus diuturna diurni aeris actione, apertis poris admodum dilatatur, euolantibus q; spiritibus tandem ualde debilitatur. Igitur subeunte nocte nouam spirituum copiam exigit, qua foueatur. Quapropter quicunq; eo tempore contemplationes longas, & difficiles inchoat, ipsos ad caput spiritus retrahere nititur. Hi uero distracti, neq; stomacho satis, neq; capiti faciunt. Maxime uero nocet, si post cœnam lucubrantes diu eiusmodi studiis attentius incũbamus. Pluribus enim tunc ad concoquendum cibum spiritibus, multo q; calore stomachus indiget. Hæc uero duo lucubratione, studio q; tali diuertunt ad caput. quo fit, ut neq; cerebro, neq; stomacho suppetãt. Adde quod caput ob eiusmodi motum crassioribus cibi repletur uaporibus. Atq; cibus in stomacho a calore, et spiritu destitutus crudescit, & putret. Vnde rursus caput opplet, & lædit. Deniq; matutinis horis, quando surgendũ e, ut excrementis omnibus somno retentis singula membra purgent, tunc id, qd pessimum est, qui nocte lucubrando cõcoctionem penitus interruperat, idẽ dormiẽdo mane excrementorum expulsionem diutius impedire compellitur. Quod quidem tam ingenio, quam corpori medici omnes obesse quamplurimum arbitrantur. Merito ergo qui nocte contra naturam pro die, atq; conuerso, die rursus pro nocte utuntur tanquam noctuæ, ii etiam in hoc uel in uiti noctuas imitantur, ut, quemadmodum illis sub solis lumine caligant oculi, ita & iis mentis acies sub ueritatis splendore caliget. Sexto loco a spiritibus idem ita probat. Spiritus fatigatione diurna, præsertim subtilissimi quiq; denique resoluuntur. Nocte igitur pauci, crassiq; supersunt literarum studiis ineptissimi, ut non aliter mancis horum fretum alis, ingenium uolare possit, quam uespertiliones, atq; bubones. Contra uero post somnũ mane spiritibus recreatis, mẽbris q; adeo corroboratis, ut minimo spirituum adminiculo egeant, multi, subtiles q; spiritus adsunt, qui cerebro seruiant, atq; expeditius obsequi possunt in membris fouendis, regendis q; partum admodum occupati. Postremo septima ratio sic a phantasiæ natura deducitur. Phãtasia, siue imaginatio, siue cogitatio, seu quouis alio nomine nuncupanda uidetur, multis, longis, cõtrariis inuigilando imaginibus, cogitationibus, curis q; distrahitur, atque turbatur. Quæ quidẽ distractio, perturbatio q; sequenti contemplationi, tranquillam, serenam q; mẽtem penitus postulanti, nimium contraria est. Sola uero nocturna quiete agitatio illa sedatur tandem, atque paratur. Igitur accedente quidem nocte semper turbata mente, recedente uero, ut plurimum mẽte tranquilla ad studia nos conferimus. Quicunq; uero mente nimium agitata res ipsas iudicare conantur, ii non aliter, quam illi, qui uertiginem patiũtur, omnia uerti putant (ut Plato inqt) cum ipsi nertantur. Quamobrem scite Aristoteles in œconomicis iubet ante lucem surgere, aserit q; id & ad corporis sanitatem, & ad philosophiæ studia prodesse quãplurimum. Sed hoc ita accipiendum est, ut cita & modica cœna matutinam cruditatem diligentissime deuitemus. Deniq; sacer ille uates Dauid omnipotentis tuba dei, nunquam dicit uespere, sed mane semper atque diluculo in deum suum canendum, sed cithara, psalmis q; surgere. Surgere quidem mente, ea hora omnino debemus. Mox etiam corpore, si modo id commode fieri possit.

¶ Quæ sit hora inchoandis studiis opportunior, quis ue continuandi modus. Cap. VIII.

e Xiis, quæ in superioribus disputata sunt, ferme iam satis cõstat opportune nostra nos studia exordiri, uel statim oriẽte sole, uel hora una saltem uel duabus ad summum ante solis exortum. Sed ante, quam e lecto surgas, perfrica parumper, suauiter q; palmis corpus totũ primo, deinde caput unguibus, sed id paulo leuius. Hac in re te Hippocrates admoneat. Nam frictione inqt, si uehemens sit, durari corpus, si leuis, molliri, si multa, minui, si modica, impleri. Cum e lecto surrexeris, noli subitæ lectioni, meditationi q; prorsus incumbere. Sed saltem horæ dimidium cuilibet expurgationi concedito. Mox meditationi accingẽre diligenter, quam ad horam circiter unam pro uiribus prorogabis. Deinde remittes parumper mentis intentionem, atq; interim eburneo pectine diligenter, & moderate pectes caput a fronte ceruicem uersus quadragies pectine ducto. Tum ceruicem pãno asperi perfrica. Demum reuersus ad meditandum, duas insuper horas, aut saltem horam unam studio dedicato, produci uero nonnunq; studia possunt, sed aliquanta interdum intermissione facta, ad horam usq; meridianam. Quin etiam interdum, quamuis raro, nisi cibum interim cogamur assumere,

mur assumere, post meridiem circiter horas duas. Sol enim circa ortum potens est, potens & in medio cœlo, in plaga quoq; illa cœli, quæ medium proxime sequitur, quam nonam astronomi uocant, & sapientiæ domum, sol maxime gaudet. quoniam uero poetæ omnes Phœbum musarum, scientiarum q; ducem esse uolunt, merito, siquid altius excogitandum est, his horis potissimum cogitetur. si musæ quærendę, horis eisdem Phœbo duce quærãtur. Reliquę enim horæ ueteribus, alienis q; legendis potius, quam nouis, propriis q; excogitandis accommodatæ uidẽtur. Semper autẽ meminisse debemus qualibet hora semel saltem paulisper remittendam esse mentis intentionem. Cum enim ob intentionem eiusmodi spiritus resoluantur, merito,
» Si nunquã cesses tendere, lentus eris. Dũ laboras animo, interim corpore conquiesce. Mala est defatigatio corporis, peior animi, utriusq; simul pessima oppositis hominem motibus simul distrahens, uitam q; disperdens. Deniq; haud ulterius meditatio procedat quam uoluptas, potius uero citra.

Quomodo sit uitanda pituita. Caput IX.

o Peræpretium fore uidetur, quæ noxia literatis esse diximus repetere breuiter, atq; remedia singulis adhibere. Ergo ne pituita nimis augeatur, exercitatione quotidie stomacho ferme uacuo bis utendum, nunquam tamen laboriosa, ne acuti spiritus dissoluantur, excrementa diligentissime ab omnibus meatibus expurganda. Sordes a corporis totius cute, capitis præcipue tum lotione, tum frictione penitus abstergendę. Vitanda alimenta frigida nimium, atq; nisi obstiterit atra bilis, etiam humida, & omnino quæ pinguia, uirulenta, uiscosa, uncta, glutinosa q; sint, uel quæ facile putrescere soleant. Si stomachus uel natura, uel ætate sit frigidus, aut dimittendus omnino, aut certe minuendus aquæ potus. Moderatus cibus sit oportet, sed potio moderatior. Habitatio alta a graui, nubilo q; aere remotissima. Cum ignis, tum calidi odoris usu humiditas expellenda, prohibendum frigus a capite, maxime uero ceruice, atq; pedibus. Multum enim obest ingenio, prodest moderatus usus aromatum in frigidioribus epulis, nucis muscatæ præsertim, & cinnamomi, & croci, zinziberis quoq; conditi mane stomacho uacuo, quod sensibus etiam, & memoriæ maxime prodest.

¶ Qua ratione uitanda sit atra bilis. Caput X.

p Essimam uero illam, quam in superioribus detestabamur, atram bilem hæc augẽt, crassum, turbidum q; uinũ, præcipue nigrum. Cibi duri, sicci, salsi, acres, acuti, ueteres, usti, assi, fricti, carnes bouis, & leporis, caseus uetus, salsamenta, legumina, præcipue faba, lenticula, melongia, eruca, brassica, sinapis, radicula, allium, cepa, porrum, mora, cariotæ, & quæcunque calefaciunt, uel frigefaciunt simul, atq; deficcant, & oia nigra. Ira, timor, misericordia, dolor, otium, solitudo, & quęcũq; usum, & olfactũ, auditum q; offendunt, omnium uero maxime tenebræ, præterea exsiccatio corporis nimia, siue longis nata uigiliis, siue multa mentis agitatione, uel cura, seu frequenti coitu, usu q; rerũ calidarum multum, atq; siccarum, seu immoderata quadam deiectione, atq; purgatione, uel exercitatione laboriosa, uel inedia, siti, calore, uel sicciore uento, uel frigore. Cum uero bilis atra semper siccissima sit, frigida quoq; licet non æque, huic certe resistendum est rebus quidem modice calidis, humidis uero quammaxime. Cibis elixis assidue, qui coquantur facile, & subtilem gignãt sanguinẽ, atq; clarissimum. Sed interim, ut stomachi, & pituitæ ratio habeatur, perinde, atque bilis atræ epulæ cinnamomo, & croco, & sandalis condiantur. Conferũt semina peponis, atq; cucumeris, & pinei nuclei abluti. Cõueniunt lacticinia omnia, lac, caseus recens, amygdalę dulces. Conueniunt carnes auium, & pullorum gallinaceorum, quadrupedum ue lactentium, ouа sorbilia maxime, & ex membris animalium cerebellũ, dulcia mala, pyra, persica, pepones, pruna damascena, atque similia, Cucurbita rite cocta, herbæ humidæ, non uiscosæ, cerasia uero, ficus, uuas minime laudo. Nauseam uero, & satietatem ualde detestor. Nihil autem aduersus hãc pestem ualentius est, quam uinum leue, clarum, suaue, odorum, ad spiritus præ cæteris perspicuos generandos aptissimum. Nam (ut Platoni, & Aristoteli placet) hic humor. hoc uino non aliter mollitur, atque dulcescit, & claret, quam uel lupini aqua perfusi, uel ferrum flammis accensum. Verum quantum eius usus spiritibus, & ingenio prodest tantum nocet abusus. Præterea infundere aurum uel argentum, maxime ignitum, eorum q; folia in poculis uel in ipso iure, prodesse, consentaneum est, atq; aureo, uel argenteo uasculo bibere, cibosq; sumere. Item perutile

eſt, ſi ſæpe ſtomacho uacuo liquiritiæ ſuccus deglutiatur, ſuccus quoq; punici pomi dulcis, atq; dulcis arancei. Conducunt non mediocriter ſuaues odores temperati maxime, at ſi regnat frigus, ad calidum declinantes, ſin dominetur calor, uergentes ad frigidum. Temperandi ſunt igitur ex roſis, uiolis, myrto, camphora, ſandalis, aqua roſacea, quæ frigida ſunt. Rurſus ex cinnamomo, citro, aranceo, gariophylis, menta, meliſſa, croco, ligno, aloe, ambra, muſco, quæ calida. Verni flores proſunt in primis, & folia citri, ſiue arancei, odora'q; poma, ſed maxime uida. Verni flores proſunt in primis, & folia citri, ſiue arancei, odora'q; poma, ſed maxime uinum. Odores eiuſmodi, prout cuiq; conuenit, & naribus hauriendi ſunt, & pectori, atq; ſtomacho admouēdi. Odores uero calidos multum, ſiccos'q;, ſi ſoli fuerint, & continui, non probamus. Tenēdus ore hyacinthus, qui animum uehemēter exhilarat. Hierobotanum quoq;, ideſt ſclarea ſylueſtris tum cibo, tum odore confert. Bugloſa rurſus, borrago, melliſſa, horum'q; triū aqua. Rurſus lactuca, endiuia, uua paſſula, lac amygdalinum menſæ familiariſſima eſſe debēt. Fugiendus aer aut feruens, aut glacialis nimium, aut nubilus. Sed aer temperatus, ſerenus'q; liberrime admittendus. Mercurius, Pythagoras, Plato iubent, diſſonantem animum, uel mœrē tem cithara, cantu'que tam conſtanti quam concinno componere ſimul, atque erigere. Dauid autem poeta ſacer pſalterio, pſalmis'q; Saulem ab inſania liberabat. ego etiam, ſi modo infima licet componere ſummis, quantum aduerſus atræ bilis amaritudinem dulcedo lyræ, cantus'q; ualeat, domi frequenter experior. Laudamus frequentem aſpectum aquæ nitidę, uiridis, rubei' ue coloris, hortorum, nemorum'q; uſum, deambulationem ſecus flumina, per'que amœna prata ſuauem equitationem quoq;, geſtationem, nauigationem'q; lenem ualde probamus. Sed uarietatem in primis, faciles'q; occupationes, diuerſa'q; negotia non moleſta aſſiduam hominum gratioſorum conſuetudinem.

¶ Cura ſtomachi. Caput XI.

s Equitur ut curam ſtomachi diligentiſſimam habeamus, ne nauſeā, cruditatem'ue adducat unquam ſatietas, caputq; offendat. Bis cibus quotidie ſumendus eſt, & modicus, atque leuis cinnamomo, mace, nuce muſcata moderate conditus. Sempertamen ſiccus cibus pondere alimenta mollia, potum'q; exuperet, niſi forte atræ bilis ſiccitatem admodum uereamur. Famem (ſi cōmode fieri poteſt) cibus, ſitim potus expectet. Auiditas utriuſq; ſuperſit menſæ. Faſtidium, & ſaturitas procul abſint. Abſtinēdum ab iis, quę ob nimiam humiditatem, uel uirulentam, & unctam, uiſcoſam'q; materiam ſtomachū relaxando debilitāt, uel etiam frigida, aut calidiſſima ſunt, aut propter duritiam ægre coquunt'. Et quæ talia ſunt, ut diu poſt menſam palato ſaporem reddant moleſtiorē, ſiue inflent, ſiue caput multis uaporibus impleant. Ab omnibus in primis, quę facile uel extra aluum, uel in aluo putreſcāt. Dulces ſapores, aut acres, ſi ſoli ſint, nullo pacto probamus. Sed dulces acri quodam, uel acuto, uel ſicco uolumus temperari. Maſtix, & menta ſicca, ſaluia recens, uuæ paſſulæ, cydonia poma cocta, condita ſaccaro, cicorea, roſa, corallus, Lotus capparis, & aceto conditus ſtomacho amiciſſima ſunt. Mala præterea punica ſapore inter acidū, dulcem'q; medio, & omnino quæcunq; moderate arida ſunt, & aliquantulum auſtera, quæ medici ſtiptica uocant, ſiue quæ aliquantū acuta ſunt, uel ſalſa, uel aromatica. Myrobalani autem omnia ſuperant. Vinum quoq; rubeū potius, quam album ſapore quaſi paululum ſubamaro, ac niſi caliditas, uel deſtillatio aliter poſtulauerit, optimū erit merum bibitum paulatim. Omnino autem liquidiores epulæ prius ſumendæ, quam duriores. Sumpto uero cibo, conuenit coriandrum, pomum'q; cydonium conditum ſaccaro, mala punica, & pyra auſtera, meſpila quoq;, & perſica ſicca, atq; ſimilia. Mandere uero oportet ante, quam deglutiantur ſingula exactiſſime. Fouendus ſtomachus, ſi oportet, extrinſecus maſtice, roſa, menta, corallo. Cauendum ne poſt cibum, duabus, aut tribus proximis horis uel cogitationi difficili, uel lectioni ſedulo incumbamus. Neceſſariæ forſan erunt horę uacationis quatuor, ſi cibus, potus'ue uberior fuerit, aut cibus durior. Malum eſt cibo, potu'ue uentrem extendere, peſſimum ſtomacho ſic extento difficilia cogitare. Aut igitur nutrimētum ſume leuiſſimum, aut ſumpto, uaca donec quaſi concoxeris. Neque dormiendum poſt cibum meridie, niſi maxima cogat neceſſitas. Atque id quidem non prius, quam horas duas uigilauerimus. Nocte tamen ſumpta cœna, hora (ut uidetur) una uigilię ſufficit. Coitus ſtomacho peſtilens, præſertim ſi uel ſaturo ſtatim, uel eſuriente cōcumbas. Otio mœret ſtomachus, exercitatione gaudet, niſi dum cibo ſit plenus. Sumpto cibo, ſtatim modice deambulādum, mox uero ſedendum.

¶ De iis, quæ fouent membra prȩcipua uires ſpiritus. Cap. XII.

s Ed iam præſtare uidetur, ut nonnulla ex medicorum officina in medium producamus, quæ ſtomachi, cordis, cerebri, ſpiritum, ingenii uires uel ſeruent integras, uel reſtituant, acſi uel pituita, uel atra bilis excreſcat, uel immineat nauſea, longe propellant. Omnes ſine controuerſia medici conſenſerunt, nihil eſſe ſalutarius tiriaca fouendis, confirmandis'q; tum ſingulis membris, et uiribus, tum ſpiritibus, atq; ingenio. Huius igit' in primis utemur drachma dimidia, aut ſaltem drachmæ tertia parte bis qualibet hebdomada hyeme, & autumno, ſed æſtate, atq; uere ſemel, uel ſola, uel (ſi placet) frigidis, humidis'q; temporibus, cum pauculo mero claro, ſuaui, temporibus uero calidis, ſiccis'q;, prȩſertim ſi natura, uel ętas ſit calidior, cum aquæ roſaceæ duabus unciis, aut tribus, ſtomacho ſcilicet uacuo, ſex aut ſeptem horis ante cibum. Si tiriaca deſit, dabimus mithridatum, ſed ubi tiriacam mithridatum'ue ſumimus, eo die ab omni re calida penitus abſtinendum, ac ſi æſtas, aut uer fuerit frigidis eſt utendum. Secundo uero loco eadem in cauſa, pbatur ab omnibus aloe rite electa, atq; lota. Sume myrobalanorum, chebularum drachmas duas, roſarum purpurearum, ſandali rubei emblicorum, cinnamomi, croci, corticis pomi citri, beem, meliſſæ, ideſt citrariæ, ſingulorum drachmam unam, aloes electæ, rite'q; ablutæ drachmas duodecim. Ex his confice pilulas optimo mero. Quibus, ebdomada qualibet ſemel utaris diluculo eo ſcilicet pondere, quod naturę tuæ conueniat. Aeſtate quidem cum aqua roſacea, aliás uero cum uino. Quibus autem diebus neq; tiriacam, neq; pilulas aſſumes, utere confectione eiuſmodi mane, atq; ueſpere duabus, aut tribus ante cibum horis. Sume cinnami electiſſimi drachmas quatuor, chebularū, myrobalanorum duas, & totidem emblicarum, croci, roſarum purpurearum drachmam dimidiam, ſandalorum rubrorum drachmas duas, corallorum'q; ſimilium drachmam unā, ſaccari albiſſimi quātum ſatis eſt. Funde ſaccarum aqua roſacea, atq; ſucco citri, uel limonū æqualibus uidelicet portionibus. Coque ſuauiter. Deinde adde muſci tertiam drachmæ partem, atq; ambræ tantundē. Demum confice bōlos ſolidos, quos morſulos uulgo nominant, auro'q; inuolue. Tria hæc ipſi eo uſu, quo præſcripſimus, experti ſumus, tiriacā, & aloem ita (ut diximus) temperatam, confectionem'q; illam ſingulis conferre membris, & uiribus, & ſpiritibus, acuere ſenſus, atq; ingeniū, memoriam confirmare, pituitam quoq;, & bilem, atq; atram bilem illis pilulis facile uel educi, uel emendari, præterea ætati cuilibet, & naturæ, tria, quæ diximus, familiariſſima iudicantur.

Medicinæ contra pituitam. Caput XIII.

s I aduerſus exundantem pituitam acrius pugnandum fuerit, pilulas aurora ex hiepicra Galeni, uel quas Meſues elefanginas nominat, dabimus ſcilicet quot & quoties oportuerit, uel etiam in robuſtiore natura pilulas ex hiera, atq; trochiſcis agarici pari portione cōpoſitas, ſemper uero cum melle roſaceo liquido, atque oximelle, aquaq; marathri, ideſt fœniculi. Qui certe ſirupus in pituita digerenda etiā ante pilulas, atq; poſt eas maxime prodeſt. Si una` cum pituita cæteri quoq; humores turbent, pilulis ex reubarbaro Meſues, uel pilulis, quę ſine quibus a` poſterioribus nūcupantur, opportune purgabimus. Omnem uero uehementem, repētinam'q; deiectiōem, purgationem'q; penitus deteſtamur. Nā ſtomachum, cor'q; debilitat, ſpiritus multos exhaurit, confundit humores, ſpiritus fumis humorum fuſcis obtenebrat.

¶ Deſtillatio, atque eius cura. Caput XIIII.

u Bi caput propter pituitam deſtillationibus fluctuat, quandoq; hora ſomni aliquot ex pilulis, quas modo deſcripſimus, dabimus. Iubebimus prȩterea ea hora, & aliis thus ſȩpe mandere. Nā mirifice deſtillationibus, & ſenſibus omnibus, memorię'q; ſuccurrit. Rurſus muſcata nux, & tiriaca ore retenta probat'. Maiorana quoq;, quā amaracum nominant, uel eius aqua admota naribus, uel infuſa. Poſt cibum uero alimentorum fumos coriandro, cydoneis'q; coercebimus.

¶ Dolor capitis, & cura eius. Caput XV.

s I caput ſæpe doleat humore grauatum frigido, præter illa, quæ narrauimus, cōfectionē illam, quam diambram noīant, uel diacori, uel pliſarchoticon tenere ore iubebimus. Quinetiam maſticem ſæpe mandere. Prȩterea linire frontem, tempora,

ceruicem, maioranę, fœniculi, rutæ foliis una` cum oleo rosaceo tunsis, similiter aloe, aceto, oleo aquaque rosaceis perfecte diluta.

De cura uisus. Caput XVI

Bĩ oculi caligant, neq; rubent, tamen neq; aliud præbent ullum caloris indicium, u tunc sane` collirium ex aqua fœniculi, maioranę, celidoniæ, rutæ, adhibito croco, & antimonio, confert. Sed aqua eiusmodi prius densiori panno est exprimenda. Nihil tamen admoueas oculis, nisi antea pilulis lucis sæpe purgaueris. At si caligantes oculi rubeant, subito pilulis ex fumoterræ compositis purga. Mox collirium ex aqua rosacea, & saccaro prodest, Nonnunquam uero albumine oui, tutia, recte adiectis quamprimum opitulatur. Omnino autem quotidianus usus marathri uisum seruat, & acuit. Semẽ quidem eius frequenter ore tenere oportet, folia uero comedere. Trifera minora` Mesue descripta optima est. Optimum quotidie uacuo stomacho myrobalanum, chebulam conditam sumere, atq; cum ea nõ nihil panis ex saccaro, marathro'q; in puluerem ducto cõpositi. Quod insuper ingenio mirum in modum, ac producendæ uitæ prodest. Eufragiæ quinetiam usus oculis est singulare præsidium. In omni uel dolore capitis, uel caligine oculorum diuertendi sunt retro uapores, frictionibus, cucurbitulis'q;, ac si calor in causa sit, sanguis'q; abũdet, Irudines ceruici, &, humeris adhibebimus.

De gustu instaurando. Caput XVII.

Tomachus sæpe literaę studiosis gustũ fere` oẽm amittit, si id pituitæ uitio incidit, s qđ acidus oris sapor, uel saliua multa, & glutinosior indicat postq̃ aluũ subduxeris, medicinis, quas supra narrauimus, aromatico rosaceo uteř. s. saccaro rosaceo, misto melle quoq; rosaceo cũ cinamo, Solo ẽt uel zinzibere ꝑdito, uel mẽtę sirupo, sed ĩ ꝑmis tiriaca. Sin autem bilis copia forte contingit, quod quidẽ os amarũ ostendere solet, similiter post purgationẽ ex aloe, sicut diximus, præparata, uel reubarbaro, assume uel triasandalũ, uel oxizacharam, & saccaro aceto albo, & uino acrioris punici mali compositam. Vel persica, pyra'ue, siue condita, siue sirupo confecta, sicut Mesues docet, uel nostram eiusmodi confectionẽ gustui saluberrimam. Sume saccari rosacei uncias quatuor, diamarenati uncias duas, diacitonitem tantũdem, scilicet uncias duas, myrobalanorum, chebularum semunciam, emblicarum tantundẽ, sandali rubei, coralli rubri utrorũq; æque drachmã dimidiã. Funde insuper iuleb ex succo citri, uel limonis tres uncias, aut duas. Quod si stomachus debilis est, & frigidus, adiice duas cinnami drachmas. His ante cibũ duabus horis utendum. Nauseam semper ab utroq; natam humore, tollit diacitoniten, & usus capparis cum aceto. Itẽ potus modicus ieiuno stomacho albi aceti rosacei, si duplo saccari pondere misceatur. Rursus mentæ sirupus, atq; absynthii. Item menta uel aceto condita, uel acido mali punici succo diluta.

ℂ De exacta atræ bilis cura. Caput XVIII

Erum missa hæc tanquam leuiora iam faciamus, atq; ad id, quod periculosissimũ u est, reuertamur, scilicet ad atram bilem, quæ quoties abũdat, & furit, cũ corpus totum, tum uel maxime spiritum quasi quoddã instrumẽtum ingenii, ipsum'q; ingenium, & iudicium labefactat. Primum in ea curanda præceptum sit, ut docuit Galenus, ne repente illam educere cõtendamus, ne forte parte eius liquidiore, subtiliore'q; subducta, residuum densius admodum, siccius'q; resideat, sed paulatim molliatur, digerat'q; pariter, atq; educatur. Secundum, ut interim tam cibis humidioribus, q̃ lauacris dulcibus, & modicis, unguentis'q; similibus caput, & corpus totũ ad summum pro uiribus humectetur, ea tamẽ cautione, ne uel destillatio irritetur, uel destruat' stomachus, aut iecur, uel meatus corporis obstruãtur. Tertiũ uero, & id qdem maxime necessariũ, ut continue cor foueat', roboretur'q; rebus cõgruis partim intus acceptis, partim extra pectori, naribus'ue adhibitis. Aspiciant' quoq;, & audiantur, odorentur, & cogitentur assidue, quę oblectent. Cõtraria uero longius arceantur.

ℂ De sirupis. Caput XIX

Vlta quidem a` multis aduersus hunc humorem cõposita sunt. Ego autẽ in præm sentia tria quędã remediorum genera e` plurimis afferam electissima omnium, atq; tutissima, accepta primũ a` priscis, deinde a` recentioribus confirmata, interdum etiam

dum etiam a` nobis ad usum nostrum accõmodata. In primo est sirupi optimi compositio. In secundo, pilulę probatissimæ. In tertio, electuaria saluberrima. His tribus opportune adhibitis, melancholicus humor mollitur, & digeritur, atq; soluitur, spiritus acuuntur, & illustrãtur, foue tur ingenium, memoria confirmatur. Sirupus est huiusmodi. Sume boraginis, bugloss̃ę, florũ'q; utriusq; melissæ, capillorũ Veneris, endiuię, uiolarum, cuscutæ, polipodii, senæ, epithymi, singulorum quantum manu capitur. Pruna damascena numero uiginti, odora poma numero decẽ, passularum unciam unam, liquiritiæ unciam dimidiam, cinnami, sandali rubri, corticũ citri, singulorum drachmas tres, croci drachmam dimidiam, coquãtur in aqua omnia prẽter epithymũ, & aromata, donec pars tertia consumatur. Decoctio expressa post cum saccaro iterum, & epithymo moderate coquatur. Postremo infundantur aromata scilicet cinnamomum, atq; crocus. Huius sirupi aurora calefacti uncię tres bibãtur, simulq; unciæ duę, aut tres aquæ bugloss̃æ, atq; una` cum his ex sequentibus pilulis accipi debent duę saltem, ac plures prout, cuiq; conuenit, eo scilicet pacto, ut aluus quotidie paulum moueatur.

De pilulis. Caput XX.

Ilularum uero quantum ad propositum spectat, duo sunt genera, alię delicatis cõp gruunt, robustioribus alię. Primæ aureę, siue magicę nominari possunt, partim magorum imitatione, partim nostra inuẽtione, sub ipso Iouis, Veneris'q; influxu cõpositæ, quæ pituitam, bilem, atram bilem educunt, absq; molestia, singula mẽbra corroborant, spiritus acuũt, & illuminãt. Ita eos dilatant, ne constricti mœstitiam pariãt, sed dilatione, & lumine gaudeant. Ita rursus stabiliũt, ne extensione nimia euanescant. Sume igit' auri grana duodecim, maxime foliorum eius, si pura sint, thuris, myrrhæ, croci, ligni aloes, cinnami, corticis citri, meliss̃ę, ferici crudi coccinei, mẽtæ, beem albi, beẽ rubei, singulorum drachmã dimidiã, rosarum purpurearum, sandali rubri, coralli rubri, myrobalanorũ trium scilicet emblicarum, chebularum indarum, singulorum drachmã unam, aloes rite ablutæ tantundem quantum cunctorum pondus. Confice pilulas mero q̃electissimo. Sequũtur pilulæ ad soluendã melancholiam aliquanto ualidiores, uerũtamen minime uiolentæ. Sume pæoniæ, myrrhæ, sticados arabici, melissæ, thuris, croci, myrobalanorũ trium scilicet emblicarum, chebularum, indarum, rosarum, singulorum drachmã unam. Trochiscorũ agarici, polipodii, epithymi, senæ, lapidis lazuli loti rite, & prẽparati, Lapidis armeni affecti similiter, drachmas tres, singulorũ. Aloes lotæ uncias duas uino perfecto pilulas confla. Si cum melancholia manifesta caliditas domine tur, quæ in hac compositione sunt frigida ad tertiam insuper ponderis sui partem augẽda erũt. Has pilulas (ut literarum studiosis conuenit) Grẽcorum, Latinorum, Arabum'q; imitatione cõposui. Nolui uero fortiora miscere. Quale ueratrum, quo Carneades phanaticus utebat'. Viris enim literatis tantum, uel paulo firmioribus consulo, qbus nihil pestilentius, est q̃ uiolẽtia. Ideo prætermisi pilulas indas, lapidis'q; lazuli, uel armeni notas, & quam compositionem hieralogodion appellant. Si deniq; decet simpliciorem cõpositionem inferere, qua ego familiarius utor. Sume aloes lotæ unciam unam, myrobalanorum, emblicarum, atq; chebularum, utriusq; pariter drachmas duas, masticis drachmas duas, duas quoq; rosarum, præsertim purpurearum, cõfice pilulas uino, proinde pilulis, aut iis, aut illis, ex iis scilicet, quas ꝓbauimus, nemo unquam solis uti debet, ne forte nimium exiccetur. Quod quidem in melancholia pessimũ est, immo uel una` cum sirupo, quem secuti partim Mesuem, partim Gentilem Fulginatem supra descripsimus, uel cum uini odori, leuisq; uncia una siue duabus, siue tribꝰ, ut cuiq; ꝓuenit, aut cum aqua mellis, & passularum, atque liquiritiæ. Aut ſicubi caliditas dominat', cũ iuleb uiolaceo, aquaq; uiolacea. Omnino autem consulo literatis, quicunq; ad atram bilem sunt ꝓniores, ut hac purgatione bis quolibet anno, uere scilicet, autũno'q; utantur, diebus quindecim continuis uel uiginti, pilulis scilicet, cum sirupo, atq; similibus. Quicunq; uero paulo minus huic morbo obnoxii sunt, sat habebunt, si pilulas primas, aut ultimas toto anno sumãt, semel hebdomada qualibet, æstate quidem cum iuleb (ut diximus) aliãs uero cum uino.

ℂ De Medicina liquida. Caput XXI

Eminisse uero oportet, ubi maximum in exiccatione periculum imminet, purgare m tamen necessitas cogit, operæpretium esse pilulas intermittere, atq; in ipso sirupo uel simili quadam decoctione, facta in aqua bugloss̃æ, quando purgandum est, in

terdum infundere diasenæ uel diacatholiconis, uel tripherę persicæ unciam unã, aut saltẽ dimidiam. Quod si uel corpus robustius sit, uel astrictior & durior aluus, addere electuarii hamech drachmam unam, aut duas. Vtilis quoque hic est cunfecta cassia, utilior mãna. Nec oĩ melãcholię speciei conueniunt, sed illi maxime, quę adustione creat. Sin aũt melãcholia naturalis sit, cõueniunt quidem, uerũ præcipue, si in sirupo addatur polipodii portio dupla, uel tripla, similiter liquiritiæ, crocię, & passularũ, Item medicinę addant mellis rosacei liquidi unciæ duæ. Quorum tres potissimum eligo, unam. s. Mesues, quã recẽsui, duas uero nĩas, quas modo descripsimus. Quo uero pacto his utendum sit, superius satis exposuimus. Siquis autem simplicius aliqd appetat, omnibus tñ accõmodatum, hic citri pomũ pfecte maturũ, integrũ pfecte ꝓtundat, multo cũ saccaro, & multo rosaꝝ succo adhibito, coquat. Coctum uero modico cinnamo, crocoque condiat. Aut aromatico rosaceo utat sic tẽperato. Sume aromatici rosacei unciam unã, saccari rosacei, saccari diabuglossati, utriusque uncias duas, aut similiter misceat diamuscum. Quanq̃ enim duo hæc non sint simplicia, tamen facile satis habetur, ac si caliditas timeatur, diaprunis, & saccarum uiolaceum adiungantur.

De nimia uigilia. Caput XXIIII.

Æpe melancholicis pręsertim literatis accidere solet, ut nimium exiccato cerebro, uigiliis longis extenuentur, quoniam uero nihil atræ bilis mala magis auget q̃ longa uigilia, tanto malo omni studio succurrendũ. Ideo lactucas post cibos alios edãt una' cum pane modico, pauculo croco, uinum'q̃ purum sorbeãt post lactucã, neq̃ ultra horam lucubrent. Cum se dormitũ conferunt, confectionẽ eiusmodi sumant. In qua seminis papaueris albi unciæ duę sint, seminis lactucę uncia una. Amomi croci scilicet utriusq̃ pars drachmæ dimidia, saccari uncię sex. Dilue, & coque omnia simul sirupo papaueris. Edant huius drachmas duas, simulq̃ non nihil sirupi papaueris gustent, aut uini. Illinias eis frontem, tẽpora'q̃ oleo ex uiolis, & ex neufare adiecta camphora. item lacte, oleo'q̃ amygdalino, atq̃ uiolaceo. Odorẽ croci, & camphorę, putaminum'q̃ dulcis mali naribus admouebis. Aceti insuper modici, sed aquæ rosaceæ plurimæ. Sternes quoq̃ lectum plantarum foliis frigidarum. Aures grauibus cantibus, sonisq̃ delinies. Humectabis sæpe caput eiusmodi lauacris, scilicet aqua, in qua cocta sint frusta papaueris, lactuca, portulaca, malua, rosarum, uitis, salicis, arundinum'q̃ folia, addita chamomilla. Balneis quoq̃ dulcib⁹ ex rebus eiusmodi, sæpe tibiæ, brachia'q̃, sæpe totum corpus est humectandum. Lac insuper bibere mistum saccaro scilicet stomacho uacuo, si modo stomachus optime toleraverit, maxime prodest. Humida hæc melancholicis etiam, si satis dormiant, mirifice cõferunt. Memento lac amygdalinũ mensæ familiarissimũ esse debere.

¶ De Hebetudine, atq̃ obliuione. Caput XXV.

Ccidit uero nonnunquã, ut studiosis, uel quia sedulo inclinato capite legant, scribant'ue, uel quia otio nimio torpeant, pituita quædã uiscosior una'cum frigida nimis melancholia caput occupãs grauet, atq̃ hebetes, obliuiosos'q̃ efficiat. His ergo caput exonerandum est iis remediis, quæ aliás diximus, pituitæ conuenire. Si minus illa suffecerint, ad pilulas indas, et cocchias, hieralogodion'q̃ confugito. Pręterea ad hierã diacoloqntidos uel Archigenis, uel Andromaci, uel Theodotiõis, aut ad pilulas iudæi, quas Mesues in capitulo de capitis dolore describit. Quod si natura, ætas'ue frigidior sit, nec æstas obstiterit, post purgationem utere confectione illa anachardina, quã Mesues sapientum confectionem nominat in Antidotario. Rursus anachardina illa, quam in capitulo de obliuione ex sententia filii Zacharię recenset. Da summo mane dracmam unam, sed qui eam sumit, ab ira, coitu, ebrietate, labore, rebus'q̃ calidis eo die prorsus abstineat. Hæc quidem aduersus hebetudinem, obliuionem'q̃ ualentissima sunt. At uero si familiaria magis optes, da zinziber saccaro conditum, sed modico thure mistum, quod sensibus, & memoriæ magnopere prodest, præsertim his adiectis, scilicet melle anachardino, melle chebularũ acoris, ciperis, ambra, musco. Prodest etiam diambra, plisarchoticon, diacori. Sed hæc ore diutius retinenda, naribus etiam, & auribus infundẽda. Odor quoq̃ thuris, amaraci, marathri, nucis muscatæ, rutæ, gariophylorum, prodest non mediocriter. Memento tamen tiriacam in his, atq̃ similibus, quẽadmodum ab initio diximus, nulli unquam remedio postponendam. Præterea hebetibus, obliuiosis'q̃ tempora, & ceruicem unctione eiusmodi unge. Sume olei sambucini unciam unã, olei deben uncias

De electuariis. Cap. XXIII.

Equunt electuaria, ex quibus laudo equidem, qd Rasis exhilarãs appellauit, ꝑtea, quę in libro de uiribus cordis Auicẽna cõponit. Sed multo magis, qd Mesues ita cõscribit. Sume crudũ sericũ colore coccineo nup tinctum, põdere libram unã. Id merge succo pomoꝝ dulciũ, & suauiter redolentiũ, atq̃ succo bugloss̃, aquaq̃ rosacea, singuloꝝ libra una, post quatuor & uiginti horas, totũ id coque suauiter, donec aq̃ ruheat. Deinde extrahe sericũ, atq̃ insup exprime diligenter. Infunde mox saccari cãdidissimi cẽtum & qnquaginta drachmas, coque rursus, donec quasi mel spissẽt, amoue tunc ab igne, atq̃ infunde, dũ calet, ambræ crudę diligenter cõcisæ drachmas sex, & ut liquescat ambra ꝑmitte, postremo adde his pulueręe eiusmodi. Sume ligni aloes crudi, cinnami, utriusq̃ æque sex drachmas. Lapidis lazuli rite abluti, drachmas tredecim. Vnionũ. i. albaꝝ margaritaꝝ, drachmas duas. Auri ueri drachmã unã. Musci electi partẽ drachmæ dimidiam. Dant ex eo cũ uino drachmæ duæ, uel una mane, ac uespere ante cibũ trib⁹, aut quatuor horis. Id mihi ꝑ cęteris ualde placet. Veruntñ probo ẽt Diamascũ Mesues dulcẽ, cõpositionẽ q̃ gẽmarum, mõ cum aqua rosacea assumant. Laudarem quoq̃ mirifice, qd est a' Petro Ebanẽsi philosopho fũmo conflatũ, nisi ipsemet ex eius ímodico usu dilatationem, exhalationem'q̃ spũum nimiã formidaret. Quã obrẽ duo quædam insuper excogitaui tutissima, atq̃ ob tẽperationẽ suã cuilibet tpi, ætati, naturæ ꝙuenientissima, in quibus misceat utile dulci. Quæ tñ nutriunt, quantũ fouent & roborãt ꝑterea spiritui, & ingenio tñ stabiliendo, quantũ acuendo, & illustrando conueniũt. Sume, saccari rosacei uncias quatuor, Saccari una' cũ floribus bugloss̃æ cõcocti uncias duas. Corticis pomi citri saccaro conditi unciã unam. Chebuli cõditę uncias duas. Cinnami electi drachmã unã, Sãdali, coralli. s. utriusq̃ rubri, item serici, coccinei, crudi cõcisi, croci, margaritaꝝ, singuloꝝ drachmã dimidiã, auri, argenti, singuloꝝ tertiã drachmæ partẽ, ambræ, musci, utriusq̃ grana duo. Funde oĩa simul succo citri uel limonis saccaro cocti. Sequit confectio altera, aliquãto salubrior, certe multo suauior. Sume amygdalaꝝ dulciũ quatuor uncias nucleoꝝ pineorum. s. abluto/ rum diei unius spatio, seminũ cucumeris, utrorũq̃ pariter, uncias duas, Saccari duri, quod candum. i. candidum uocant, quatuor uncias. Saccari alterius, sed albissimi libram unam, atq̃ dimidiam. Funde

duas, euforbii unciam dimidiam, caſtorei quoq; tantundem. Perfricabis brachia, crura, ceruicem'q; uehementer. Ac, ſi opus fuerit, ceruici cucurbitulas, admouebis. Verticem præterea capitis amaraco, thure, nuce muſcata tunſis operies, atq; fouebis.

¶ Quod corporeum quidem ſpiritum curare debemus, incorporeum uero colere. ueritatem deniq; uenerari. primum medicina præſtat, ſecundum diſciplina moralis, tertium uero religio. Caput XXVI.

s I homines ueritatis cupidi tanta medicorum diligẽtia corporeum ſpiritum curare debent, ne forte omnino neglectus uel impedimento ſit, uel inepte ſeruiat quærẽtibus ueritatem, multo proculdubio diligentius incorporeum ſpiritum, ideſt intellectum ipſum diſciplinæ moralis inſtitutis colere decet, quo ſolo ueritas ipſa, cum ſit incorporea, capitur. Nefas, enim eſt ſolum animi ſeruum, ideſt corpus colere, animi uero corporis dominum, regem'q; negligere. præſertim cum magorum, Platonis'q; ſentẽtia ſit, corpus totum ab animo ita pendére, ut niſi animus bene ualuerit, corpus bene ualere non poſſit. Quapropter medicinæ author Apollo non Hippocratem, quamuis ex ſua ſtirpe genitum, ſed Socratem ſapientiſſimum iudicauit. quippe cum quantum Hippocrates corpori, tantum Socrates animo ſanando ſtuduerit, quanquam, quod tentauerant illi, ſolus Chriſtus effecit. proin de ſi mentem noſtram optimis colere moribus a' Socrate iccirco iubemur, ut lucem, ueritatẽ'q; a' nobis naturæ inſtinctu quæſitam ſerena mẽte facilius aſſequamur, quanto magis ueritatem ipſam diuinam in primis religione ſancta fas eſt uenerari? Ad quam quærendam, capiendam'q; non aliter creata mens eſt, quam oculus ad lumen ſolis perſpiciendum. Atq; (ut, Plato noſter inquit) quemadmodum uiſus nihil uſquam uiſibile perſpicit, niſi in ipſo ſummi uiſibilis, ideſt ſolis ipſius ſplendore, ita neq; intellectus humanus intelligibile quicquam apprehẽdit, niſi in ipſo intelligibilis ſummi, hoc eſt dei lumine nobis ſemper, & ubiq; præſente, in lumine inquã, quod
» illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. In lumine, de quo canit Dauid, in
» lumine tuo uidebimus lumen. Profecto quemadmodum purgatis oculis, in'que lumen ipſum aſpicientibus, ſubito ſplendor eius infunditur, coloribus, figuris'q; rerum abunde refulgens, ita cum primum ab omnibus corporis perturbationibus per moralem diſciplinam purgata mens eſt, atq; in diuinam ueritatem, ideſt deum ipſum religioſo quodam, flagrantiſſimo'q; amore directa, ſubito (ut diuinus inquit Plato) diuina menti ueritas influit, rationes'q; rerum ueras, quę in ipſa continentur, quibus'ue omnia conſtant, feliciter explicat, quanto'q; mentem circufundit lumine, tanto ſimul & uoluntatem gaudio beate perfundit.

MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM SECVNDVM, DE VITA LONGA AD PHILIPPVM VALOREM, EPISTOLARE PROOEMIVM.

Arſilius Ficinus Florentinus, Philippo Valori ciui optimo, atq; nobiliſſimo. S.D. Quãquam Plato noſter genio ſuo uiuit, & uicturus eſt (ut arbitror) dũ
m mundus ipſe uiuet, meus me tamen genius huc ſemper impellit, ut poſt diuinum cultum ante omnia Platonis uitæ proſpiciam. Ad hoc ipſum iandiu nobis aſpirat prę cęteris Medica domus. Ad idem conſpiras & tu mi Valor Medicum amiciſſimus, & platonicæ gloriæ, atq; diſciplinæ admodum ſtudioſus. Quam'ergo uitam Platoni ſemper exopto, eãdem opto Medicibus, ſimilem'q; Valori. Quãobrem hortor, & obſecro te mi Valor, ut quanta ſemper opera gloriæ platonicæ faues, tanta aliquando diligentia præcepta hæc noſtra de uita producenda, legas, atq; ſerues. Quibus diu uiuens reſurgenti nuper diſciplinæ Platonis diutius una' cum magnanimo Laurẽtio Medice patrocinari poſſis. Vale.

Marſilii

MARSILII FICINI FLORENTINI LIBER DE VITA LONGA.

¶ Ad perfectionem ſcientiæ neceſſaria eſt uita longa, quã ẽt diligentia p̃ſtat. Cap. primũ.

D artẽ, ſcientiam'q; pfectã nõ tã uel docilitas ingenii, uel memoriæ firmitas, q̃ prudẽtis iudicii pſpicacia nos pducit. Iudiciũ uero pp ambiguitatẽ ex cõiecturarũ diuerſitate cõceptã adeo difficile eſt, ut experimẽto ſit neceſſario
a confirmandũ. Expimentũ quoq; fallax tum pp iudicii ipſius difficultatẽ, tũ pp fugacẽ opportuni in expimẽto captãdo tpis breuitatẽ. Quibus ſane' de cauſis, artẽ eẽ longã una' cũ Hippocrate recte ꝓcludimus, nec poſſe nos eã, niſi uitæ lõgitudine ꝓſequi. Vitã uero lõgã non ſolũ ab initio ſemel fata pmittunt, ſed nr̃a ẽt diligentia p̃ſtat, quod & aſtrologi cõfitent', ubi de electionibus, & imaginibus agũt, & medicoꝝ cura diligẽs, expientia'q; cõfirmat. Qua quidẽ ꝓuidẽtia, nõ ſolũ hoies natura ualidi ſæpiſſime, ſed ẽt ualetudinarii uitã longã aliqñ conſequunt', ut nõ miꝝ ſit Herodicũ quendã literarũ ſtudioſũ, oĩum ſui tpis ĩfirmiſſimũ (ut Plato, Ariſtoteles'q; teſtant') eiuſmodi puidentia, annũ fere' cẽteſimũ ſpleuiſſe. Plutarchus p̃terea narrat, multos corpore alioquin paꝝ firmo, uitã ſola diligẽtia longã cõſecutos. Mitto ĩ p̃ſentia, quot ibecillos ipſe nouerim, prudẽtiæ munere robuſtiſſimoꝝ annos ſupauiſſe. Neq; igit' iutile fuerit, neq; uanũ, poſt librũ de curanda ualetudine literatoꝝ a' nobis cõpoſitũ, p̃cepta q̃dã inſup ingeniis ſcientiæ cupidis, ad uitam longã conducentia tradere. Inſtituta uero hæc nec inertibus, ignauis'q; cõicari uolumus. Quid. n. cupiamus iſtos diu uiuere' qui neq; uiuũt quidẽ, quaſi fucos nutriamus nõ apes. Nec hoĩbus diuulgari, ꝓdita uoluptatũ libidine diſſolutis, q̃ breuem quotidie uoluptatẽ longe ſtulti p̃ponunt. nec improbis, iniquis'que patefieri, quorũ uita mors eſt bonoꝝ. Sed uiris dũtaxat prudẽtibus, atq; temperatis ſolertis ingenii uiribus humano generi uel priuatim, uel publice profuturis.

¶ Vitalis calor nutrit' humore, quo deficiẽte fit reſolutio, quo excedẽte, fit ſuffocatio. Cap. II.

Ita quidem tanq̃ lumen in naturali calore cõſiſtit. Caloris uero pabulũ eſt humor,
u aerius, atque pinguis, quaſi oleũ. Siue igit' humor eiuſmodi forte deficiat, ſiue ꝓfuſus excedat, uel inquinet', calor ſtatim debilitat', & tandẽ debilitatus extinguit'. Si humoris defectu calor debilitat', & perdit', mors reſolutione contingit. Si potius obruit' humoris exceſſu, uel uitio, uita ſuffocatione perit, Suffocatio uero humoris cuiuſlibet exundantia, uel putrefactione contingit, præſertim pituita uel excreſcente, uel quomodolibet putrefacta, ut nõ immerito pituita perens uitam fuerit nominata. Pręcepta igitur ad producendã uitam maxime neceſſaria, hinc quidem reſolutionem, inde uero ſuffocationẽ, putrefactionẽ'q; æque deuitant, æque inq̃ ratione cõi. Nam ſi calidiorem, ficciorem'ue hominem forte curant, & cui meatus quidem aperti ſunt, humores autem, ſpiritus'q; ſubtiles reſolutioni magis occurrunt, Sin aũt contraria ratione corpus affectum tractant, potius ſuffocationi ſubueniunt. Maxime uero in alterutro ſtudẽt, ſi ad alterutrũ locus, tempus'ue declinet. At ubi ingenioſis, ſtudioſis'q; conſulit', utrunq; præceptũ ferme' eſt pariter neceſſariũ, in utroq; ſimiliter laboratur. His enim acutum quidem, calidum'q; ingenium, & imaginationis motus aſſiduus, reſolutionẽ otium uero corporis, atq; cruditas ſuffocationem minitari uidetur. Nuſquam igitur medici uehementius, quam in eiuſmodi hominum curatione laborant. Etſi tota libri ſuperioris diſputatio ad prorogandam uitam maxime confert, propriam tamen quandam res tanta curam, qualem deinceps (quoad potero) paucis comprehendam, poſtulare uidetur.

¶ Quomodo tẽperandus calor ad humorem, atq; uiciſſim quodam Mineruę conſilio. Caput III

Æterum dum oleum iſtud pingue, igneo huic uigori noſtro neceſſarium pingui
c Minerua tractamus, Minerua interim oliuifera olei uitalis origo, almi uidelicet Iouis capite nata ridet, quod ſui muneris quantitatem plane' cernentes, interea non ſatis uidimus qualitatem. Ridẽs ergo, uobis inquit, oleum, non modo quantum ſat flammæ nutriendæ foret, abunde dedi, ſed etiam ſine amurca ſyncerum infundi lucernæ. Hæc illa. nos autem inter loquendum errantes offendimus, quoniam lucerna pedibus noſtris

uerbum ſuum, non dum nobis auditum. Ex hac ergo lucerna diſcamus, oleum iugiter flammæ ſubminiſtrandum, ea ſcilicet diligentia, ut nec repentina quadam lumen obruamus illuuione, nec rurſum differamus ſitibundo potum. Sed hæc quidem duo ſatis in ſuperioribus tractata putamus. Reliqua nobis duo ſunt, quorum alterum leuiter tetigiſſe, alterum uix attigiſſe uidemur, tangentes interim ita Palladem, ut ridere nunquam ſolita nos rideret. Quid ergo? Primo quidem cõſyderabimus flãmã uel pauculam eſſe prorſus edacem, ideo'q; lucernam illam lucere diutius, in qua ſic flammula eſt ad ellychninim, ideſt luciniũ temperata, ut non ebibat oleũ, ſed pitiſſet. Itaq; & nos in omni diæta cauebimus, nequando, pęrſertim in iuuentute, nimium inualeſcat inſitus ignis ſuapte natura uorax. Sat uero fuerit tum humorem inundantem, tũ penetrabile frigus hinc arcere. Deinde lucernam cogitabimus frequenter extingui, quando non ſyncerum oleum inſtillauerit, ſed (ut ita dixerim) amurcoſum. Vnde paulo poſt concreſcunt ex amurca fungi, lumen'q; extingunt. Iam uero nos almum a` Pallade ſuſcepimus oleum ſcilicet aerium quamplurimum, purum'q;, & natiuo quodam lentore tenax, atq; firmum. Quod ergo huic paulatim abſumpto ſubgeritur, non ſolum huic æquale debet eſſe, ſed ſimile. Vt uero ſit ſimile, non tantum aerium eẽ debet, & pingue, ſed penitus ab amurca ſecretũ, ideſt a` fece quadam ex terra, & aqua craſſiore cõgeſta. Hãc ergo cõgeſtionẽ, fecem'q; uitaturi, aliméta eiuſmodi fugiamus, & otium, & cruditatẽ, atq; ſordes. Interea uero Mineruã ea moderatione colamus, ut caput quidẽ, de quo nata eſt ipſa, nobis augeat, neruos autem, ſtomachum'q; non minuat.

Quibus de cauſis areſcit humor naturalis, uel peregrinus exundat. q̃ neceſſaria ſit ad uitam perfecta digeſtio. Caput IIII

n Aturalem humorẽ uelociter hæc exiccãt. Sanguinis fluxus uberior. Violẽta ſolutio uentris. Diu lubricus aluus. Profuſus ſudor, latius patefacti meatus. Coitus ad debilitatem factus. Sitis anhela. Fames cruciãs. Vigilia longa. Vſus calidarum rerum ſimul, atq; ſiccarũ, laborioſus animi, corporis'q; motus, anxietas, ira, dolor. Siccior ſimul, atq; feruentior aer, pręſertim igne caleſcẽs. Ventus aridior, & uiolentus, atq; diuturnus. Humorem ſupra modum augent his cõtraria. Ebrietas frequens utrúq; facit, nimio enim tum calore ſiccat, tũ humore ſuffocat ebrioſum. Nihil autem magis q̃ cruditas ad utrunq; nocet. Vbi enim nõ concoqtur alimentũ, hinc qdem deeſt, quo naturalẽ irriget humorẽ, inde uero putrefactum ſupeſt, quod exundãs calorem obruat naturalẽ. Quãobrẽ Auicẽna corrũpi ſanguinẽ inquit, ubi digeſtio ipſa corrũpitur, ſecutus'q; Galenum, appellat digeſtionẽ uitę radicẽ. Optima igitur eſt, & quaſi unica hæc regula Galeni, ꝓcoctionẽ cibi pręcętetis ubiq; curare. Nam, quod maximũ uideť eſſe præceptũ, ſalubribus uidelicet uti, nihil proderit, niſi coquas. Siquidẽ ex his ferme' ſicut ex cõtrariis noxius humor ꝓfluit, ſi cruda mẽbris influxerint. Ex cibis autẽ etiã minus arte laudatis, ſæpe minus malum accipitur nutrimentum, ſi uehemẽtius cõcoquantur. Cruditatẽ igiť tanq̃ grauem reſolutionis ſimul, & ſuffocationis cauſam diligentiſſime deuitemus, quantitate uidelicet cibi, potus'q; nobis accõmodata. qualitate, ſimplicitate, præparatiõe, contritione, ieiunio reuocante famem, ac (ſi opus fuerit) ſtomachi etiam exteriore fométo, rebus'q; quibuſdam ſtipticis poſt epulas intus aſſumptis. Caueamus'q; diligẽter, ne cibum potus exuperet, neu cibus ſit liqdior, aut durior, aut hic, uel ille ualde ſit actu frigidus, aut alimenta ſint longe diuerſa, aut crudum addamus crudo. Hæc. n. cõcoctionẽ magnopere ꝓhibent. Caueamus in ſuper diligentiſſime, ne uel coitu ſtatim poſt cibũ, uel ſõno meridiano ſæpius nõ neceſſario, uel nocturna uigilia, uel labore aĩ ullo, ſiue corporis ĩportuno, uel alio quopiã pacto digeſtionẽ impediamus. Digeſtionẽ dico eqdẽ nõ primam tm̃, q̃ fit in ſtomacho, ſed ſecundã ẽt, q̃ fit in iecore. Tertiã inſup, quæ in uenis, Quartã deniq;, quæ in mẽbris efficiť, quæ longo quodã ĩdiget interuallo, & quauis ĩpedita, pabulũ nõ ſuppeditat humori. Proinde ſicut digeſtionẽ, ſic excremẽtoꝝ purgationẽ adiuuare in primis neceſſariũ eſt ad uitam, neceſſarium ſordes ẽt acute detergere. Neceſſari⁹ eſt mot⁹ corporis, tã continuus, tã temperatus, tã uarius, q̃ cœleſtiũ, aeris'q; motus, & ignis, & aquę, ſeruata dũtaxat cõcoctionis, & ſõni neceſſitate, defatigatione uero, & reſolutione uitata, Præterea ſub umbra, ſitum, cariem'q; obducimus. Sub diuo, ſub lumine uiuimus, Quod pater meus Ficinus inſignis medicus frequẽter habebat in ore. Sed ad hæc feliciter peragenda operępretiũ foret, nõ tam urbanis negotiis, q̃ ruſticis qbuſdã exercitationibus a` tenera ſtatim ætate corpus aſſuefeciſſe, & quodãmõ ſimilibus interdũ ẽt nutrimẽtis, & uitę gen⁹ quodãmõ uariũ tenuiſſe, qd' me ſæpe prudẽs ille monebat. Qui enim in omni ętate lautiſſima quadam curioſitate uiuũnt, ſæpe minus tuti uiuunt. Qui uero adoleſcentes ſe minus aſſuefecerint, adulti ſaltem aſſuefaciant, cautioribus tamen gradibus id tentantes.

Sanguis

Sanguis, & humor accommodatus uitæ aerius eſſe debet, qualitate temperatus, ſubſtantia medius, atq; tenax. Caput V.

g Ræci omnes inter præcepta ad diuturnam uitã maxime neceſſaria, mandant, ut euchimis alamur. Euchima uocamus alimenta ſalubria, quæ bonum afferunt nutrimentum, ideſt ſanguinem bonum. Bonum uero ſanguinem appellamus, non frigidum, non ſiccum, non turbulentum, ſed calidum, & humidum, atq; clarum. Calidum quidem calore non acri, humidum uero humore non aqueo, clarum quoq;, nec tamẽ interea tenuiſſimum. Iam uero feruentior ſanguis naturalem tum calorem exacuit, tum exſiccat humorem, & quem ipſe humorem infert, uel calorem reſolubilem pręſtat, atq; fugacem. Sanguis præterea humidior, pronior'que ad aquam naturalem obtundit calorem, humorem quoq; naturalem uel habetat, uel impellit ſub calore liquęſcere, uel ſuffocat humiditate calorẽ, & omnino ſiqua portio naturalis humoris ex aqueo ſanguine trahitur, tum putreſcit facile, tũ cito diffluit, atq; diſſoluitur. Hinc efficitur, ut qui molliores fructus, herbas'q; comedunt, niſi raro forſan, & pro medicina tunc uentrem leniente ſumant, breui uenas ſucco crudo, putrefactioni'q; obnoxio, penitus impleant. Ac ne id accidat, tutius pro alimento uel coquuntur, uel ſaltem cum pane miſcentur. Sanguis ergo nec igneus eſto, nec aqueus, ſed aerius, non aeri craſſiori ſimilis, ne procliuior ſit ad aquam, non aeri ſubtiliſſimo, ne facile incaleſcat in ignem. Sed ſubſtantiam teneat mediocrem, in qua medius aer dominatum habeat plurimum. Cætera elementa inſint quatenus aeris accommodantur imperio. Non ſit eius ſubſtantia ſubtiliſſima, ne humorem inſtabilem generet, ſpiritum'q; uolatilem, & diſſolutioni ſubiectum. Non ſit craſſiſſima, alioquin & ingenio minime miniſtrabit, & uix in naturalem humorem, ac ſpiritum pmutabitur, meatus obſtruet, ſuffocationi dabit occaſionẽ, & ſpiritus, qui uix tandem craſſus inde creatur, denſitate ſua & ipſe parum idoneus eſt ad uitam, & calorem naturalem ita ſuffocat, ſicut fumus denſior flammam comprimit protinus, & extinguit. Mitto q; ſaltem adeo tenebroſus eſt, ut uitam efficiat mœſtam morte deteriorem. In primis autem (ut mihi uidetur) ad uitam expedit diuturnam, ſanguinem una` cum ſubſtantia quidem aeria ualde, nec admodum craſſa, habere glutinoſum aliquem in ſe humorem, atque tenacem, qualem ferme` cum ſubtilitate habet oleum oliuarum, & humor anguillæ pinguis ſimul, atque tenuis, & oleum ex terebẽthina quadam ſublimatione tractum. Tu igitur alimenta, cætera'q; omnia, quæ ſanguinem pro uiribus, humorem'q; talem efficiãt, diligenter eligito. Sanguis enim, humor'q; talis ſicut oleum flammæ, ita uitali calori pabulum eſt, & una` cum ſubtilitate habet etiam firmitatem, præceptum enim Raſis eſt pro iuuentute ſeruanda, rebus uti ſanguinem ad præcordia traducẽtibus, ibiq; condenſantibus, cor'q; fouentibus (quod Auicenna probat) aquoſum, labilem'q; ſanguinem præcipiens euitandum. Differens autem in hoc pro differentia corporum ratio eſt habenda. Nam ubi denſius corpus eſt, ad ſubtilitatem ſanguinis, ubi rarius, ad craſſitudinem eiuſdem omnibus eſt remediis declinandum. Vbi media corporis habitudo, uia ſimiliter media tutissimus. nunquam tamen naturalem corporis habitudinem extirpare conabimur, alioquin uitam ipſam extirparemus. Expedit ĩſuper meminiſſe, ubi ſubtilitatem ſanguinis ualde ueremur, & ſtomachus interea non ſit admodum natura ualidus, minutioribus ad craſſitudinem gradibus accedendum eſſe, dum gracilem hominem craſſioribus alimentis nutrire contendimus, & fouendum interim ſtomachum, producendum ſomnum, exercitationem corporis pro uiribus augendam, animi minuendam, quæ plurimis ſæpiſſime nocet, ac ſi minus ferat alimenta uiſcoſa nimium, dura'que, uel admodum frigida, uſu ſaltem coralliorum, ſandalorum, roſarum, corii androrum, myrobalanorum, cydoniorum, & diacydoniõ, ſaccari'que roſacei, ſtipticarum'que rerum eam ſanguinis, humoris'q; firmitatem denique conſequemur, quam rebus nimium glutinoſis hic tuto` conſequi non ualemus. Commodiſſime uero ex nucleis pineis, piſtaceis'que, & glycirhizæ ſucco, & amido additis amygdalis dulcibus, earum'que oleo & cydoniorum ſemine, atque oleo ſiſamino una` cum ſaccaro candidiſſimo, aquaque roſacea nutrientur, qui uiſcoſa grandiorum animalium membra concoquere nequeant. Concedemus his præterea extrema gallinarum, uel hœdorum, & teſtudines, & limaces, atque teſticulos. Vina dabimus non alba, ſed rubra, ſtiptica'que, & quodammodo ſubamara, aqua uinum ferrea, uel maſticia temperantes, oleo quoque maſticis, cydoniorum'que cutem leuiter leniemus, & uetabimus interim, quæ ſanguinem ſubtilem faciunt, uel feruentem, niſi forſan non nihil crocci, uel cinnamomi tenacioribus epulis infundamus, ut & facilius concoquantur, & cocta per meatus anguſtos transferantur ad membra. Difficile nanque eſt uiſcoſa, uel ali-

menta paulo firmiora ex ſtomacho nõ admodum ualido, uſq; ad digeſtionem tertiam, quartam'q; perducere, niſi eiuſmodi uehiculis perferantur, atq; inſuper frictionibus leuibus prouocẽtur, quas quidem cum facies, manibus eas mollioribus facito, ac memento madefacere manus odorifero quodam uino, in quo chamæmelon, myrtum'q; coxeris, atq; roſas.

¶ Communis comedendi, bibendi'q; regula, & qualitas epularum. Cap. VI.

Sed miſſa in præſentia faciamus obtuſiſſima hominum corpora, uel tenuiſſima, ad cõmunem uiuendi rationẽ perueniamus, communi, mediæ'q; corporis habitudini prorſus accommodatam. Caue ne ulla ratione meatus corporis uel ſupra modum pateant, uel nimium obſtruantur. Ibi enim in reſolutione, & iniuria extrinſecus inferenda diſcrimen, hic autem in putrefactione, & ſuffocatione periculum, etſi non arctiſſimo regulæ freno (quod Hippocrates damnat) te cohibeo, non tamen habenas tibi ad licentiam uſq; relaxo. Herbas, & fructus humidiores accipe parce, parcius lac, & piſces, & utrunq; cum melle, parciſſime fungos, atq; cum aromaticis, ac ſemine pyri, ſimiliter purũ aquæ potum, atq; una` cũ parcitate. Quæ humidiora ſunt, uel pinguia, aromaticis, acribus'q; condito, alioquin & humorem alienum mẽbris plurimum inferũt, atq; putridũ, et ſiquem neceſſarium naturæ humorem ſuggerunt, hunc præſtant citæ admodũ corruptioni ſubiectum, qd nõ aliter quàm aquoſum uinum ꝓturbatur celeriter, & corrũpitur. Hinc cita canicies, & pallor, rugoſitas'q; ſenilis. Carnes quoq;, ſi quotidie comedãtur, ac etſi pondere pani propinquẽt, citam putrefactionẽ inferunt. Vnde Porphyrius Pythagoreoꝝ, antiquiorum'q; authoritate fretus eſum animalium deteſtat. Non'ne homines accepimus ante diluuium longæuos animalibus pepciſſe? quãquã medici nõ tam carnium uſum uetãt, quàm abuſum. Denicq; humida tanq̃ putrefactioni obnoxia fuge, memoria tenens humidos, & pingues ſeneſcere citius, atq; mori, qd & Hippocrates ait, & res ipſa declarat. Sicciſſima rurſum accipe moderate, uel ſaltem liberiore tẽpera potu, media tutus eligito. tametſi Auicenna formam cibi paulo ſicciorem molli præponit ad caniciem euitãdam. Ad frigida nimium, aut calida cautiſſimus eſto. Calida ſimul & humida ſequere. Si feruet aer, epularum humor calorem ſuperet, ſi friget, calor humorẽ, utrobiq; uero modicus ſit exceſſus, ubiq; calor, & humor non nihil glutinoſum habeat, atq; ſtipticũ, ut illinc mẽbris irrigatus humor inhæreat firmius, ac diu ſub calore perduret. Electum triticũ, & panis electꝰ hoc in primis habet. Deinde rubrũ, ſtipticum'q; uinum, parumq; dulce. Tertio pinei nuclei, res'q; his tẽperie, & lentore perſimiles. Quarto carnes non humidæ ſimul atq; laxę, ut ſuillæ, & agninæ lactentes. Medici tamen ueteres, maxime Galenus ſuis carnes, & ſanguinem propter quãdam cum corpore noſtro ſimilitudinem ualde cõmendat. Optimæ ſunt igitur ſimilibus corporibus, ut ruſticis, & robuſtis, corpus'q; multum exercitantibus, præſertim, ſi quatriduũ gariophylis, coriãdris præparatis, ſale conditæ ſeruentur. Et ſanguis forſan utilis, ſi cum ſaccaro coquatur, defecatus'que ad ſummum fuerit, atq; liquens. Sed, ut ad numerũ reuertamur, non probant carnes humidiores, quales diximus, nõ duræ ſimul, atq; ſiccæ, quales uetuſtioris leporis, atq; bouis, ſed mediæ quædã, ut gallinaceoꝝ pullorũ, caponum, pauonũ, phaſianarũ, perdicum, forte etiam pullorũ colũbinorum, præſertim domeſticorum. Tales quoq; ſunt capreoli, ituli'q; iuuenes, & annicu li ueruеces pariter, atq; apri. Hœdos non ſperno lactentes, caſeum'q; recẽtem. Auiculas equidẽ prætermiſi. Frequens enim ſubtiliorũ alimentoꝝ uſus ſtomacho ſolum cõuenit, craſſiora minime toleranti. Qui uero ualidior eſt, fugacẽ ex his ſumum reportat, uel humorẽ. Oua tamẽ gallinarum non prætermitto, ſi uitellus una` cum albo comedatur, uitellus nanq; ſolus delicatorum eſt nutrimentum, nã Auicẽna probat nutrimentum nullum expedire magis in diminutiõe ſanguinis, & diſſolutione ſpiritus cardiaci, quàm uitellum oui gallinæ, uel perdicis, uel phaſianæ. Neq; forte ab re fuerit, anſeres nutrire ſpelta, aqua'ue nitida, ac poſt necem carnes ſale, & coriãdris aceto præparatis cõditas, dies ſeptem ſeruare prius, quam edas. Ceruum'q; ſimiliter, ſi ſtomachus fuerit ualidiſſimus, probabile nanq; eſt, longęua quædã animalia ad uitam cõferre longæuam, ſi tamen huiuſmodi carnes iuuenes comedantur, ſimiliter'q; aliç carnes uiciſſim ſunto, tum aſſæ, tum elixæ. Cibus eſto duplus ad potum. Panis duplus, & ſexquialter ad oua, triplus ad carnes, quadruplus ad piſces, herbas, fructus humidiores. Ne incipiat a` potu menſa neq; potus ſit ſemel uberior. Semper ſtipticum aliquid abſque potu uel modico ſequatur menſa. Vbi complexio, ætas, locus, tempus ad calidum, ſiccum'ue labitur, tu quoque pauliſper ad oppoſita declinato. Vbi ad frigidum, aut humidum, ſimiliter ad oppoſita uergito. Vbi temperies ſeruato temperiem.

uato temperiem. Eatenus autem exercitationi quidem corporis eſt addendum, & animi detrahendum, quatenus epulis ueſcimur durioribus ad diuturnitatem uitę aliquãdo forſitan neceſſariis. Menſæ tibi ſint in nouem diei horis, duæ, & utrobiq; parcę, parcior uero cœna. Exercitationes corporis duæ ferme poſt digeſtionem primam, ad ſudorem quaſi productę. Sõnus quidem nocturnus, quia ſemper eſt neceſſarius, ſemper bonus, diurnus autem, niſi admodum neceſſarius, nunquam bonus.

¶ Ne utaris alimentis, quæ cito putreſcunt, nec in eiuſmodi regionibus habites. Vinum, & triticum præ cæteris elige. putrefactionem, & reſolutionem fuge. Cap. VII.

Animalia uero quæcunq; in noſtram cuſtodiam ueniunt, mundis, electis'q; alimentis nutrienda: ſunt ante, quàm ueſcamur. Atq; hęc, & alia omnia ex paſcuis altioribus, & odoriferis eligenda ſunt. Inter hæc regulam ante omnes ab Arnaldo philoſopho comprobatam memori ſemper mente teneto, animantes, herbas, poma, fruges, uina, ex altis, odoriferis'q; (ut diximus) regionibus eligere oportere, quas uẽti temperati ſerenant, ſuaues ſolis radii fouent, ubi aquæ nullæ ſtagnant, culta ſterquilinio nõ pingueſcũt ſed humore natiuo, ubi ẽt, quæcunque naſcuntur, diu permanẽt incorrupta. Hic duntaxat habitandum eſt, his quoque ueſcendum neq; confidendum eſt, ex alimentis, quę breui putreſcunt, humorem nos cõparaturos diuturnum, & a` putrefactione remotũ, neq; ſperandum facile nos diu uicturos, ubi terræ fructus incorrupti diu non conſeruantur, ubi rari admodũ homines ſunt longæui. Quantum uero ſit in loco, uictu'q; diſcrimen, pomum declarat perſicum, in Perſia quidẽ uenenum, in Ægypto cordis amicũ. Et helleborus in Anticyra impune ſumptus, alibi uero uenenum. Ariſtoteles habitationem eligit altam ad meridiem, orientem'q; ſpectantem, ſub aere ſubtili, nec humido, nec frigido, & Plato longæuos in editiſſimis, atque temperatis reperit regionibus. Deterrimũ uero eſt ſtercorare agros, uel aquas ſtagnantes ex agris minime deriuare, omnia enim illic citæ corruptioni ſubiecta naſcuntur. Quamobrem eos non uituperare nõ poſſum, qui ſapientem Heſiodum iccirco uituperant, quod in re ruſtica ſterquilinium prætermiſerit, ſed ille prudens ſalubritati potius, quàm fertilitati conſuluit, ſatis autem ex lupinorum, fabarum'que foliis tempeſtiue ſubuerſis agrum pinguefieri poſſe putauit. At uero ſi regiones humidiores, immundas'q; colere, & alimenta minime duratura ſumere compellamur, eum quaſi ſeruemus uictum, quem ſub aere peſtilenti medici mandauerunt. Qua de re in libro contra peſtilentiam ſatis egimus. Sũmatim uero ſuauibus, & quodãmodo calidis utemur odoribus. Aloe rite prępparata ſæpe, leuiter'q; purgabimur. Rite uero prępparatam dicimus, ſi lota fuerit aqua roſacea, uel ſucco roſarum, aut ſi cum roſis recentibus, contritis'q; fuerit perfecte commiſta. Deinde addatur ei myrobalanus, atq; maſtix, & forte roſa. Medicina hæc extra controuerſiam mirabilis eſt ad conſeruandam diu mentẽ ſanam in corpore ſano, prętерea corpus exercitabimus. Opportuno utemur foco. Hoc puluere epulas condiemus, myrobalanorum, emblicarũ ſit pars unciæ quarta, ſandalorum uero dimidia, cinnamomi integra, octaua croci. Hoc itaq; puluere, rebus'q; ſimul acribus imminentem ex putridis alimentis, & locis corruptionem forſitan inhibere poterimus. Meminerimus autẽ, ubi multo plures putrefactione, ſuffocatione'q;, quàm reſolutione pereunt, ibi putrefactioni, & ſuffocationi maxime reſiſtendum. Vbi uero contra, uiciſſim uti condimẽtis aromaticis, & quodammodo auſteris (ut diximus) odoribus'q; ſimilibus quouis tempore putrefactionem prohibet. Vngi oleo, frigoris iniuriam. Vti lauacris ex aqua, & oleo, reſolutionem ex labore, uel calidis temporibus imminẽtem. Similiter os aqua ſæpe colluere, ſuccum glycirhizæ, uel ſacharum cryſtallinum ore tenere. Aqua roſacea multa, pauco'q; aceto roſaceo manus, faciem'q; perfundere, ſimilibus'q; odoribus uti. Septima quaque hora alimentis modicis recreari, corpore ſimul & animo cõquieſcere, calore uitato, plurimum uero intereſt quale ſit triticum, atq; uinum, qbus aſſidue ueſcimur. hęc ergo ſint talia, ut ultra annum, & potius ad triennium integra perſeuerent, ſi modo incorruptibilẽ ex his alimoniã ſperare debemus. Vinum, ſiue album, ſiue rubrum ſit, eſto clarum, ſuaue, ſtipticum, odoriferum, & quod indigeat aqua, niſi forte uinum repereris leue ſimul, atque durabile, quod rariſſimum eſſe ſolet. quod uero ualidius eſt, philoſophus Iſaac uinũ dicit eſſe uinoſum coctum ſole, uentis'q; purgatũ, quod aqua fontis puri tẽperari iubet, aliquãdiu antea, q̃ bibamus, ut ꝓfectius miſceat, aquoſum uero uinũ, atq; debile, uel acerbũ fugiẽdũ monet, utpote, qd intra uenas, & mẽbra acidũ cito fiat, aut aliter putrefiat. Vinũ qdẽ aquoſum putrefactiõi ſubiectũ, ſi ꝓſeruata eius ſubſtãtia coctũ fuerit, hoc ſaltẽ erit utile, alioquin nõ laudatũ, quod humorem corruptibilẽ non creabit, ſed

acumen eius aqua electa temperandum erit. Vinum uero, quale probauimus, Isaach antiquorum sententiam tiriacis magnis inquit esse persimile, quod (ut diximus) temperatum, habitudinem corporis frigidam calefacit, refrigerat calefactam, humefacit siccam, humidiorem uero desiccat, atq; (ut Galenus ait) naturalem humorem recreat, calorem fouet, utrunq; contemperat, miscere uero uinum eiusmodi magis necessariũ est iuuenibus, minus senibus, frigidis uero senibus, minime. Frigida nanq;, dura'q; senectus (ut inquit Plato) ita mero feruet, atq; mollit', sicut uel igne ferrum, uel aqua lupini. Quod diximus per uinum opposita fieri, atq; diffidentia tẽperari, scito etiam per glycirhizam fieri, sed debilius, fieri etiam per oleum rosaceum, sed extrinsecus, hæc ergo tibi familiaria sunto, neq; diffidas quicquid & qualitate temperatum est, & uirtute potens, posse reliqua temperare, sicut frigus alia frigefacere. Id in primis habere temperamẽto Iouis, quo etiam saluberrima sunt. Sed de his alibi disputandum.

¶ Diæta, Victus, Medicina senum. Caput VIII.

q Vi septimum iam septenarium impleuerunt quinquagesimum attingentes annũ, cogitent Venerem quidem significare iuuenes, Saturnũ uero senes, atq; has apud Astronomos stellas, inter se maxime omnium inimicas existere. Rem ergo ueneream Saturnii fugiant, quæ iuuenibus etiam uitæ plurimum detrahit. Non enim natis consulit, sed nascituris, ipsas'q; etiam herbas statim producto semine siccat. Præterea frigus, aerem'que nocturnum letiferum sibi putent, atq; eum omnino uictum seruent, ex quo sanguinem plurimum sperent, spiritum'q; quamplurimum, ex uitellis uidelicet ouorum recẽtibus, uino aliquantum quidem dulci, odorifero uero quamplurimum. Nam hic uitellus proprie cordis sanguinẽ, uinum præcipue spiritum recreat, Carnibus electissimis, coctu'q; facillimis omni summatim utantur diæta calidum pariter, & humidum augẽte. Spiritum odoribus præsertim uini assidue recreent. Vigiliam, & inediam, sitimq; deuitent, laborem rursus corporis, atque animi, & solitudinem, & mœrorem. Musicam repetant, si forte intermiserint, nunquam intermittendam. Ludos quosdam, & mores, quoad decet, olim anteactæ pueritiæ reuocent. Difficillimum nanq; est (ut ita dixerim) reiuuenescere corpore, nisi ingenio prius repueraſcas. Itaq; in omni etiam ætate magnopere conducit ad uitam non nihil pueritiæ retinere, & oblectamenta uaria semper aucupari, longum uero, profusum'q; risum minime, spiritum nanque nimis ad exteriora dilatat. Sed redeamus ad senes. Hi præterea si frigeant, fomenta petãt aromatica, & calida simul, atq; humida. Meminerint puerile non esse, puerile illud Auicennæ fomentum, factũ quidem a` Dauide, sed tardius forte factum. Fomentum seni mirificũ, medulla recentis adhuc calentis panis infuso maluatico uino, cum puluere mentæ, apposita stomacho, & sæpe ad olfactum adhibita. Nam et medulla eiusmodi etiã sola Democrito iamiam expiraturo retinuit spiritum, quoad placuit, fugitiuum. Præterea frictionibus utantur leuibus, seu quandoq; lauacris nutrimẽtum prouocantibus ad extrema. Nucleos ante omnia pineos uidelicet ablutos familiares habeant. Hoc enim nutrimentum medici ueteres senibus aptissimum probauerunt. Calidum enim, & humidum est, & pingue, & omnem lenit asperitatem, atq; simul, quod mirum est, dũ naturalem humorem auget, interea superfluum desiccat, putridum'q; expurgat humorem. Sũt qui nucleorum eiusmodi drachmã unam quotidie post cibos exhibent senibus comedendam. Ego drachmam quoq; alteram ieiuno stomacho senibus exhiberem, uel recens, calens, auratũ pinucleatum componerem quoq; electuarium hoc pacto. Sume amygdalarum dulcium, mũdarum uncias quatuor, tantundem eiusmodi nucleorum, pistaciorum duas, unam seminum cucumeris, unam, nucum auellanarum mundarum, contunde, coque una` cum candidissimo sacharo, cui tamen addideris unam zinziberis recẽtis conditi drachmã, croci dimidiam, musci tertiã, ambræ tantundẽ, sacharum, aqua melissę, idest citariæ, rosarum'q; fundito, multa auri folia his adhibeto. Huius enim usu quotidiano uitam senes ualidiorem, longiorem'q; consequẽtur, possunt & in mensa hoc accipere, & pluribus horis ante mensam. Vtilius autẽ tunc erit, siquid alibi, odori'q; uini una` cum confectione eiusmodi biberint, temporibus uero calidioribus sacharum rosaceum una` cum auri foliis, & conditę myrobalani uitam senibus prorogabunt. Theriacham nemo dubitat ad idem humidis conuenire personis, atq; temporibus, de cuius usu satis in libro superiore dictum, nemo etiam negabit his prodesse admodum radices Inulę, beenias'que radices, albas similiter, atq; rubras, maxime uero recẽtes. illam quidem pro nutrimento, has ẽt pro aromate, & omnia simpliciter calida, humida'q;, & aromatica simul & stiptica, simulque pinguia.

pinguia. Certum est senes electo glycirhizæ succo familiariter uti debere. Tradunt enim glycirhizam esse humani corporis calori pariter, & humori persimilem, præterea uariis senũm orbis opitulari. Lac quoq; amygdalinum, & amidus cibus familiaris esto, & saccarum, atq; p assulæ. Rasis triferã ex myrobalanis indis, emblicis, belliricis confectã. Item Myrobalanos indas cõditas saccaro, non solum ad retinendã, sed etiã ad retardãdam senectutem ualde probat. A uicẽna laudat triferam myrobalanorum maiorem, atq; minorem. Rursus confectionem de sq̃ua ma ferri, maxime uero auri. iubet quotidie mãdere myrobalanos, præcipue chebulas rite c ondi tas ad differenda senectutis incommoda.

Naturæ aromatum, & cordialium necessariæ. Et rursum qualis senum uictus. Cap. IX.

s Cito myrobalanis uarias inesse uirtutes. Vnam, quę mirabiliter superfluum exsiccat humorem, unde caniciem prohibet. Secundam, quæ humorem colligit naturalem, & a` corruptione simul, & inflãmatione tuetur. unde uitam producit in longum. Tertiam, quæ stiptica, aromatica'q; potentia uirtutem, & spiritum naturalẽ, & animalem congregat, & fouet, & roborat. Hinc aliquis uitæ lignum in paradiso myrobalanũ forte fuisse putabit. Simile quiddam ferme` faciunt aurum, & argentum, corallus, spodium'q;, & pretiosi lapilli, quamuis pro aromatica uirtute facultatem afferant illustrandi. Tu uero memento aromatica tunc maxime prodesse nobis ad uitam, ut supra significauimus, quãdo cum uigore quodã aromatico, humida sunt pariter, atque calida, lentorem'q; pinguem habent commodum augumento, quales sunt in primis radices beeniæ albæ, similiter atque rubentes, præsertim recentes, aut saltem quando cum uirtute quadam subtili, odorifera, & acuta substantiam densam habeant, & stipticam ualde proprietatem, qualis utique compositio inter cordialia frigida, primum myrobalanis inesse uidetur, & succino. Deinde rosis, & succo, & semini citri. Tertio sandalis, & coriandris, atque myrto, cæteris'q; similibus. Inter calida uero cordialia zedoariæ, ligno aloes, citri cortici, & gariophylis, nuci muscatæ, maci, olibano, mastici, atq; doronico. Qualem etiam saluiæ experimur inesse. Tradunt ambram, & muscum stipticam habere uirtutem. Zinziber autem ob quandam eius humiditatem, præsertim recens, & conditum senibus sæpe prodest. Sed hoc & gariophylus propter caloris uehementiam, caute uidetur accipiendum. Zedoaria quoque caute, tametsi tiriacæ similis iudicatur, & stipticam simul, atque pinguem naturã habet, senibus commodissimã. Ambra propter calorem quasi temperatum, tuto` ferme` sumitur, ac propter lentorem cum stiptica subtilitate mistum prærogatiuã habet ad uitam in membris, & spiritibus confirmãdam. Tum uero, si ex ea fiat aqua, cutisq; lauetur, digestionem quartam restituit, ac morbos eius defectu contingentes expellit. Aromatica uero, quæ subtilem admodum substantiã habent, qualem cinnamomum, atq; crocus, cordialibus frigidis, & durioribus sunt miscenda. Nam aromatica, si tantum calida, subtilia'q; sint, & sola sumantur, naturalem calorem nimis excitãt, humorem'q; dissoluunt. Necessaria tamen sunt, tum frigidioribus, & humidioribus epulis concoquendis, tum cordialibus duris ad præcordia trãsferendis. Te nãq; latere non debet, humorem ipsum uitæ necessarium primas in corde sedes habere, & arteriis, uenis'q; eiusdem, quod Isaach perspicue docet, atq; (ut Auicenna probat) hic humor naturali cæterorum membrorum humore frequenter irrigatur, atq; fouetur. Quapropter cauendum est, ne membri ullius humor casu quopiam arefiat, multo'q; magis, ne præcordiorum humor comminuatur. Atq; ut nutrimenta, uel fomenta, & cordialia omnia per angustos meatus ad præcordia latissime perferantur, his insere crocum. Vt uero sistantur ibi, myrobalanos adhibe. Vt autem consequaris utrunq;, accipe, inter calida, muscum, atque ambram. Inter frigida, rosas, atque myrtum. Memento dulce marathrum senibus profuturum. Nam & nutrimentum per membra diffundit, & qua facultate lac, eadem humorem auget naturalem. Vnde Dioscorides marathro serpentes ait annuam exuere senectutem, probamus & saluiam. Hæc enim naturæ uirtutem temperate calefacit, & firmat. paralysim propulsat. Probamus & moderatum conditi zinziberis usum. Habet enim cum calore pinguedinem.

De auro & aureis alimentis, & recreatione senum. Cap. X.

a Vrum omnes ante omnia probant, tanquam omnium rerum temperatissimum, & a` corruptione tutissimum. Soli quidem propter splendorem, Ioui autem propter temperãtiã consecratum, ideo'q; posse caloré naturalẽ cũ humore mirifice tẽperare,

humores a' corruptione seruare, Solarē, & Iouialem spiritibus, & membris inferre uirtutē. Verūtamen optant durissimam auri substantiam, subtiliorem facere, penetratu'q; facillimam. nouerunt enim cordialia tunc maxime latentem cordis recreare uirtutem, quando in eis attrahendis minime natura laborat. Vt autem minime fatigetur, uel subtilissima iā effecta, uel cum subtilissimis sunt exhibenda. Optimum fore putant, si absq; aliena permistione aurum potabile fiat. Sin minus possit, contusum, & in folia redactum accipi uolunt. Aurum ferme' potabile habebis, ut dicam. Collige flores boraginis, buglossæ, melissæ, quam citrariam nominamus, & quādo luna leonem subit, uel Arietem, uel Sagittarium, aspicit'q; solem, aut Iouem, coque cum candido saccaro, aqua rosacea liquefacto, & pro qualibet uncia insere diligenter auri folia tria. Ieiunus cum uino quodam aureo sume. Item aquā ex capone destillantem foco, uel aliter consumpto una'cum iuleb sume rosaceo, in quo auri folia quædam ante contuderis. præterea in nitidissimam fontis aquam aurum extingues ignitum. cum eadem auri contundito folia. eadem uinum aureum temperato, & una'cum eiusmodi potu comedito recentem oui uitellum. Facile uero in tota corporis arbore seruabis humorem, si in radicibus conseruaueris. Accipe igitur gallinarum, & pullorum eiusmodi, atq; caponum cor, iecur, stomachum, testiculos, cerebellum, coque aqua modica, minimo sale. Cocta contunde ex tota carne, & toto iure, & saccaro. adde recentis oui uitello, fac placentam modico cinnamomo, crocoq; conditam, & auratam. Hac uescris esuriens semel, saltem quarto quoque die, & tunc quidem sola, claro tamen ad potum addito uino.

¶ De usu lactis, sanguinis'q; humani pro uita senum. Cap. XI.

f Aepe post decimum statim, & nonnunquam post nonum septenarium arbor humana arefacto paulatim humore, tabescit. Tunc primum humano, iuuenili'q; liquore irriganda est hæc arbor humana, quo reuirescat. Eliges ergo puellam sanam, formosam, hilarem temperatam, & famelicus lac eius sugito crescente Luna, statim'q; comedito marathri dulcis modicū puluerem saccaro rite confectum, Saccarum quidem lac in uentre cogi, uel putrefieri non permittet, marathrum uero cum & subtile sit, & lactis amicū, dī latabit ad membra. quos ectica senilis exedit medici diligentes liquore humani sanguinis, quī arte sublimi destillauit ad ignem, reficere moliuntur. Quid ergo prohibet quo minus senio iam quasi confectos interdum hoc etiam potu reficiamus? Communis quædā est, & uetus opinio, aniculas quasdam sagas, quę & striges uulgari nomine nuncupantur, infantium sugere sanguinem, quo pro uiribus iuuenescant. Cur non & nostri senes omni uidelicet auxilio destituti, sanguinem adolescentis sugant? uolentis inquam adolescentis, sani, læti, temperati, cui sanguis quidem sit optimus, sed forte nimius, sugent igitur more irudinum ex brachii siniſtri uena uix aperta, unciam unam, aut duas. mox uero saccari uiniq; tantundem sument, id'q; esurientes, & sitibundi facient crescente Luna. Si crudus ægre concoquitur, coquatur prius una'cum saccaro, uel ad aquam calidam moderate destillet saccaro mistus, deinde bibatur. Fouere quoq; stomachum tunc sanguine suillo præsens auxilium est. quem utique sanguinē e' uena suilla fluentem spongia calente uino madefacta combibat, & stomacho statim calens admoueatur. Galenus atque Serapio morsum rabidi canis sanguinis canini potu curari dicunt. rationē uero illis assignare non placuit. ego igitur biduum eam quæritans, opinor deniq; saliuam canis rabidi uenenosam impressam hominis pedi læso per uenas paulatim ad cor adscendere, more ueneni, nisi quid interea distrahat. Si igitur interim canis alterius sanguinem ille biberit, sanguis ille crudus ad multas horas natat in stomacho, eū deniq; uelut peregrinū deiecturo per aluū. Interea caninus sanguis iste saliuā caninā superiora mēbra prehensantē prius, quam ad præcordia ueniat, deriuat ad stomachum, nam & in canino sanguine uirtus est ad saliuam canis attrahendam, & in saliua uicissim uirtus ad similem sanguinem prosequendum. Venenum igitur a' corde semotum, sanguini'q; imbibitum in aluo natanti, una'cum sanguine per inferiora deducitur, hominem'q; ita relinquit incolumē. Quorsum hæc? Primo quidem ut rei tam occultæ succurrentem inter differendum causam aperuerim. Deinde, ut moneam, sanguinem potari posse, & quidem salubriter. Atq; in sanguine humano uirtutem esse, qua humanum sanguinem attrahat, & mutuo prosequatur, ne forte diffidas iuuenilem sanguinem a' sene bibitum trahi ad uenas, membra'q; posse, ibiq; prodesse quamplurimum.

Diæta,

Diæta, habitatio, consuetudo senum. Cap. XII.

m Eminisse decrepitos expedit, naturam debilem non esse nutrimentoq; pondere fatigandam, uel etiam epulaq; diuersitate nimia distrahēdam. nā & iuuenilis ætas hoc uitio fit cito senilis. Diuidant ergo mensas, nec tam multa naturam alimonia quàm frequenti reficiant, interuallo tamen interim ad digestionem dato. Nam sæpe etiā, postquam stomachus ipse concoxerit, nisi & iecur quasi digesserit, sumere nutrimentū, naturā distrahit, atq; fatigat, qua qdem lassitudine sæpius frequentata, aduolat intempestiua senectus. Senes hyme, uelut oues, aprica petāt, æstate, uelut aues, amœna, riuos'q; reuisant. frequēter, iter uirentes uersentur plantas, & suauiter redolentes. hæ nāq; uiuentes, spirantes'q; conspirant ad spiritum hominis augendū. ad loca uero cōmuniter apibus amica confugiant, mella'q; hyeme degustent. mel enim cibus est senibus in primis amicus, nisi ubi bilis timetur incendiū. Amicus caseus recentissimus. Amici dactyli, ficus, passulæ, cappares. dulcia punica, zinziba, isopus, scabiosa, bectonica, sed pistacia multo magis. Pinei uero nuclei maxime omniū, sicut diximus. ex quibus plurimū referent adiumentū, si eos horas duodecim in aqua paulū calida teneāt prius, quàm edant, sic enim stomacho nō nocebūt. ac præterea, si dum his utunt', etiam inter pineta, & oliueta, uites'q; uersentur, aut saltem pini uaporem accipiant, & odorem. Item gūmi, lachrymæ'q; pini cū oleo, uel uino, corpus sæpe deliniant. probabile enim est, arbores longa naturaliter uita dotatas, præsertim si etiam hyeme uirescant, ad longā tibi uitam, umbra, uapore nouo fructu, ligno, & tempestiuo quolibet usu prodesse. De animalibus autem longæuis supra diximus. Iā uero ad idem tibi forte conducet, si uiuas plurimum penes eos, qui sani, tibi sano natura sint similes, & amici. ac magis forsan, si paulo iuniores. Vtrum uero, & quomodo frequens adolescentum consuetudo, parumper senium retardare ualeat, pudicus Socrates consulendus.

¶ Quæ adminicula' senes a' planetis accipiant ad omnia membra fouenda. Cap. XIII.

u Erum consulite potius soliciti senes Apollinem, qui Socratē græcoq; sapientissimū iudicauit. Consulite Iouem insuper, atq; Venerem. Phœbus ipse artis medicinæ repertor nucē muscatā uobis fouendo stomacho dabit, Iupiter cū Phœbo masticen, atq; mentā. Venus uero coralliū. Fouendo rursū capiti Phœb⁹ 'pæoniā, thus, amaracū, & cū Saturno myrrhā. Spicā nardi, macē'q; Iupiter. Ven⁹ deniq; dulce marathr, atq; myrtum. Ad cor uero fouendū accipietis a' Phœbo qdem citrariā, crocū, lignū aloes, thus, ambrā, muscū, doronicū modicū, gariophylū, citri corticē, cinnamomū. Ab Ioue liliū, bugloſſam, ocimū, & mentā, beenias'q; radices & candidas pariter, & rubentes. A' Venere sola qdem myrtum, & sandalū, atq; rosam. Vna' cū Saturno coriandrū. Hæc uos contūdite diligenter, & quę stomachi sunt cydonioq; oleo in formā ceroti conficite. Quæ uero capitis, oleo spicæ perfundite, ac illinite ceruicē, tempora, frontē. Quæ deniq; cordis, aureo uino spargite, aquaq; rosacea, eaq; foris præcordiis admouete. At iecur in primis creādo sanguini necessariū (nescio qūo) prætermisimus. Huic ergo semper eupatorio, & opobalsamo Phœb⁹ opitulabit'. pistaceis Iupiter, atq; passulis. Venus aūt hepatica, endiuia, spodio, cicorea, Lieni tandem fouendo Saturnus ille uester una'cū Ioue capparim dabit uobis, scolopendriā, tamariscū. Sicut uesicā Iupiter, cū Venere, pina, glyirhiza, amido, cucūeris seminib⁹, malua, althea, māna, cassia, curat. Saturnū uero uerendum pluribus, ne adeo uos fugite senes. Hic. n. quàm peregrinus est iuuenibus, tam uobis domesticus erit. Vt igitur totū ipse quoq; uobis corpus uegetet pro uiribus, atq; confirmet, accipietis nonnunq; ab eo regnante, pariter'q; a' Phœbo mumiā simul, & anseris assi pulpā, hæc anseris adipe modico delinite. contundite diligenter. Myrobalanorum, chebulaq;, atq; indaq; mel le concoqte. Ambra, musco, croco condite. Ante omnia uero hæc uobis profutura confidite, credentes medicinarum ad uitam conferentiū uitam esse fidem. Qua speretis & deum suppliantib⁹ uobis adspiraturū. Et res ab eo creatas, præsertim cœlestes mirificā proculdubio ad augendam, uel conseruandam uitam habere potentiam.

¶ Confabulatio senum sub Venere per uirentia prata. Cap. XIIII.

f Ed a' grauiorib⁹ his numinibus, ad Venerem parumper uos per hortos, & prata senes uirentia reuoco. ad almam Venerem uos omnes aduoco non ludentem qdem uobiscū, sed iocantē. Hæc & uobis inq;, & mihi iā seni, primo qdē iocosum hoc fun

dit oraculum. Ego filii, si nescitis, uoluptate, motuq; uobis uitam dedi. Ego igitur uoluptate quadam, motuq;, etsi non simili, uobis seruabo uitam. Eandem quoq; seruabit libertate Liber, uitisator, propagator uitæ. Liber ipse semper odit seruos, & quam uino promittit uitã solis liberis implet longã. meæ qdem uitæ simul, atq; menti quondã profuit regnante Saturno diminuta menta, placetq; quotidie. uobis aũt maior menta menti, uitæq; prodest. diminuta nocet. risum ex meis hortis legite. negligite ficum. Has uero uiolas quando carpitis, carpere uos existimate lilia, prehẽdetes lilium, cõprehendere crocũ. Crocũ a Phœbo Iupiter ipse nactus ꝓpagauit in lilium. Liliũ ego a Ioue susc̃ipiens, in has, quas hic uidetis uiolas, trãsformaui. Deniq; rosa qdẽ uobis esto lucifer. Hesꝑus uero myrtus. post oraculũ nobis cogitandũ mandat, reꝛ uiridium naturã quatenus uirẽt, nõ solũ esse uiuã, sed etiã iuuenilem, humoreq; ꝑrsus salubri, & uiuido quodã spiritu redũdantẽ. Quapropter odore, uisu, usu, habitatione frequẽti iuuenilẽ inde spũm nobis influere. Inter uirẽtia uero deambulãtes interim cãm ꝑquiremus, ob quam color uiridis uisum prę cæteris foueat, salubriterq; delectet. Inueniem⁹ tandẽ naturã uisus esse lucidã, ac lucis amicã. uolatilẽ tñ, ac facile dissipabilẽ. Idcirco dũ per lucẽ se dilatat, uelut amicã, interdũ nimio lucis excessu rapi ꝑrsus, & uehemẽti dilatatiõe dissolui. tenebras aũt naturaliter uelut inimicas fugere, ideoq; radios in angustũ inde retrahere. Optat uero uisus ita ꝑfrui lumine, ut per amicũ hoc suũ amplificet qdẽ, nec tñ interim dissipet. iã uero in quocũq; colore plus admodũ tenebraꝛ, siue nigredinis est, q̃ lucis, nõ dilatat, nec ideo delectat radius uisus ad uotũ. Vbi uicissim plus admodũ splendidi coloris est, q̃ nigri, spargit latius, noxia quadã uoluptate distractus. Quãobrẽ color uiridis maxime oĩum nigrũ cũ cãdido tẽperans, præstat utrunq;, delectans pariter, atq; ꝑseruãs. & molli insup, & adhuc tenera qualitate, sicut & aqua radiis oculoꝛ absq; offensione resistit. Ne abeũtes longius disperdant. Quæ. n. dura sunt simul, & aspa frangunt quodãmodo radios, quæ uero rarissima sunt, dissolutioni aditũ patefaciũt. sed quæ soliditatem aliquã hẽnt, lenemq; simul æqualitatẽ, sicut specularia corpora, nec ipsa qdẽ frangũt, neq; longius disperdi pmittunt. Quæ deniq; præter hęc beneficia, tenera quoq; sunt, & mollia, sicut aq̃, resq; uirides, liqdis oculoꝛ radiis mollitia blandiunt. Deniq; uisus radius qdam est in quadã oculoꝛ aqua naturaliter nobis accẽsus. ac temperatũ lumen in aqua quodãmodo resistente reqrit. Itaq; gaudet aqua. Delectat speculis aquæ similibus, Viridibus oblectat. In qbus sane uiridibus solis lumẽ insitum adhuc uernũ secũ habet humorẽ, aquãq; subtilẽ occulto quodã lumine plenã. Ex quo fit etiam, ut color uiridis, cũ tenuat, in croceũ resoluat. Quorsum hęc? Vt intelligamus frequentẽ uiridiũ usum, siqdem uisus spũm recreat, q in aĩali spiritu quodãmodo prę cipuus est, aĩalem quoq; reficere. Atq; etiã meminerimus, si color uiridis, qa inter coloꝛ gradus medius, atq; temperatissimus est, tantũ aĩali spiritu prodest, multo magis quæ per qualitates tẽperatissima sunt, naturalẽ, & uitalem spũm iuuatura, atq; admodũ profutura nobis ad uitã. Nihil in mũdo temperatius est, q̃ cœlũ, nihil sub cœlo ferme tempatius est, q̃ corpus humanũ. Nihil in hoc corpore tẽperatius est, q̃ spũs. Per res igit tẽperatas uita pmanẽs in spũ, recreat. Spũs per tempata cœlestibus ꝓformat. Deniq; discamus ex temperie uiridis, quæ illuminãdo, æque ꝓgregat aĩalem spũm, atq; dilatat, ideoq; maxime iuuat, nos quoq;, in cordialib⁹ eligẽdis, cõponendis, utendis, aromatica subtilia, & acuta, quæ spũm extendere, uel et illuminare solent, qd facit crocus, atq; cinnamomũ, cũ aromaticis semp stipticis, ꝓgregantibusq;, ceu myrobalanis, & similib⁹ cõmiscere, atq; uicissim. Neq; prætermittere, quæ absq; acumine et aromatico simul utrũq; ꝓficiũt. Aliquãtum uidelicet dilatãt, atq; admodũ ꝓgregãt, multũq; illuminãt, quæ & alias narrauimus, qd efficit auꝛ, argentũ, spodiõ, corallus, electrum, sericũ, ꝑtiosi lapilli, ĩter quos hyacinthus, uel ore detẽtus ob iouialẽ temperiẽ plurimũ comprobat. Cũ. n. sub terra nequeant speciosissima, & quasi cœlestia ꝓcreari absq; sũmo quodã bñficio cœli, ꝓbabile est reb⁹ eiusmodi mirificas cœlitus ineſſe uirtutes. Compositio uero eiusmodi, quæ dilatãdo, & illuminando spiritum æque congregat, ita delectat eũ intrinsec⁹, atq; recreat, sicut foris uiriditas oculos, atq; ipsum etiam apud senes in naturali quadam uiriditate diutissime seruat, quasi laurum, oliuam, pinum etiam hyeme uirentem. Tantoq; magis id efficit, quo efficit & interius, atque maxime, si compositio talis aromatico flagret odore, alliciatq; sapore. profecto sicut corpus, ex crassioribus humorum partibus compositum in quintam redigitur formam, ita spiritus ex subtilissimis eorundem portionibus constitutus, formam habet quintam naturaliter temperatissimam, atque lucidam, ideoq; cœlestem. Atque in hac ipsa forma conseruandus est, ut subtilis quidem sit, & interea firmus, sicut diximus. Sit omnino lucidus, sed etiam quodammodo solidus. Ac præterea rebus odoriferis, firmis, lucidis assidue foueatur, si uitam cupimus conser

uare, quæ

uare, quæ uiget in spiritu, & uendicare nobis cœlestia dona. Hæc hactenus iussu Veneris contemplati, Venerem ipsam audiuisse putemus.

Mercuriꝰ alloqtur senes, & ꝑsulit eis circa uoluptatẽ, odores, cantus, medicinas. Cap. XV.

Interea, dum inter senes ipsa quasi Venus confabularetur, forte qdem hactenus satis belle. deinceps uero prolixius forsan fabulatura foret, Sermonẽ hũc his Mercurius uocibus, sermonũ author interpellat. Quidnã uobis est cũ Venere istac semper puella senes? Quid rursum Veneri cũ sermonibꝰ? Non ne mei simul, atq; uestri sunt sermones? mea ratio pariter, atq; uestra? Audite me igitur eadẽ nũc attentione, qua illã, & multo maiore insuper attentione, q̃ Venerem. Quinq; scitis esse sensus, uisum, auditũ, olfactum, gustum, tactum. Esse rursum quinq; (ut ita dixerim) discite rationes. Dum enim per quinq; sensus quotidie imbuit uobis animus, rationesq; inde rerũ ipse concipit, interea notiones, habitusq; ad res iudicandas quinq;, tanq̃ rationes quinq; resultant. Præterea sicut qnq; hinc qdem sunt sensus, inde uero quodãmodo rõnes, ita uitæ tenor quinq; gradibus circa sensum, rõnemq; disponit. Vnde qnq; numerantur ætates. Prima qdem sensu tantum trahit. Secũda sensu magis admodũ allicitur, q̃ ratione ducatur. Tertia post hæc alterius pariter rationis, & sensus persuasionibus agitur. Quarta ratione potius, q̃ sensu ducitur. Quinta tandem ratione tantũ regi debet. Prima igitur ætas, atq; secũda tanquã subiecta Veneri, Venerem (si placet) loquentem audiat. Reliquæ uero Mercuriũ. Ego igitur reliquos uos omnes alloquor, non pro me qdem tantũ, sed pro Diana etiã hac, quam ad finistrã meam cernitis. Nempe cũ hæc elinguis sit, ego uero bilinguis, iure pro hac ipsa, cuius ego linguam habeo, loquor. Vnã profecto, noxiamq; Venus uobis indidit uoluptatem, qua noceret qdem uobis, prodesset uero futuris, exhauriens paulatim uos per latentem quãdam quasi fistulã, aliudq; uestris liquoribus implens, atq; procreãs, uos tandem quasi uetustũ quoddam spoliũ cicadaꝛ iam exhaustũ humi relinquens. cicadæ interim teneriori prospiciens. Non ne uidetis, quod Venus de materia uestra generat, esse recens qddam, & uiuũ, sensumq; præditum? Surripit ergo uobis iuuentutem, & uitã, atq; sensum, ex toto (inquã) corpore per totius uoluptatem, ut efficiat inde totũ. Ego interim materiæ illius, quæ quartæ digestioni supereſt, qualitate monitus, uos commoneo, alimenta similiter quarta digestione cocta plurimũ uitæ uestræ succurrere, ouũ recens uidelicet integrum, & sorbile una cum saccaro, exiguoq; croco. Lac humanũ, uel suillũ, uel caprinum cum pauculo melle sumptum. Atq; hæc duo tunc salubriora, sunt, quãdo natiuo adhuc calore flagrant. Et si ouum aliam mox coctura desyderare uidet. Præsertim in stomacho minus ualido, sed leuiter est coquendũ. Verum, ut parũper ad Venerem redeamus, siquando uidistis Venerem, iuuenilem admodũ uidistis, & qsi meretriciis fucis, & ornatibus expolitam. Hæc ergo, quæ noua semper est, noua semp affectat, odit uetera, facta destruit, unde construat facienda. Hæc rursum, si dictu fas est, quasi meretrix non uno quouis est cõtenta uiro. Vulgus amat. Et (ut dialectice loquar) speciei passim potius, quam indiuiduo suffragatur. Iam uero neq; tactu tantũ uos præcipitat, sed etiam gustu, fallit quotidie, perditq; deceptos. Quos enim uos in rebus sapores percipitis mediocri quadã temperie gratos, hos Diana hæc Apollinis, Iouisq; munere tradidit. Illecebras uero saporum miras, quibus quotidie uelut hamo capti clam miseri uitam perditis, Venus insidiosa fabricat. Quid igitur Martem incusatis? Quid Saturnum? Mars quidem raro admodũ uobis, palamq; nocet. Saturnus quoq; sæpius uultu se profitetur hostem, nocet tardius, tempusq; remediis nulli negat. Sola Venus palam, ut amica uenit, clam inimica uenit. Hãc igit incusate potius, siquẽ inter superos incusare licet, ad multiplices huius insidias, tum oculis Argiuos ipsos instruite, tũ Palladis clypeo uos munite. Aures autem ad blandas pollicitationes eius, tanquam ad letales sirenũ cantus, obstruite. Hunc deniq; prouidentiæ florem a me accipite, quo Circes huius ueneficia deuitetis. Hæc uobis duas uix tandem, & has quidem letiferas pollicetur uoluptates potius, quam largitur. Ego uero beneficio patris, atq; fratris quinq; promitto uobis, qnq; præsto, puras, perpetuas, salutares, quarũ infima est in olfactu, superior in auditu, sublimior in aspectu, eminentior in imaginatione, in ratione excelsior, atq; diuinior. Quo maior delectatio in tãgendo percipitur, atq; gustando, eo uitæ grauius frequẽter accidit detrimentũ. Contra uero, quanto maiorem in olfactu uoluptatẽ, & auditu, atq; uisu. item imaginatione, & sæpe ratione quotidie reportatis, tanto fila uitæ longiora producitis. Veꝛ sicut in blãdimentis tangendi, atq; gustandi cauendã uobis subdolam admonui Venerem, sic in ipsa secretiore, nimisq; assidua con-

templatiuæ mentis delectatione cauete Saturnum. Illic enim frequenter filios ipſe ſuos deuorat. Nam quos ſublimiorũ contemplationum ſuaq; rapit illecebris, & illic agnoſcit, ut ſuos, hos interim, ſi modo diutius gradũ ibi ſiſtant, falce quadã e terris amputat, terrenáq; incautis uitã ſæpe ſurripit. Hoc ſaltem Venere interim indulgentior, quod Venus quidẽ uitã, quam tibi detrahit, donat alteri, nihil tibi pro detrimento reſtituens. Saturnus autẽ pro uita terrena, a qua ſe paratus ipſe, te deniq; ſeparat, cœleſtem uitã reddit, atq; ſempiternam. Hoc ipſo ſimiles eſſe uidentur inter ſe Ven⁹, atq; Saturn⁹, qui ſane quam Aquario gaudet, tam regnat in Libra, quod homines & hic, & illa generandi libidine uexat, nocetq; uexatis, ut inde poſteritati proſit. Sed hæc quidem fœcundat corpus, ſtimulatq; fœcundũ. Ille mentem ſuo ſemine grauidã urget ad partum. Vos igitur prouerbii memores, ne quid nimis, aſſiduis prudentiæ frenis parturientis utriuſq; libidinem cohibete. Tametſi multo citi⁹, grauiusq; ille lædit, quos tędio, torpore, mœrore, curis, ſuperſtitione premit, quam quos ſupra uires corporis, mores q; mortaliũ eleuat ad excelſa. Omnino uero ſeruate (moneo) quod æquus Iupiter Pythagoram docuit, & Platonẽ, humanã uitam in quadã æquali animæ ipſius cũ corpore proportione ſeruari. Vtrũq; ſuis quibuſdã alimentis, & exercitationibus ali, ac ſimiliter augeri. Siquis alterutrum educatione præcipue ſua, multo robuſtius altero tandem efficit, non mediocrẽ facit uitæ iacturã. Propterea q; cũq; inter res medicorum arte laudatas potiſſimũ eas eligit, quæ corpori ſimul, & ingenio proſunt, maximũ uitæ ſibi uendicat adiumentũ. In earum uero numero uinũ, mentam, myrobalanum, muſcũ, ambram, zinziber recens, thus, aloem, hyacinthũ, ſimiles q; lapillos, herbas ue cõſimiles eſſe putate, & quæ ad utriuſq; utilitatem a medicis pariter componuntur. Sed longioribus his quandoq; interceptis ambagibus, ego quoq; medicus huc acceſſi. Si ſapores ex rebus accepti non ultra uiuentibus, item odores ex aromatis iam ſiccis, uita q; uacuis, multum ad uitam conferre cenſentur, quidnã dubitatis odores ex plantis radicibus adhuc ſuis hærentib⁹, uiuentibus q; mirum im modũ uitæ uires accumulaturos? Deniq; ſi uapores exhalantes ex uita dũtaxat uegetali magnopere uitæ ueſtræ proſunt, quãtum profuturos exiſtimatis cantus, aerios quidem, ſpiritui prorſus aerio, harmonicos harmonico, calentes adhuc, uiuos q; uiuo, ſenſu prędi tos ſenſuali, ratione conceptos rationali? Hanc ergo uobis a me fabricatam trado lyram, cantum q; cum ipſa phœbeum, ſolamen laborum diuturnæ uitæ pignus. Sicut enim res qualitate temperatiſſimæ, ſimulq; aromaticæ, tum humores inter ſe, tum ſpiritum naturalem ſecum ipſo contemperant, ſic odores eiuſmodi uitalem ſpiritum, ſic rurſum ſimiles quoq; concentus ſpiritum animalem. Dum igitur fides in lyra, ſonosq;, dum tonos temperatis in uoce, ſimiliter ſpiritum ueſtrum intus contemperari putate. Ac ne ipſe Venere ſim auarior, quæ ſine Baccho friget, ab hoc ipſo Libero patre per me nectar hoc accipite. Qui præcipue inter uos frigent, temporibus ſimilibus, bis ſeptimo quoq; die uncias uernacei, uel maluatici dulcis meri duas ſumant, cum una panis uncia, tribus ante menſam horis. Semel autem drachmã unam ſublimis aquæ deſtillantis ex uino cũ iuleb roſacei ſemuncia. Quo qdem liquore illinire etiam cutem, & ad ol factum uti commodiſſime poſſunt, atq; ut poſt eiuſmodi nectar, ambroſiã quoq; uobis afferã, hanc inſuper acceptam ab Ioue largior medicinã, quatuor myrobalanorũ uncias accipite, chebularum tres, roſacei ſaccari, conditi zinziberis hyeme quidem unciã, æſtate uero ſemunciam. tria hæc cum emblicarũ melle concoquite ſuauiter, ſeptem q; auri foliis exornate. Ieiuni bolum ante prandium quatuor horis accipite, anno ſaltem integro quotidie id aſſumite. ut inde, uelut Aquilę, renouetur ueſtra iuuentus. Hactenus quaſi Mercurium locutum exiſtimemus.

Confirmatio ſuperioꝝ, & quod deuitare debemus aſſiduã cogitationẽ, & coitũ. Cap. XVI.

a Strologi Venerem, & Saturnũ inimicos inuicem eſſe ferunt. Cũ uero in cœlo, ubi omnia amore mouentur, ubi defectus eſt nullus, odiũ eſſe nequeat, inimicos, ideſt effectu diuerſos interpretamur. Mittamus in præſentia reliqua. Ecce nũc Saturnus quidem nobis in centro, Venus autem in circũferentia poſuit uoluptatẽ. Voluptas uero ſpirituũ eſca quædã eſt. Igitur ex oppoſito Venus, atq; Saturnus ſpiritus noſtri uolatũ aucupantur. Illa per uoluptatem ſuam allicit ad externa, Hic interim per ſuam ad intima reuocat. diſtrahunt itaq; ſpiritum, ſi ferme eodem tempore moueant, atq; diſſipant. Quãobrem nihil contẽplatori uel curioſo peſtilentius, quam uenereus actus, nihil uiciſſim hunc ſectanti alienius q̃ cura, & contemplatio eſſe poteſt. cõtemplatorẽ uero phyſicũ, religioſum q; eodẽ in gradu cõnumeramus, & gradu ſimili quemlibet in negotiis ſuis ualde cogitabundum, grauibus q; curis obnoxium.

obnoxiũ. Hinc rurſus efficitur, ut ſiquem Saturnia, uel contemplatione nimiũ occupatum, uel cura preſſum, leuare interim, & aliter conſolari uelimus, per uenereos actus, ludos, iocos id tentantes tanquã per remedia longe diſtantia, fruſtra, atq; etiam cũ iactura conemur. atq; uiciſſim ſiquem uenereo, uel opere perditum, uel ludo, iocoq; ſolutũ moderari uelimus, per ſaturniam ſeueritatem emendare non facile ualeamus. Optima uero diſciplina eſt, per quædam Phœbi, Iouis q;, qui inter Saturnum, Venerem q; ſunt medii, ſtudia, ſimilia q; remedia homines ad alterutrum declinantes, ad medium reuocare. Sed ut tandem ſimus medici, ſicut flãma duobus cõmuniter modis uiolentis extinguitur, aut uelut diffiata uentis, aut contra quaſi compreſſa cineribus, ſic ſpiritum uel celeriter effectu uenereo diſſipamus, uel ſenſim Saturnio ſuffocamus, ac ſæpe exprimimus, comprimendo, pariter q; reſoluimus. Spiritus utiq; frequenter ad extima uolans, intima reddit, uel uacua, uel aliena uitæ. Sed ad intima ſæpe coactus cætera circum mẽbra præſtat uitæ minus idonea. Citam igitur ſenectutem, tum Venus in interioribus noſtris, tũ Saturnus exterioribus infert. Venus quidem præcipue, ubi ex quouis eius motu facile corpus debilitatur, atq; labaſcit. Saturnus quoq; potiſſimũ, quando ex quocunq; contemplationis officio, uel curæ labore, ingenii, corporis q; uires labefactantur. Etſi uel qui ad contemplationẽ, uel qui ad libidinem natus eſt, plerunq; ad ſuum uterq; officiũ eſt natura fortiſſimus. natura enim ſæpe coniungit cũ uoluptate ſimul, & facilitate potentiã. Vnuſquiſq; igitur ſe cognoſcat, ſuiq; ipſius moderator, ac medicus eſto. Coitum quidem frequentaturi cæteros conſulant. Ego uero exercitaturis ingeniũ libro etiam ſuperiore conſului. Deniq; omni diæta omnibus remediis uti debent, quibus mẽbra, ſpiritus, ſenſus, ingenium, memoria confirmentur. Cogitationes per interualla repetere. Nec expectare, uel minimũ ex cogitatione laborem. Maxime uero cum primum caneſcunt, quãuis nonnulli ſint, qui non tam debilitate naturæ, uidelicet adhuc iuuenes canos emittunt, quam uel ægritudine, uel ægrotatione aliqua præcedente, aut etiam parentum ſimilitudine, quibus ſcilicet iam caneſcentibus fuerint generati.

¶ De medicinis ſenum. Et de habitatione iterum, atq; diæta. Cap. XVII.

c Haldæorũ regula eſt forte probanda, ad iuuentutem recuperãdam, peregrinos humores imbibitos corpori, expurgare gradatim, tum interiores, competentibus medicinis, tũ exteriores, frictionibus, & lauacris, prouocationibus q; ſudoris. Interea q; ſalubribus, duraturis q; alimentis paulatim corpus implere. Sunt autem, qui trochiſcis quibuſdã ex uipera factis, uel helleboro præparato promittũt humores omnes ueteres, putridos q; prorſus educere. Quibus expurgatis, & humore rurſum ſaluberrimo alimentis ſalutaribus recreato, reſtituere iuuentutem. Et qui cautiores ſunt, helleboro gallinas paſcũt, hominẽ uero gallinis. Eiuſmodi uero curationem tanquam periculoſam in iuuentute arbitror potius, quam in ſenectute tentandam. Ne forte iuuentutem illam a Medea Peliæ ſeni promiſſam experiamur. Nã & iuuenes medicinis exquiſite purgantibus cito ſeneſcere Hippocrates aſſerit. Sed ubi diæta non ſufficit, clyſtere uel manna, uel aloe præſertim lota ſecurus uteris. Si tibi ſit aluus aſtrictior, manna cum iure caponis, myrobalani q; uirtute. Sin minus, hac te iuuenem etiam in ſenectute purgatione ſeruabis. Sume unciam lotæ aloes unam, myrobalanorum emblicarum drachmas duas, chebularũ quoq; tantundem, duas item roſarũ purpurearum, maſticis quoq; tantundem. maluatico uino confice pilulas quando luna feliciter collocata, propitio fruitur Iouis aſpectu, præſertim ſi domicilia fixa poſſederit uel ipſa, uel Iupiter. Hæc enim ad diuturnitatem uitæ magnopere conferunt. Potes etiam utiliter reubarbarũ hic cum aloe componere, ſcilicet dimidiã aloes partem, dimidiam reubarbari. Et quoties opus fuerit, unam mane ſumere pilulam, ad tres uſq;, uel quinq;, modicũ q; inſuper uinũ bibere. Vbi uero pituitam magis times, potes cõmode in his pilulis trochiſcorũ agarici tertiã partem accipere una cũ tertiis aloes duabus dimiſſo reubarbaro. Sed primã illam ego iam multis annis pilularũ compoſitionem omni ætati experior eſſe tutiſſimã. Eadem hora confectionẽ eiuſmodi facito. Sume myrobalanorũ, emblicarũ, bellirica ꝝ indarũ, chebula ꝝ unciam uniuſcuiuſq; unam, cinnamomi uero duas, unam quoq; doronici, roſa ꝝ purpurea ꝝ unam, ſandalo ꝝ rubeo ꝝ duas, unã croci drachmã, tertiam drachmæ partem muſci, ambræ tantũdẽ. Candidũ poſt hæc cũ aqua roſacea, ſucco q; citri fũdito ſacca ꝝ. Coque, fac bolos, auro q; inuolue. Hoc ante prandiũ ȳtuor horis ſumentes, atq; dantes utiliter experti ſumus ad uirtutẽ corroborandã, ad illuſtrandũ ſpũm, atq; firmandũ. Maxime uero proderit, ſi paulũ quid inſuper uini aurei biberis. proderit & ſæpe calefactũ pa-

nem aureo mero, & rosacea aqua perfundere, & modico insuper cinnamomo, sacharo'q; uberiore condire. Frequenter etiam duo hæc cum lacte amygdalino, & modico pane miscere. Nã eiusmodi mistiones naturam referunt Iouialem, præter omnia, quæ in superioribus explicauimus, uel saltem significauimus, ab his omnes urbani diligenter cauere debent, æstu, gelu, quolibet uel post calorem frigore, uel nocturno. Nebulis, uentis uel ex palude flantibus, uel irrumpentibus ex angusto. Locis item ubi aer uel mouetur uiolentius, uel nullo modo mouetur. habitatione quauis humidiore, fœtore, torpore, mœrore. Diligentius autem Mercurii sectatores. Diligentissime senes. Qui præterea postquam mane corpus totum leuiter perfricuerint, delinient ipsum aduersum aeris, & laboris incommoda, calente oleo, uel uino quopiam subamaro, cui prius infuderint myrrham, & rosam, atq; myrtum. Saluiam frequenter ore ferant, neruis ac dentibus amicissimam. Et quando dentiũ uitio, liquida uelut infantes alimenta repetere compelluntur, mollisśima caueant. Lac quidem uino referant moderato. Vtantur igne duntaxat, ut medicina, quantũ uidelicet expellendi frigoris, & suscitandi caloris innati necessitas postulat. alioquin tanquam edace humorem naturalem exsiccaturo. Solem uero quoad delectat sequantur, ut alimentum, destillatione uitata, & æstu similiter declinato. Faciles quidem motus diligant, excitando calori admodũ necessarios. Labores autem corporis oderint, & multo magis animi. Nec minus longam sitim, & inediam, atque uigiliam.

¶ De nutrimento spiritus, & conseruatione uitæ per odores. Cap. XVIII.

1 Egimus in calidis q̃busdam regionibus, ac plurimo passim odore fragrantibus multos gracili corpore, & imbecillo stomacho, quasi solis odoribus ali. Forte quoniam ipsa natura loci, tum herbarum, & frugum, atq; pomorum succos ferme totos redigit in odores, tum corporum humanorum humores illic resoluit in spiritum. Cum igitur uterq; uidelicet odor, & spiritus sit uapor quidam, & simile simili nutriatur, nimirum & spiritus, & spiritalis homo plurimum ab odoribus accipit alimentum. Nutrimentum uero, qualecũq; id sit, per odores, siue fomentũ, apprime senibus, & gracilibus necessarium est. Quo defectum alimenti solidioris, atq; uerioris, utcũq; compensare possim⁹. Ambigere tamen nonnulli solent, utrum spiritus odoribus nutriatur. Ego autem opinor solis forsan ita nutriri, ut nisi alimenta, quę crassa sunt, digestione tandem in uapores extenuentur, spiritus ipse, quem diximus uaporem esse, nullum illinc suscipiat nutrimentum. Itaq; uinum odore plenum spiritum subito recreat, quem cætera uix tandem reficere possunt. Vaporem uero illum, in quem cibi cocti deniq; transferuntur, ideo appellamus odorem, quoniam & odor ubiq; uapor quidam est, & hic tractus intus ex alimentis uapor, nisi spiritui quodam odore placeat, uix ullum spiritui exhibet alimentum. Quamobrem Auicennam nostrũ ualde probamus dicentem, corpus quidem dulcedine, spiritum uero quadam (ut eius uerbis utar) aromaticitate nutriri. Quoniam crassitudo corporis non nisi crassa natura, qualis est in dulcedine, coalescere ualeat. Tenuitas uero spirit⁹, non alio, quàm fumo quodam, atq; uapore, in quo aromaticitas ipsa uiget, refici possit. Aromaticam uero qualitatem dicimus odorã, & acutam, & quodammodo stipticam. Proinde quoniam iecur quidem corpori per sanguinem alimentum præstat, dulcedine plurimum augetur. Cor autem, quia & creat spiritum, & spiritui procreat alimentum, merito desyderat aromatica. Expedit tamen & aromatica pro corde condiri dulcedine, & dulcia pro iecore aromaticis commiscери, dulcedinem'q; interea nimiam euitare. Quid plura? Galenus ipse secutus Hippocratem, spiritum non solum odore putat nutriri, sed aere, aere inquam non simplici, sed potius opportune permisto. Quibus quidem si fidem habebimus, nec alimentorum, nec rei ullius delectum magis ad uitam necessarium, quàm aeris nobis accõmodati, esse censebimus. Aer enim & inferiorum, & cœlestium qualitatibus facillime, semper'q; affectus, & immensa (ut ita dixerim) amplitudine circunfusus, perpetuo'q; motu, nos undiq; penetrans, ad suam nos mirabiliter redigit qualitatem. Præsertim spiritum, præcipue uitalem, in corde uigentem. In cuius penetralia, tum assidue influit, tum repente. Sic protinus afficiens spiritum, ut est affectus, per'q; spiritum uitalem, qui & materia, & origo est spiritus animalis, pariter afficiens animalem. Cuius quidem qualitas maximi momenti est ingeniosis eiusmodi spiritu plurimum laborantibus. Itaq; ad nullos potius quàm ad eos attinet puri, luminosi'q; aeris, odorum'q; delectus, atq; musicæ. Hæc enim tria spiritus animalis fomenta præcipua iudicantur. Potissimus uero ad uitam est aer electus. Nam octauo mense nati in Aegypto plurimi uiuunt, & nonnulli in plagis Græciæ tẽperatis

cię temperatis, saluberrimi aeris beneficio. quod Aristoteles narrat, & Auicẽna confirmat. Sed profecto sicut corpus ex uariis compositũ, uariis, quamuis non eadem mensa, nutriendum est alimentis, ita spiritus similiter compositus uarietate quadam aeris semper electi oblectandus ẽ, atq; fouendus. Simili quoque electorum odorum uarietate quotidie recreandus. Nam aer, & odor quasi spriritus quidam esse uidentur. Iam uero Alexander, & Nicolaus peripatetici una' cum Galeno concludunt, spiritum uitalem, & animalem ideo nutriri tum odore, tum aere, quoniam uterq; mistus est, atque conformis, & utrunque haustum in præcordia penetrare, ubi coqui, temperari'q; ad uitam, per'q; arterias diffundi. Vbi uterq; coctus iterum, nutrit spiritum (ut aiunt) utrunque, prçcipue animalem. Aiunt etiam spiritum aerẽ non solum refrigerando calori prodesse, sed etiam nutriendo. Nam & animalia etiã ualde frigida spirant. Addunt aerẽ crassiorem spiritui, naturali tanquam magis corporeo conuenire, subtilem uero, purum, lucidum, spititui potius uitali, potissimum animali. Neq; mirum uideri debet spiritum adeo tenuem, rebus quoq; tenuibus ali. Siquidẽ & pisciculi multi aqua nitidissima nutriuntur, & ocimũ in aqua simili, uiuit, crescit, floret redolet. Mitto quibus elementis Chamęleontẽ, & Salamandrã nutriri nõnulli ferãt. Redeamus ad nostra. Interest certe q̃plurimum qualẽ spiremus aerẽ, quales hauriamus odores. Talis enĩ & spiritus ĩ nobis euadit, eaten⁹ uero nos anima per uitã uegetat, quatenus spiritus harmoniam seruat cũ anima concinentem. Spiritus quidẽ nobis primus uiuit, & maxime, & quasi uiuit solus. Non'ne repentino quodã sępe casu, uel effectu, uita sensus, motus, subito mẽbra deserunt? Regesso uidelicet ad cordis penetralia spiritu, & sæpe statim reuertunt' ad mẽbra per frictiones, & odores illuc spiritu redeũte. Quasi uita in ipso spiritu uidelicet reuolatili potius insit quàm humoribus, aut membris. Alioquin propter horũ crassam tenacitatẽ tardius admodũ accederet uita mẽbris, atq; recederet. Quicũq; igitur uitam in corpore producere cupitis, spiritũ in primis excolite, hũc augete nutrimẽtis sanguinẽ augẽtibus, tẽperatũ uidelicet, atq; clarum, hunc aere semper electo fouete. Hunc quotidie suauibus odoribus alite, hunc sonis, & cantibus oblectate. Sed interea odores cauete calidiores, frigidiores fugite, capessite tẽperatos, frigidos calidis, siccos humidis temperate. Odorem uero omnem, quia pars corporis subtilissima est, scitote non nihil habere caloris, atque ex rebus, quæ ipsę nutriunt, odores separate potius nutrituros, ut ex aromatico pyro, pomo'que persico, simili'que pomo, magis autem recente pane, calente, maxime carnibus assis, quammaxime uino. Atque sicut sapor, qui mirifice placet, plurimi, uelocis'que nutrimenti causa est, uel occasio corpori, sic odorem ad spiritum se habere putate. Commemorare uobis iterum placet, Democritum iamiam expiraturum, ut obsequeretur amicis, spiritum ad quatriduum' usque olfactu calentium panum retinuisse, ulterius etiam, si modo placuisset, spiritum seruaturum. Sunt & qui dicunt id mellis odore fecisse. Ego, si modo usus est melle, existimo illum mel uino liquefactum albo, calentibus panibus infudisse, neque enim spernendus est mellis odor. Flos nanq; florum mel existit, nec parum nutrit ipsa dulcedine, ac diu qualitate sua res integras a' putrefactione tuetur. Itaq; si quis nouerit hoc etiam ad cibum ita uesci, ut nec dulcedine nimia meatus oppleat, nec quodã calore bilem tali exaugeat, certum habebit longioris uitę subsidium. Saltem igitur condimentũ hoc frigidis, & humidis adhibete. Verum, ut uos reuocem ad odores, ubicunq; suffocationem, compressionem'q; spirituum nimiam extimescitis, quod mœror, frequens, torpor'q; portendit, odores circunfusos amate. Vbi uero fugam exhalantium spirituum expauescitis, odores potius infusos nutrimentis accipite. Et siquid odorum præterea foris sumitis, uelut clypeum costis dũtaxat admouete siniſtris. Non'ne uidetis, quàm repente sursum, uel deorsum ad odores se matrix ipsa prçcipitet? quàm uelociter ad os, ad nares spiritus aduolet, suauis odoris esca pellectus? Vbi igitur spiritus uel exiguus, uel fugacissimus esse deprehenditur, quod pusillanimitas sæpe declarat, corporis'q; debilitas, uel parua de causa multa contingens, odoribus non tam extrinsecus obiectis, quàm intrinsecus iniectis allicite, immo potius pascite, retinete. Odorẽ uero uinante omnes eligite. Multum nanque nutrit spiritum odor exhalans ex natura tum plurimum, & uelociter nutriente corpus, tum uoluptate sensum afficiente. Tale uero uinum est præ cæteris calidum, humidum, & odorum, atq; clarum, Tale etiam sacharum esse dicerem, si sumat odorem. Cinnamomum quoque simile, & doronicum, anisum'q;, & dulce marathrum, si acumini suo ad exiguam dulcedinem adderent ampliorem. Sed quam temperiem natura non fecit, uobis ipsi conficite. Et quoties distractionem spirituum formidatis, calidioribus, acutioribus'q;, & subtilissimis adhibete, quæ cohibere parumper uolatum spiritus, ac sistere ualeant, ceu croco, gariophylis, cinnamomo, adustum panem, rosaceam aquã, acetum'q; rosaceum, rosam, myr-

tum, uiolam, ſandalũ, coriandrum, cidoniũ pomũ, atq; citrum. Horreo uero camphoram, ubi contra caniciem eſt agendum. Recentem uero ſemper mentam diligo, menti etiam ſalutarem, ſpiritui q; tutiſſimam. Deniq; mementote res omnes ueneno contrarias, eſſe uitæ admodũ ſalutares, non guſtu tantũ, ſed etiam odoratu, maxime theriacam. Has uero in libro contra peſtilentiam enarrauimus. narrabimus & in libro ſequenti. Inter eas autem, nequid uos lateat, numeramus & uinũ. Nam ſicut homini uenenũ eſt cicuta, ita cicutæ uinũ, non ſimul quidem, ſed paulo poſt ebibitũ. Ac ne ſolis uos odoribus hic alliciam, componendũ uobis mando electuariũ quotidie mane guſtandũ, olfactu, guſtu q; ſuaue, & uitæ admodũ ſalutare. Accipite tres bularũ uncias, unam emblicarũ, & indarum unam, unam q; belliricarũ, ſemunciam uero doronici, Cinnamomi uncias duas, croci drachmam unam, ambræ partem drachmæ tertiam, Muſci quoq; tantũdem. Contundite diligenter, tantum roſacei ſaccari adhibete, quantum guſtui ſatis facit, Sandalo; rubentium quantum ſat eſt colori, mellis item emblicarũ uel chebularum, quantũ molli expedit electuarii formæ, auri folia totidem, quot prædictæ ſunt unciæ. Vbi uero difficilior eſt compoſitio multiplex, experti ſumus ſimplicem hanc optimã eſſe, ſcilicet ex chebulis, marathro dulci, ſaccaro aqua roſacea liquefacto, ſumptam uero tum ieiuno ſtomacho, tũ poſt cœnam. Memineritis autem myrobalanos conditas meliores eſſe. ſiccas uero ſaltem diem integrum. oleo amygdalarũ dulcium, uel butyro uaccino prius infundite, quàm conſletis. Probat & Auicenna uobis confectionem ex emblicis, atq; indis, cũ melle anacardorũ, cocto q; butyro, item chebulas cũ zinzibere, & ſquama ferri, & potius auri. Probat item Petrus Aponenſis compoſitionem ex croco, mace, caſtoreo, per partes æquales acceptis, atq; contuſis, & uino cõmiſtis. Vnde affirmat uitam etiam propemodum moribundis produci conſueuiſſe. Deniq; Aly aſtrologus, medicus q; excellens aſſerit, uſu triferæ, ſimiliũ q; rez uitam effici longiorem. In omni uero trifera myrobalanus fundamentum eſt, ſed hanc temperant ſubtilibus quibuſdã, atq; mollib⁹. Præſertim ubi ſiccior eſt myrobalanus, ut penetret, nec meatus obſtruat, nec aluũ exſiccet nimium, uel aſtringat. Cum uino præterea commodiſſime utimur, ſed modico, ne forte diluat. Compoſitionem uero Petri, quam modo narrabam, ſi modo utilis eſt, arbitror olfactu potius, quàm potu utilem fore.

Magorum medicina pro ſenibus. Cap. XIX.

m Agi ſtellarũ obſeruatores ad Chriſtum uitæ ducem ſtella duce uenerunt, pretioſum uitæ theſaurum offerentes, aurũ, thus, & myrrham tria dona pro tribus planetarum dominis, ſtellarũ domino dedicantes. Aurũ quidem pro tẽperamento Ioui maxime omniũ temperatũ. Thus autem pro ſole præcipue, phœbeo calore ſimul, odore q; flagrans. Myrrham deniq; firmantem corpus, atq; conſeruantem, pro Saturno omniũ firmiſſimo planetarum. Huc igitur omnes ad ſapientes magos uenite ſenes, munera uobis quoq; uitam productura ferentes. Quibus authorem uitæ quondam uenerati traduntur. Venite ſenes inquam ſenectutem grauiter tolerantes. Venite & uos præterea, quoſcunq; ſenectutis propemodũ aduentantis formido ſolicitat. Accipite precor alacres uitalia dona. Sumite uncias quidem thuris duas, unam uero myrrhæ, auri rurſum in folia ducti dimidiam drachmæ partem. Contundite tria ſimul, conflate, confundite in pilulas, aureo quodam mero, id q; tunc oportune conficite, quando Diana propitio Phœbi, uel Iouis gaudet aſpectu. Sumite poſthac theſauri tanti, aurora qualibet portiunculam. Ac exiguo perfundite meri potu, niſi forſan incalue rit æſtas. Tunc enim aquam roſaceam bibere præſtat. Siquis autem inter uos calorem quouis tempore magis metuat, is myrobalanũ, chebulam, aut emblicam, æqualẽ ad thuris, myrrhæ q; & auri ſimul pondus adiiciat. Hoc humorem proculdubio naturalẽ a` putrefactione tuebitur. Hoc humoris reſolutionem longius propulſabit. Hoc tres in uobis ſpiritus naturalem, uitalem, animalem fouebit, confirmabit, corroborabit. Hoc rurſum uegetabit ſenſum. Acuet ingeniũ, memoriam conſeruabit.

¶ De periculis euitandis ex quolibet uitæ ſeptenario imminentibus. Cap. XX.

c` Vm aſtronomi ſingulas deinceps diei horas planetis ordine ſingulis diſtribuerint, ſimiliter q; ſeptem hebdomadæ dies, atq; in ipſo fœtu per menſes digeſſerint officia planetarum, cur non etiam per annos eadem diſponamus? Vt quemadmodũ infantem in aluo

tem in aluo latentem rexit primo mẽſe Saturnus, ultimo luna. ſic ſtatim natum ordine iam conuerſo, primo ipſius anno ducat luna. Secundo (ſi uis) Mercurius. Tertio Venus. Quarto ſol. Quinto Mars. Sexto Iupiter. Septimo uero Saturnus. atq; deinceps ordo per uitam ſimilis repetatur. Itaq; in ſeptimo quolibet uitæ anno, fit in corpore mutatio maxima, ideo q; periculoſiſſima, quandoquidem & Saturnus nobis communiter eſt peregrinus, & ab eo tunc planetarũ ſummo, ad lunam eueſtigio planetarũ infimã gubernatio redit. Hos annos aſtronomi græci climatericos nominãt. Nos ſcalares, uel gradarios, uel decretorios appellamus. Forte uero in morbis ipſum humoris uel naturę motũ planetes p dies eodẽ ordine regũt. Vnde & ſeptimus qsq; eadem ratione iudiciarius appellatur. Quartus quoq;, quoniam medium in ſeptenario tenet. Tu igitur, ſi uitam producere cupis ad ſenectutem, nullis eiuſmodi gradibus interruptam, quoties ſeptimo cuilibet propinquas anno, conſule diligenter aſtrologum. Vnde immineat tibi diſcrimen ediſcito. Deinde uel adito medicum, uel prudentiam, et temperantiam accerſito. His nanq; remediis prohiberi minas aſtrorum Ptolemęus etiam confitetur. Addit quin etiam aſtrorum promiſſa ſic augeri poſſe, ut agrorum cultor auget terrę uirtutem. Probat Petrus Aponenſis argumentationibus multis, & teſtimonio Ariſtotelis, Galeni, Aly, naturalem uitæ finem nõ eſſe ab initio ad unguem determinatum, ſed ultra, citra q; moueri poſſe, id q; aſſerit tum ex aſtris, tum etiam ex materia. Concludit his authoribus, rationibus q; obitum etiam naturalem differri poſſe, cum aſtrologiæ machinis, tum præſidiis medicorum. Igitur neque nos temere in his præceptis elaboramus, neq; te pigeat perquirere a` medicis, quæ naturaliter tua ſit diæta, & ab aſtrologis, quæ ſtella uitæ faueat. Et quando hæc bene ſe habet, & ad eam luna, compone, quæ prodeſſe didiceris. Neq; pudeat ſæpe illos auſcultare, qui nõ tam fortuna, quàm uirtute ſenectutem proſperam conſecuti uidentur. præterea Ptolemæus, & cæteri profeſſores aſtronomiæ imaginibus quibuſdam ex certis lapidibus & metallis, ſub certo ſydere fabricatis uitam proſperam pollicentur, atq; longęuam. Verum de imaginibus quidem ex parte, ac plurimum de reliquo fauore cœleſti commentarium componimus in Plotinum. Quem librum huic operi deinceps ſubiiciendum exiſtimamus. Quemadmodum hoc poſt librum ſcribi uolumus, quem de curanda literatorum ualetudine compoſuimus. Fauorem uero cœleſtem quem modo dicebam, pro iuuentute longa, nunc, quantum quaſi poetæ cuidãlicet loqui, quãtum rurſus medico licet facere, a` Phœbo, Baccho q; petemus.

» Solis æterna eſt Phœbo Baccho q; iuuentus.
» Nam decet intonſus crinis utrunq; deum.

Phœbus & Bacchus ſemper indiuidui fratres ſunt, ambo fere` ſunt idem, Phœbus quidem eſt ipſa ſphęrę illius anima. Sphęra uero Bacchus, ímo & Phœbus eſt totus ipſe ſphęrę circus. Bacchus autem eſt flammeus ille in hoc circo, circulus, immo uero Phœbus eſt almum in hoc flãmeo globo lumen. Bacchus autem exiſtit ibidem ſalutaris ex lumine calor. Semper ergo fratres, comites q; ſunt, fere` ſemper alter & idem. Quid uero? Si ſol in uere quidem Phœbus eſt, cantu ſuo tunc auium cantus excitans, cithara rurſum tempora temperans. In autunno uero, ſol idem author uini Bacchus exiſtit. Tria nobis ad ſeruandam iuuẽtutem pater ille Liber, qui amat colles, Bacchus affert. Nos quidem apricos primum colles. In his autem collibus ſuauiſſimum prȩcipue uinum. Perpetuam in uino ſecuritatem. Tria quoq; Phœbus Bacchi frater pari benignitate largitur. Diurnum primo lumen, ſub fomento luminis herbas ſuauiter redolentes, Ad luminis huius umbram citharam, cantum q; perennem. His ergo pẽſis potiſſimum, his ſtaminibus Clotho nobis iam non parca longa uitæ fila producet. Treis parcas fere` omnes poetę canunt. Treis quoq; nos non poetę canimus. Prudens quidem in omni uictu parcitas uitam nobis longam inchoat. Conſtans quoq; in curis ſubeundis parcitas producit uitam, parcitas uero in cœlo fruendo negligens uitam occat. Tres Pythagoras temperantias ante omnia celebrat, tres etiam nos in præſentia celebramus. Temperantiam in affectibus conſeruato, temperantiã in omni uictu ſeruato. Temperiem aeris obſeruato, Hæc enim prouidentia humorum intemperiem, quæ citæ ſenectutis, & tempeſtiuæ mortis cauſa eſt, aſpirante deo, procul admodum propulſabis. Aſpirabit autem author ille uitæ, ſi ea tantum conditione uitam optaueris diuturnam, ut diutius cum generi humano uiuas, tum maxime uiuas illi, quo mundus totus inſpirante uiuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MARSILII FICINI PROOEMIVM IN LIBRVM DE VITA COELITVS COMPARANDA.

Marsilius Ficinus Florentinus Sereniſſimo Pannoniæ Regi ſemper inuicto. Philoſophi ueteres rex omniũ feliciſſime cœleſtium uires, inferiorum'q; naturas diligentiſſime perſcrutati, cum exiſtimarent hominem fruſtra ſapere, qui non ſibi ſapit, totam merito perſcrutationem ſuam in primis ad uitam ſibi cœlitus comparandã retuliſſe uidentur, iudicantes (ut arbitror) tum elementa, & quæ ex his cõponuntur, fruſtra ſibi cognita fore, tum motus cœleſtium, & influxus temere nimium obſeruatos, niſi hæc una' cũ illis cognita ſimul, atq; coniuncta, aliquãdo ſibi ad uitã, felicitatem'q; conducerent. profuit autem illis (ut uidetur) eiuſmodi contemplatio, ad uitam primo præſentem. Nam Pythagoras, & Democritus, Apollonius'q; Theaneus, & quicũq; ad id potiſſimũ ſtuduerunt, rerũ ſibi cognitarũ uſu proſperam ualetudinẽ conſecuti ſunt, uitam'q; longæuam. Contulit inſuper ad futuram uitam, tum per gloriam apud poſteros propagandam, tum apud deũ in æternitate fruendam. Siquidem ex mirabili mũdi totius ordine eius tandem cognouere rectorem, & ante omnia cognitum amauerũt. Tibi uero gloriam per ſecula cuncta futuram magnanimitas, magnificentia, uictoria perpetua pollicentur. Vitam quoq; apud deũ in æuo beatam, diuina clementia, inſigni pietati tuæ, iuſtitiæ'q; promittit. Vitam deniq; proſperam inter mortales, ſatisq; longam, quantum ex indiciis quibuſdam mihi licuit coniectare, felicia tibi ſydera decreuerunt. Vt autem quod pollicentur, id & præſtent firmiſſima fide, & cumulo inſuper prorogent pleniore, diligentia tua, & medicorũ, aſtrologorum'q; cura efficere proculdubio poteſt, Iam uero id poſſe ſcientia, & prudentia fieri doctiſſimi quiq; aſtrologi, ac medici confitentur. Cum igitur inter Plotini libros, magno Laurentio Medici deſtinatos, in librum Plotini, de fauore cœlitus hauriendo tractantem nuper cõmentariũ compoſuiſſem, inter cætera in eum noſtra cõmentaria numeratum id quidem ſeligere nunc Laurentio quidem ipſo probante, atque maieſtati tuæ potiſſimum dedicare decreui. Spero equidem, dum uitæ tuæ, proſperitati'q; conſulã, uitæ interim, & ſplendori ſeculi noſtri, & humani generis conſulturũ. Atq; ut ualetudini, ꝓſperitati'q; regiæ ualidius hæc noſtra prodeſſent, ꝓ Valorẽ ipſum mittẽda putaui. Hũc tu igit' Valorẽ noſtrum clementiſſime rex complectere precor. Tantũ. n. natura, uirtus, authoritas tua ualet, ut abſq; te nequeat uel Valor ipſe ualere. X. Iulii. M.CCCC.LXXXIX. Florentiæ.

MARSILII FICINI AD LECTOREM SEQVENTIS LIBRI EXHORTATIO.

Alue hoſpes ingenioſe. Salue iterum quiſquis es ſalutis auidus, qui noſtra ad limina tendis. Vide precor hoſpes cupide primũ, quam hoſpitalis ſim. Intrantis
f erat certe, ſalutem ſtatim hoſpitio dicere. Ego uero ſalute præueniens, mox proſpectum ſaluere te iuſſi. Intrantem, & adhuc ignotum perlibenter excepi. Trahẽtem apud me moras, promiſſa, ſi deus aſpirauerit, ſalute donabo. Hoſpitiũ ergo nactus es amicũ quidem omnibus, & amoris nunc erga te plenum. Siquid forte fers tecũ amori contrarium, ſiquid habes odii, prius ponito precor, quam medicinas hic uitales attingas. Vitam enim tibi dedit amor, uoluptas'q; parentum. Vitã uiciſſim demit odiũ, atq; dolor. Quem igitur odioſus uexat dolor, huic nullus uſquam medicinæ uitali relictus eſt locus. Quamobrem deinceps te non, ut hoſpitem tantum, iam alloquor, ſed amicum. Officina Marſilii tui aliquanto eſt amplior, quam his cancellis duntaxat, quos hic uides, coerceatur. Non enim ſolo hoc libro ſequente, ſed duobus etiam præcedentibus circũſcribitur. Tota uero ſummatim medicina quædam eſt pro uiribus opitulatura uitæ, ut ualida tibi uita ſit, ut longa. Id'q; ubiq; medicorum ope cœlitus adiuta molitur. Varia ſane' pro diuerſis hominum ingeniis, atq; naturis noſtra hęc officina, antidota, pharmaca, fomenta, unguenta, remedia profert. Siqua tibi fortaſſe min⁹ placeant, mitto quidem iſta. Cætera propterea ne reſpuito. Deniq; ſi non probas imagines aſtronomicas, alioquin pro ualetudine mortalium adinuentas, quas & ego non tam probo, q̃ narro, has utiq; me concedente, ac etiã (ſi uis) conſulente dimittito. Medicinas ſaltem cœleſti quodam adminiculo confirmatas, niſi forte uitam neglexeris, ne negligito. Ego enim frequenti iãdiu experientia compertum habeo, tantum intereſſe inter medicinas eiuſmodi, atq; alias abſq; delectu aſtrologico factas, quantũ inter merum, atq; aquam, ut etiã infans octauo a' conceptione menſe

ne menſe natus Florentię menſe Martio, nocte adſcendẽte Saturno retrogrado ſemiuiuus, eiuſmodi diligentia uideatur a' nobis, immo a' deo quaſi uitæ redditus potius, q̃ ſeruatus. Trienniũ'q; ualidus ferme' iam impleuerit, Iam uero ſi præter ea generis eiuſdem plura narrauero, uera loquar, nec gloriab undus, quod eſt a' philoſopho penitus alienum, ſed exhortabundus potius afferam. Verum ſatis iam partim quidem conciliantes, partim etiam exhortantes allocuti te ſumus, deinceps igitur cum Plotino loquamur, ita demum tibi diligentius conſulturi.

Proteſtatio catholici authoris.

¶ In omnibus, quæ hic, aut alibi à me tractantur, tantum aſſertum eſſe uolo, quãtum ab eccleſia comprobatur.

MARSILII FICINI FLORENTINI LIBER DE VITA COELITVS COMPARANDA COMPOSITVS AB EO INTER COMMENTARIA EIVSDEM IN PLOTINVM.

¶ In quo conſiſtat ſecundum Plotinum uirtus fauorem cœlitus attrahẽs, ſcilicet in eo, q̃d anima mundi, & ſtellarum, dæmonum'q; animæ facile alliciuntur corporum formis accommodatis.

Caput primum

I tantum hæc duo ſint in mundo, hinc quidem intellectus, inde uero corpus, ſed abſit anima, tunc neq; intellectus trahetur ad corpus, immobilis enim eſt omnino, caretq; affectu motionis principio, tanquã a' corpore longiſſime diſtãs. Neq; corpus trahetur ad intellectum, ue
s lut ad motum per ſe inefficax, & ineptum, lõge'q; ab intellectu remotum. Verum ſi interponatur anima utriq; conformis, facile utrinq; & ad utraq; fiet attractus. primo quidem ipſa omnium facillime ducit', quoniam primum mobile eſt, & ex ſe, & ſponte mobile, præterea cũ ſit (ut dixi) media rerum, omnia ſuo in ſe modo cõtinet, & utrinq; ratione propinqua. Ideo'q; conciliatur, & omnibus, etiam æqualiter illis, quæ inter ſe diſtant, ab ea uidelicet non diſtantibus, præter enim id, quod hinc quidem conformis eſt diuinis, inde uero caducis, & ad utraq; uergit affectu, tota interim eſt ſimul ubiq;. Accedit ad hęc, quod anima mundi totidem ſaltem rationes rerum ſeminales diuinitus habet, quot ideæ ſunt in mente diuina, quibus ipſa rationibus totidem fabricat ſpecies in materia. Vnde unaquæq; ſpecies per propriam rationem ſeminalem proprie reſpondet ideæ, facile'q; poteſt per hanc ſępe aliquid illinc accipere, quandoquidem per hãc illinc eſt effecta. Ideo'q; ſiquãdo a' propria forma degeneret, poteſt hoc medio ſibi proximo formari rurſum, per'q; id mediũ inde facile reformari. Acſi certę cuidam rerum ſpeciei, uel indiuiduo eius rite adhibeas multa, quę ſparſa ſunt, ſed eidem ideę conformia. Mox in materiam hanc ita opportune paratam ſingulare munus ab idea trahes per rationem uidelicet animę ſeminalem. Non enim intellectus ipſe proprie, ſed anima ducit'. Nemo itaq; putet certis mundi materiis trahi numina quædã a' materiis penitus ſegregata, ſed dæmones potius, animati'q; mundi munera, ſtellarum'q; uiuentium. Nemo rurſum miret' per materiales formas animam quaſi allici poſſe. Siquidem eſcas eiuſmodi ſibi congruas ipſamet, quibus alliceretur, effecit, & ſemper, libenter'q; habitat in eiſdem. Neq; in mundo uiuente toto qcquam reperitur tam deforme, cui non adſit anima, cui non inſit & animæ munus, cõgruitates igitur eiuſmodi formarum ad rationes animę mundi Zoroaſter diuinas illices appellauit, quas & Syneſius magicas eſſe illecebras confirmauit. Nemo deniq; credat ad propriam quandã materiæ ſpeciem, & tempore certo hauriri omnia prorſus ex anima dona, ſed ꝓ opportunitate dona duntaxat ſeminis, quo talis ſpecies pullulauit, ſeminum'q; conformium. Itaq; hic homo humanis tantum adhibitis, non proprias piſcium, uel auium dotes inde ſibi uendicat, ſed humanas, atq; conſimiles. Adhibitis autem, quæ ad ſtellam talem pertinent, atque dæmonem, ſtellæ dæmonis'q; huius proprium ſubit influxum, uelut lignum per ſulfur paratum ad flammã ubiq; præſentem. Atq; hunc non modo per ipſos ſtellæ, dæmonis'q; radios, ſed etiã per ipſam mundi animam ubiq; præſentem, in qua & cuiuſlibet ſtellæ, dæmonis'q; ratio uiget, partim quidẽ

ſeminalis ad generādum, partim etiam exemplaris ad cognoſcendum. Hæc enim ſecundum Platonicos antiquiores rationibus ſuis ædificauit ultra ſtellas in cœlo figuras, partes q; ipſarum tales, ut ipſæ quoq; figuræ quædam ſint, impreſſit q; his omnibus proprietates. In ſtellis autem figuris, partibus proprietatibus, oēs rex inferiox ſpēs cōtinent, & ꝓprietates eax. Vniuerſales uero figuras octo poſuit, atq; quadraginta. ſ. in zodiaco duodecim, extra uero ſex atq; triginta. Itē in zodiaco trigintaſex ad numex faciex. Rurſus ibidē tercentū atq; ſexaginta ad numex graduū, In quouis. n. gradu ſunt ſtellæ plures, ex qbus ibi cōficiuntur imagines. Similiter imagines extra zodiacū in plures diuiſit figuras ꝓ facies ibidem, graduū q; ſuox numero. Conſtituit deniq; ab imaginib⁹ his uniuerſalib⁹ ad uniuerſales imagines habitudines, & ꝓportiones q ſdā, quæ ipſæ quoq; imagines illic exiſtunt. Eiuſmodi uero figuræ continuitatem quæq; ſuā habent ex radiis ſtellarum ſuarum in ſe inuicem peculiari quadam proprietate coniectis. a quibus formis ordinatiſſimis depēdent inferiorū formæ, illinc uidelicet ordinatæ. Sed & cœleſtes illæ tā quam & inter ſe diſiunctæ, procedunt a rationibus animæ coniunctis inuicem, & quodāmodo mutabiles a ſtabilibus. Sed hæ quatenus ſe ipſas non comprehendūt, referuntur ad formas in mente uel animali, uel eminentiore ſeſe comprehendentes, quæ tanq̄ multiplices rediguntᵉ ad ſimpliciſſimum unū, atq; bonum, ſicut figuræ cœleſtes ad polum. Sed redeamus ad animā. Quando igitur anima gignit ſpeciales inferiorum formas, uires q;, eas per rationes efficit proprias, ſub ſtellarum, formarum q; cœleſtium adminiculo. Singulares uero indiuiduorum dotes, quæ ſæpe nonnullis inſunt tam mirabiles, quam in ſpeciebus eſſe ſolent, exhibet per ſeminales ſimiliter rationes, non tam ſub adminiculo formarum, figurarum q; cœleſtium, quam ſitu ſtellarum, & habitu motionū, aſpectuum q; planetarū. tum inter ſe, tum ad ſtellas planetis ſublimiores. Anima quidem noſtra ultra uires membrox proprias communem ubiq; promit in nobis uitæ uirtutem. Maxime uero per cor tanq̄ ignis animæ proximi fontem. Similiter anima mundi ubiq; uigens per ſolem præcipue ſuam paſſim explicat communis uitę uirtutem. Vnde quidam animā & in nobis, & in mundo, in quolibet membro totā, potiſſimum in corde collocant, atq; ſole. Semper uero memento ſicut animæ noſtræ uirtus per ſpiritum adhibetur membris, ſic uirtutem animæ mundi per quintam eſſentiam, quæ ubiq; uiget tanquā ſpiritus intra corpus mūdanū, ſub anima mūdi dilatari per omnia, maxime uero illis uirtutem hāc infundi, quæ eiuſmodi ſpiritus plurimum hauſerunt. poteſt aūt quinta hæc eſſentia nobis intus magis, magisq; aſſumi. ſiquis ſciuerit eā aliis elementis immiſtam plurimū ſegregare, uel ſaltem his rebus frequenter uti, quæ hac abundant puriore prę ſertim ceu electum uinum, & ſaccarum, & balſamū, atq; aurum, pretioſi q; lapilli, myrobalani q;, & quæ ſuauiſſime redolent, & quæ lucēt. Maxime uero, quæ in ſubtili ſubſtantia qualitatem habent calidā, humidā q;, & claram. Quale, præter uinum, eſt albiſſimum ſaccarum, præſertim ſi huic adhibueris aurum, odorem q; cinnami, atq; roſarum. Præterea ſicut alimenta rite in nobis aſſumpta per ſe non uiua, rediguntur per ſpiritum noſtrum ad uitæ noſtræ formā, ſic & corpora noſtra rite accommodata corpori, ſpiritui q; mūdano uidelicet per res mundanas, & per noſtrum ſpiritum, hauriunt ex uita mundana q̄pluriſum. Si uolueris, ut alimentū rapiat præ cæteris formam cerebri tui, uel iecoris, atq; ſtomachi, ſimile quantum potes accipe alimentum, ideſt cerebrum, & iecur, & ſtomachum, animalium ab humana natura non longe diſtantium. Si optas corpus tuum, atq; ſpiritum, ex aliquo mūdi membro, uidelicet ex ſole uirtutem accipere, quære quæ ante alia ſunt ſolaria, inter metalla, lapillos q;, magis autem inter plantas. Sed inter animalia magis. Maxime inter homines. Similiora enim tibi magis proculdubio conſerūt. Hæc & extra ſunt adhibenda, & intus pro uiribus aſſumenda, præſertim in die, & hora ſolis, & ſole in figura cœli regnāte. Solaria uero ſūt omnia ex lapillis, & floribus, quæ heliotropia nominantur, quia uertuntur ad ſolem. Item aurū, & auripigmentum, auri q; colores, chryſolitus, carbunculus, myrrha, thus, muſcus, ambra, balſamū, mel flauum, calamus aromaticus, crocus, ſpica nardi, cinnamomum, lignū aloes, cætera q; aromata. Aries, aſtur, gallus, olor, leo, cantarus, crocodilus, homines flaui, criſpi, ſæpe calui, magnanimi, ſuperiora partim cibariis, partim unguentis, ſubfumigationibus q; partim uſui accommodari poſſunt. Hæc ſentienda, & cogitāda frequenter, & in primis amanda. Et luminis plurimum eſt quærendum, ſi dubites uentrem ab iecoris fomento deſtrui, trahe ad uentrem iecoris facultatem, tum frictionibus, tum fomentis. per ea, quæ iecori congruunt, per cicoream, endiuiam, ſpodium, & eupatorium, & epaticam, atq; epata. Similiter ne deſtituatur tum corpus ab Ioue, moue corpus in die, hora q;, & regno Iouis, & utere interim Iouialibus, argento, hyacintho, topatio, corallo, cryſtallo, beryllo, ſpodio, ſaphyro, uiridibus, aeriis q; coloribus. Vino, ſaccaro,

ſaccaro albo, melle & cogitationibus, affectibus q; plurimum. Iouialibus, ideſt ꝓſtantibus, æqs, religioſis, atq; legiferis, & inter homines eiuſmodi, ſanguineos q;, & pulchros, uenerabiles q; que uerſabere. Sed memento primis illis rebus frigidis inſerendum eſſe aurum, & uinū, mētam q; & crocū, & cinnamomum, atq; doronicum. Animalia uero iouialia eſſe agnum, pauonem q;, et aquilam, & iuuencum. Quomodo uero uirtus Veneris attrahitur turturibus, columbis, & mo tacillis, & reliquis, non permittit pudor oſtendere.

¶ De concordia mundi.
¶ De natura hominis ſecundum ſtellas.
¶ Quomodo fiat attractus ab unaquaq; ſtella. Caput II

n Eq; uero diffidere debet quiſquā, nos atq; omnia, quæ circa nos ſunt, præparamentis quibuſdam poſſe ſibi uendicare cœleſtia. Nam cœlitus hęc facta ſunt, aſſidue q; reguntur, & illinc in primis præparata ſunt ad illa, & quod maximū eſt, mundus animal in ſe magis unum eſt, quam quoduis aliud animal, ſi modo eſt animal perfectiſſimum. Ergo ſicut in nobis membri cuiuſlibet præſertim principalis qualitas, motus q; ad alia pertinet, ita membrorum principalium actus in mundo commouent omnia, & membra inferiora facile capiunt a ſupremis ultro dare paratis. Quo enim potentior cauſa eſt, eo eſt promptior ad augendum, eo igitur propenſior eſt ad dandum. Exigua igitur præparatio nobis inſuper adhibita ſufficit cœleſtium muneribus capiendis, ſi modo quiſq; ad id præcipue ſe accōmodet, cui eſt præcipue ſubditus. Sed ante uniuſcuiuſq; noſtrum proprietatem, humanę ſpeciei ꝓprietatem conſyderare debemus. Hanc igitur eſſe ſolarem, aſtrologi arabes cōſenſerunt. Quod ego e ſtatura hominis erecta, pulchra q;, humoribus q; ſubtilibus, & ſpiritus claritate, imaginationis q; perſpicuitate, ſtudio q; ueritatis, & gloriæ, uerum eſſe coniecto. Addo quin etiam proprietatem huic mercurialem, ob ſtrenuum uerſatilis ingenii motum. Et quoniā humanum genus natum nudum, inerme, omnium egenum hæc omnia propria induſtria ſibi comparat, qd eſt Mercurii proprium, Addo etiam Iouialem, ob complexionem corporis temperatam, atq; leges. Et quoniam ſecundo menſe, quo Iupiter dominatur, uitam accipimus, atque naſcimur nono, quo iterum recipit dominatum. Itaq; humana ſpecies ab his tribus potiſſimum dotes inſuper ampliores ita demū ſibi poterit uendicare, ſi per ſolaria, Mercurialia q;, & iouia ſeipſam eis magis in dies, atq; magis accommodabit. De reliquis autem quid? Saturnus non facile communem ſignificat humani generis qualitatem, atq; ſortem, ſed hominem ab aliis ſegregatum, diuinum, aut brutum, beatū, aut extrema miſeria preſſum. Mars, Luna, Venus, affectus, & actus homini, cum cæteris animantibus æque communes. Ad ſolem igitur & Iouem, atque Mercurium reuertamur. Solaria quidem nonnulla, & Iouia diximus, mercurialia uero, neſcio quomodo, prætermiſimus. Sunt autem eiuſmodi. Stamnum, argentum prę ſertim uiuum, marcaſſita argentea, lapis achates, uitrum, porphyriticum, & quæ croceum cum uiridi miſceant, ſmaragdū atque lacca. Animalia ſagacia, & ingenioſa ſimul, & ſtrenua, ſimiæ, canes. Homines eloquentes, acuti, uerſatiles oblonga facie, manibus q; non pingues. Sunt autem quærenda, & exercenda, quę ad aliquem planetam attinent, eo uidelicet dominante (ut diximus) in die, & hora eius ſi fieri poteſt, etiam quando ipſe ſit in domicilio, uel exaltatione, uel ſaltē triplicitate ſua, & termino, & angulo cœli, extra combuſtionem directus, ac ſępius oriētalis, ſi ſole ſit ſuperior. Item in augę, & aſpiciatur a luna. Siquis autem ab ipſa luna beneficium, & a Venere poſcat, tempora ſimilia obſeruare debebit a Venere quidē per animalia ſua, quæ diximus, & per corneolam, & ſaphyrum, lapidem q; lazoli, æs croceum, atq; rubeum, & corallum, omnes q; pulchros, uarios q;, uel uirides colores, & flores, atq; concentus, ſuaues q; odores, atq; ſapores. A luna per alba, & humida, & uiridia, per argentum, atque cryſtallum, & uniones, & argenteam marcaſſitam. Quoniam uero Saturnus quidem ſtatui, & perſeuerantiæ dominatur, Mars autem efficaciæ motus, cogimur nonnunquam horum quoq; gratia ab eis patrocinia poſtulare, tēporibus uidelicet ſimiliter obſeruatis. Ab illo quidem per materias quaſdam quodammodo terreas, & fuſcas, atq; plumbeas, & fuſcam iaſpidem, & magnetem, & camoinum, atq; calcidoniū, & ex parte quadam per aurum, & auream marcaſſitam. A Marte uero per ignea, rubea, ęs rubeum. Sulfurea omnia. Ferrum, lapidem q; ſanguineum. Neq; diffidas Saturnum habere non nihil in auro. Nam propter pondus id putatur habere. Quin etiam ſoli aurū ſimile ſic omnibus metallis ineſt, ſicut Sol in planetis omnibus, atq; ſtellis. Iam uero ſiquis conuicerit Saturnum, &

Martem natura noxios esse, quod equidē nunquā crediderim, tamen his quoq; utendum, quē/ admodum uenenis nonnunquā utuntur & medici. Quod Ptolemæus in Centiloquio probat. proderit ergo quādoq; uis Saturni caute sumpta, sicut apud medicos, quæ adstringunt, atque continēt, immo & quæ stupefaciunt, sicut oppium, & mādragora. Martis quoq; sicut euphor/ biū, & helleborus. Cautissimi uero hac in re fuisse uidentur magi Brachmães pythagorici, qui, cum ob sedulum philosophandi studium Saturni tyrannidem formidarent, uestibus albis ami/ ciebantur, Iouialibus'q;, siue Phœbeis quotidie sonis, & cantibus utebantur, plurimum'q; sub diuo uiuebant. Vbiq; uero memento per affectum, studium'q; animi, & per ipsam spiritus qua/ litatem nos facillime, subito'q; exponi planetis eundem affectum, ac eiusmodi studiū, & quali/ litatem significantibus. Persæpe rationem igitur a' rebus humanis, per otium, solitudinem, fir/ mitatem, per theologiam, secretiorem'q; philosophiam superstitionem, magiam, agriculturam, per mœrorem Saturno subiicimur. per ciuilia, et ambitiosa negotia, per philosophiā naturalē, communem'q;, per religionem ciuilem, per'q; leges Ioui, Marti per irā, atq; certamina, soli, Mer curio'q; per studium eloquentiæ, cantus'q; & ueritatis, & gloriæ, atq; solertiam, Veneri per læ/ titiam, & musicam, & festiua, Lunæ per uictum plantis similem. Sed hanc inter hos differentiā mente teneto exercitationem ingenii magis publicam, atque amplam ad solem spectare, priu tam uero, & artificio mancipatam, potius ad Mercurium. Tum uero musicā grauem quidem Iouis, Solis'q; esse, leuem Veneris, mediā uero Mercurii, similis quoq; de stellis fixis ratio est. Hæc quidem communis humanæ speciei regula. propria uero unicuiq; regula fuerit explorare, quæ stella quid boni cuiq; in genitura promiserit, atque ab ea potius, quàm ab alia reposcere gratiam. Et ab unaquaq; non quodlibet donum, & quod aliarū est, sed eius proprium expecta/ re, nisi forte tum a' sole communia multa reportes, tanquā communi quodā duce cœlestium, & ab Ioue ferme' similiter, tum mundana pariter omnia ab anima, spiritu'q; mundi. Quem si/ cut & quoduis animal, multo'q; efficacius animatum esse, non solum platonicæ rationes, sed etiam astrologorum arabum testimonia comprobant. Vbi etiam probant ex applicatione qua dam. spiritus nostri ad spiritum mundi per artem physicam, affectum'q; facta, traiici ad animā, corpus'q; nostrum bona cœlestia. Hinc quidem per spiritum nostrum in nobis mediū, & tunc a' mundi spiritu roboratum, inde uero per radios stellas: feliciter agentes in spiritum nostrum, & radiis natura similem, & tunc seipsum cœlestibus coaptantem.

Inter animam mundi, & corpus eius manifestum est spiritus eius, in cuius uirtute sunt quatuor elementa. Nos uero per spiritum nostrum hunc possumus haurire. Cap. III.

Rofecto mundanum corpus quantum ex motu, generatione'q; apparet, est ubiq; ui/ p uum, quod Indorū philosophi probant ex eo, quod passim ex se uiuentia generet. Ergo per animam uiuit ubiq; sibi præsentem, ac prorsus accōmodatam. Igitur inter mundi corpus tractabile, & ex parte caducum, atque ipsam eius animam, cuius na tura nimium ab eiusmodi corpore distat, inest ubiq; spiritus, sicut inter animā, & corpus in no/ bis, si modo ubique uita est communicata semper ab anima corpori crassiori. Talis nanq; spiri tus necessario requiritur tanquam medium, quo anima diuina & adsit corpori crassiori, & ui/ tam eidem penitus largiatur. Corpus autem omne facile tibi sensibile, tanquam sensibus tuis accommodatum, crassius est, & ab anima diuinissima longe degenerans. Opus est igitur excel lentioris corporis adminiculo, quasi non corporis. Proinde scimus uiuentia omnia tam plan/ tas, quàm animalia, per quendā spiritum huic similem uiuere, atq; generare. Atq; inter elemen ta, quod maxime spiritale est, uelocissime generare, perpetuo'q; moueri, quasi uiuens. Sed quę/ res interea, si elementa, atque animantes generant aliquid sibi simile suo quodā spiritu, cur la/ pides, & metalla non generant? quæ inter elementa, & animantes media sunt. Quia uidelicet spiritus in eis crassiori materia cohibetur. Qui si quādo rite secernatur, secretus'q; conseruetur, tanquā seminaria uirtus poterit sibi simile generare. si modo materiæ cuidam adhibeatur ge/ neris eiusdem, qualem spiritum physici diligentes sublimatione quadam ad ignem ex auro' se/ cernentes, cuiuis metallorum adhibebunt, aurum'q; efficient, talem utique spiritum ex auro, uel ex alio rite tractum, atque seruatum elixir arabes astrologi nominant. Sed ad mundi spiritum redeamus, per quem mundus generat omnia, quandoquidem & per spiritū proprium omnia generant, quem tum cœlū, tum quintā essentiam possumus appellare. qui talis ferme est in cor/ pore mundi, qualis in nostro noster. Hoc in primis excepto, quod aīa mundi hunc nō trahit ex

quatuor

quatuor elementis, tanquam humoribus suis, sicut ex nostris nostra, immo hunc ꝓxime (ut pla tonice, siue plotinice loquar) ex uirtute sua procreat genitali quasi tumēs, & simul cum eo stel/ las, statim'q; per eum parit quatuor elementa, quasi in illius spiritus uirtute sint omnia. Ipse ue ro est corpus tenuissimum, quasi non corpus, & quasi iam anima. Itē quasi nō anima, & quasi iam corpus. In eius uirtute minimum est naturæ terrenæ, plus autē aqueæ, plus item aerię. Rur sus igneæ, stellaris'q; quāplurimum, ad horum graduum mensuras ipsæ quantitates stellarum, elementorum'q; prodierunt. Ipse uero ubiq; uiget in omnibus generatiōis omnis proximus au thor, atque motus, de quo ille,

» Spiritus intus alit. Totus est suapte natura lucidus, calidus'q;, & humidus, atq; uiuificus, ex dotibus animæ superioribus dotes eiusmodi nactus. Quem plurimū hausisse Apollonium Theaneum, testificatus est Indus Hiarchas dicens, mirari nemo debet o' Apolloni te diuinandi scientiam consecutum, cum tantum ætheris in anima geras.

¶ Spiritus noster haurit mundi spiritum per radios Solis, & Iouis, quatenus ipse fit so/ laris, & Iouialis. Caput IIII.

h Vnc tu igitur studebis tibi in primis insinuare. hoc enim medio naturalia quędam beneficia reportabis, tum corporis mundani, tum animæ, tum etiā stellarum, atq; dæmonum. Nam ipse inter crassum mundi corpus, & animā medius est. Et in ipso stellæ sunt, & dæmones, atq; per ipsum. Siue enī mundi corpus, atq; mūdana sint ab anima mundi proxime, sicut Plotino placet, atq; Porphyrio, siue mundanū corpus, sicut & anima proxime sit, a' deo, ut nostris placet, & forte Timæo pythagorico, omnino uiuit mūdus, atq; spirat, spiritum'q; eius nobis haurire licet. Hauritur autem proprie ab homine per suum spi ritum, illi suapte natura conformē. Maxime si reddatur etiā arte cognatior, ideſt si maxime cœ/ lestis euadat. Euadit uero cœlestis, si expurgetur a' sordibus, & omnino ab eis, quæ inhærent si bi dissimilia cœlo, quæ quidem sordes non solum intra uiscera si fuerint, uerum etiam si in ani/ mo, si in cute, si in uestibus, si in habitatione, & aere, spiritum frequenter inficiunt. Efficietur tā dem cœlestis, si ad orbicularē animi, corporis'q; motum, ipse quoq; orbes efficiat, si ad aspectū, cogitationem'q; lucis, frequentiorem etiam ipse subrutilet, si adhibeantur ei similia cœlo, ea cō muniter diligentia, qua Auicēna in libro de uiribus cordis spiritum curat. Et nos in libro de cu/ randa literatorum ualetudine curare contendimus. Vbi primum segregantur ab eo uapores ob nubilantes, medicinis ita purgantibus. Secundo rebus lucentibus illustratur. Tertio ita colitur, ut & tenuetur simul, & confirmetur. Fiet deniq; cœlestis maxime, quātum dictat ratio prę sens, si applicentur ei potissimum radii, influxus'q; solis inter cœlestia dominātis. Atq; ita ex hoc spi/ ritu tanquam in nobis medio, cœlestia bona in primis insita sibi, in nostrum tum corpus, tū ani mum exundabunt, Bona inq̄ cœlestia cuncta. In sole enim omnia continentur. Conferet autē sol ad spiritum solarem efficiendum proprie, quando sub ariete fuerit, uel leone, ipsum aspicien te luna, maxime in leone. Vbi adeo spiritum nostrum uegetat, ut ipsum muniat contra uenenū epidimiæ repellendum, quod perspicue apparet in Babylōia, & Ægypto, & regionibus spectā tibus ad leonem, ubi sol leonem intrans, epidimiam sedat, ea dūtaxat ratióe, qua diximus. Tūc ergo & tu solaria passim exquisita compone. Tunc incipe solaribus uti, ea tamen cautione, qua sub æstu exiccationem diligenter euites. Non poterit autem facile spiritus solaris euadere, nisi sit q̄plurimus. Ad solem enim maxime pertinet amplitudo, quamplurimum uero faciet tum di ligentia cor rebus cordialibus intus & extra fouens, tum etiam uictus ex alimentis quidem sub/ tilibus, multum tamen, & facile, & salubriter nutrientibus. Motus quoq; frequens, atq; lenis, & opportuna quies, aer'q; tenuis, atq; serenus, & ab æstu, geluq; remotus, prę cipue lętus animus. Rursum nec solaris erit, nisi calidus fuerit, & subtilis, & clarus. Subtilem, clarum'q; facies, si tri stia, & crassa deuitabis, & fusca. Vteris lucidis, lætis'q; intus, & extra. Luminis multum die, noctē'q; excipies. Sordes expelles, & otium, & torporem, in primis tenebras deuitabis. Perdu/ cturus autem spiritum ad calorem soli naturalem, caue ne ad tertiū caloris gradū, siccitatem'q; deducas. Calor enim ipse solis naturaliter non exiccat. alioqn non esset sol uitę, generationis'q; dominus, & author augmenti. Siccare uero contingit radiis eius in concauis materiæ siccæ cō clusis. Humorem itaq; calori subtilem qualis est solaris, & maxime iouius, adhibebis, & confer uabis in spiritu rerum eiusmodi usu, si solarem sis effecturus, ne alioquin ad martium potius, q̄ ad solarem forte deducas. Martem quidem soli esse similem in paucis, & his quidē manifestis, nec admodum excellentibus, & interim inimicum esse ferunt. Iouem uero soli simillimum in

plurimis, excellentibus'q; muneribus, quãuis occultioribus, & amiciſſimum eſſe ſcimus. Vnde Ptolemæus, ubi de conſonantia diſputat, Iouem ait cum ſole præ cæteris perfectiſſime conſonare, Venerem'q; cum luna. Omnes'q; aſtrologi uniuerſalem beneficentiam ſoli tribuunt, ſimiliter atq; Ioui. Quãuis ſol eadem efficacius agat, & Iupiter ſub uirtute ſolis efficiat. In utroque calor uiget, ſuperat'q; humorem. Sed in Ioue ſuperat modice, in ſole ſuperat excellẽter, utrobiq; benefice. Cum igitur adeo conſonent, facile poteris ſpiritum ſolarem efficere pariter, atq; iouium, ac res ſolares, & Iouiales rite poteris inuicem commiſcere. Præſertim ſi & has inuicem cõponas, & ſpiritui adhibeas, quando Iupiter ſolem trino aſpicit, uel ſextili, uel ſaltem quãdo luna ab aſpectu alterius ad alterum procedit aſpiciendum. Maxime quando ab aſpectu ſolis ad coitum cum Ioue progreditur. Seorſum uero ſolarem proprie facies, uel iouialem quando aſpectum lunæ ad ſolem obſeruaueris, uel ad Iouem. Tametſi conſecutus naturam huius, naturam mox illius facile conſequeris. Sextilẽ uero aſpectũ intellige, quando planetæ duo inter ſe ſignorum duorum ſpatio diſtant. Trinum autem, quando quatuor ſignorum diſcrepant interuallo. Cõiunctionẽ uero, uel aſpectũ lunæ ad alios duodecim gradibus citra, totidẽ'q; ultra metimur.

¶ Tres gratiæ ſunt Iupiter, & ſol & Venus, Iupiter eſt gratia geminarum media, & maxime nobis accommodata. Caput V

Compoſitiones quidẽ, & curationes Iouias ſimul, atq; ſolares inuenies in libro noſtro de uita longa, & in libro de literatorum cura. Vbi etiam miſcuimus pleraque uenerea. Nam & nos in ſtudioſis timemus exiccatiõem, cui reſiſtit Venus. Et hęc ipſa Venus eſt amiciſſima Ioui, ſicut & ſoli Iupiter. Quaſi gratiæ tres inter ſe concordes, atque coniunctæ. Ab his quidem tribus cœli gratiis, & a' ſtellis eiuſdem generis aſtrologi gratias & ſperant, & diligenter exquirunt, easq; per Mercurium, atq; lunam quaſi nuntios tranſmitti putant, atq; curãt, facile uero, comiter'q; per lunam. Lunam quidem cum Ioue cõiunctam, aut Venere feliciorem eſſe putant, quam ſi per ſextilem aſpexerit, aut trinum. Veruntamen ſi per trinum aſpiciens etiam ſuſcipiatur ab illis quaſi exiſtimant eſſe coniunctam. Similiter ſi a' ſole perſpecta fuerit, ſimulq; recepta. Nos autem, ſi horum trium, ſtellarum'q; ſimilium uires, effectus'q; omnes percurrere ſingulatim uelimus, longum opus aggrediemur, exquiſitu difficile, difficillimum obſeruatu. Si ad Venerem nos proprie conferamus, non facile ſolem habemus. Si ad ſolem proprie, nõ facile Venerem. Vt igit' tres ſimul in uno gratias complectamur, ad Iouem tãdem confugiemus, inter ſolem, Venerem'q; natura, effectu'q; medium, qualitate admodum tẽperatum, & quæcunq; ſperantur a' Venere, uel a' ſole ſuo quodam pacto tradẽtem, magnificẽtius quidem, honeſtius'q; quam Venus, temperatius quoque quam ſol, & in omnibus cum humana natura maxime congruentem. Vtemur itaq; Iouiis, quando & ipſe, & luna dignitatem tum naturalem, tum accidentalem habuerint, ſint'que ſimul, uel feliciter ſe aſpiciant. Si quando id fieri omnino non poſſit, miſce ſolaria in unum ſimul, atq; uenerea, facies'q; ſic iouiale ex utriſq; compoſitum, quãdo uidelicet luna a' coitu Veneris eat ad ſextilem ſolis aſpectum, uel econuerſo. Memento uero in rebus componendis, quæ cor, ſpiritum'q; foueant, & corroborẽt, lunam conferre potiſſimum, ſi una' cum his muneribus, hoc etiam habuerit, ut per aeria ſigna diſcurrat, maxime per Aquarium, quod eẽ maxime putatur aerium, uel ſi in ſuo domicilio ſit, aut exaltatione ſua, uel domo Iouis, aut Solis. Et ubicunque ſit, ſi manſionem ex uinginti illis & octo teneat, tum ſibi, tum etiam operi competentem.

¶ De uirtute in nobis naturali, uitali, animali. Et per quos planetas adiuuentur, & quomodo per aſpectum lunæ ad ſolem, & Venerem, maxime uero ad Iouem. Caput VI.

Præcipua uero diſciplina eſt recte tenere quem ſpiritum, quam uim, quam rem potiſſimum hi planetæ ſignificant. Luna ergo, Venusque uim, & ſpiritum naturalem, atque genitalem, & quę hunc augent. Iupiter eadem, ſed efficacius, epar'q;, & ſtomachum, habetque non mediocrem partem in corde, & ſpiritu, uirtute'que uitali. quatenus ſuapte natura cum ſole conſentit, immo & per ſeipſum. Alioquin cor uitalem ſpiritum non proprie in menſe Iouis acciperet. Vnde Iouem græci appellant uitam, & per quẽ uita. habere quoque in animali ſpiritu poteſtatem teſtantur aſtrologi, dicentes Iouem ad philoſophiam, & ueritatem inueniendam, religionem'que conferre. et Plato, ubi ait ab Ioue philoſophos

ſophos proficiſci. Quod etiam ſignificauit Homerus antiquorũ opinione dicens. Talis eſt mẽs hominibus, qualem in dies adducit pater hominum, atq; deorum. Nuſq; uero numen aliquod ita cognominat pter Iouem. Sol ſpiritum uitalem præcipue, cor'q; ſignificat, & habet nõ nihil, immo non parum in capite, propter ſenſum, atque motum, cuius eſt ipſe dominus, neq; uim deſerit naturalem. Mercurius cerebrum, & inſtrumenta ſenſuum. ideo'q; ſpiritum animalem. Pro inde tutiſſima uia erit, nihil ſine Lunæ beneficio facere. Quãdoquidem cœleſtia communiter & frequenter, atq; facile ad inferiora demittit, quã alterum Solem nominant, quolibet menſe quatuor anni tempora, facientem, in prima enim ſui quarta Peripatetici putãt eſſe calidã, atq; humidam. In ſecũda, calidam & ſiccam. In tertia, frigidam, atq; ſiccam. In quarta, frigidã, atq; humidã. Lumen'q; eius proculdubio Solis eſſe lumen. Humores generatiõem'q; regere, oẽs'q; mutationes fœtus ipſius in aluo conuerſionibus ſuis metiri, & quoties ſoli iungitur, uiuificã ab eo uirtutem recipere, quã infundat humori, atq; ibidem a' Mercurio uim humores commiſcentem. Quã uim Mercurius & trasformationem in omnes ſua, & gyris multiplicibus affert. Ibidem mox a' Venere uim, quæ conducat ad formas genituręconuenientes. Operæpretium uero fuerit meminiſſe diurnum Lunæ curſum in quatuor diſtribui quartas. In prima quidem ab oriente ad medium aſcendit cœlum, atq; interim humorem, & ſpiritum auget naturalem. In ſecunda a' cœli medio petit occaſum, efficit'q; in nobis oppoſitum. Tertia ab occaſu cœlum ſubter medium adit, iterum'q; ſpiritum illum auget, & humorem. Quarta cadit inde uerſus ortum, minuit'q; uiciſſim. Quod maxime in oceani ripis apparet, ubi ad hũc curſum mare manifeſtius accedit, atq; recedit, eodem'q; ordine uigor in ægrotantibus. Probabile etiam eſt, ſolem per eaſdem ſui quartas calorem naturalem, & ſpiritũ uitalem augere, uel diminuere, animalem quoq;, quatenus Mercurium habet comitem. His cognitis, poterit medicus pro humore & calore naturali, & quolibet ſpiritu recreando tempora opportuniora ſeruare. Sed nũc de luna ſatis. Neq; dimittere decet Iouem, in cuius menſe altero quidem uitam accepimus, altero autem communiter, & felicius nati ſumus. Et qui inter Solem, atq; Venerem, item inter Solem, atq; Lunam ẽ qualitate, effectu'q; medius, ideo'q; complectit' omnia. Solem uero ipſum ptermittere cœli dominum nefas, atque periculoſum exiſtimamus, niſi forte quis dixerit, eum qui Iouem habet, in Ioue ſolẽ iam habere, illic potiſſimum ad homines temperatum. In Sole certe omnes cœleſtiũ eſſe uirtutes non ſolum Iamblichus, Iulianus'q;, ſed omnes affirmant. Et Proculus ait ad Solis aſpectum, omnes omnium cœleſtium uirtutes congregari in unum, atq; colligi. Iouem uero eẽ Solem quẽdam ad nos temperatum nemo negabit. Lunam quoq; temperatam ad Venerẽ neneglexeris. multum. n. ad ualidam, proſperam'q; uitam adiuuat. ſiquidem Venus fœcũdat hominem, facitq; lætum. Hanc igitur obſeruabis. Quanq; ſi lunam Veneri ſimilẽ. ſ. humore prorſus ęqualem, & uix minus calidam, cum Ioue rite miſceas, aut Sole, propemodum iam Venerem habes. Quid ergo? ut tutiſſima omnium, et cõmodiſſima ſimul ícedas uia, Lunã obſerua, qñ Solem aſpicit, coitq; cum Ioue, uel ſaltem Iouem ſimul aſpicit, atq; Solẽ, aut certe qñ poſt aſpectum Solis mox ad Iouis coitum progreditur, uel aſpectum. Atq; eo ipſo tempore compone ſuicem, uel adhibe tibi ſolaria, iouia'q; ſimul, atq; uenerea. Quod ſi te ad unum ex magnis confugere neceſſitas urgeat, uel negotium, ad Iouem ipſum, uel potius ad lunam ſimul, Iouẽq; confugito. Nulla. n. ſtella naturales in nobis uires, immo & omnes magis, q̃ Iupiter fouet, atq; corroborat. Nulla rurſum pollicet' proſperiora, ſimul atq; plura. Et ubiq; hunc accipere fauſtũ eſt. Solem uero accipere, forſitan non ubiq; tutum. Semper. n. ille iuuat, hic ſæpe nocere uidet'. Venus aũt quaſi debilis, Ideo ſolus ille iuuans pater eſt appellatus, id aũt comprobat Ptolemæus, ubi ait, pharmacũ uix quicquã mouere naturam dũtaxat, qñ Luna cum Ioue ꝓgredit'. Vſq; adeo illinc proprie totã putat uniuerſi corporis corroborari naturã. Expertus ſum quin ẽt Luna coniuncta cum Venere medicinam uix mouere, Quãuis aũt ubi pituitam ualde timemus, Lunam præcipue obſeruemus ad ſolem. Vbi uero bilem, exſiccationem'q; eiuſmodi ad Venerem, tamen directio Lunæ ad Iouem, & ad hæc omnia quodammodo confert, & prꝯcipue ad atrãbilem expellendam, necnon ad communem hominum complexionem inſtaurandam, atq; firmãdam. Sicut enim glycirhiza, & oleum roſaceum frigidiora calefacit, calidiora refrigerat, uinum'q; ſimiliter. Quod inſuper humectat ſicca, humidiora ſiccat, ita Iupiter humano congruus calori, ut uinum, oleũ roſaceum, chamomilla, glycirhiza, Vbi igitur audis Abumaſar dicẽtem, Non eſt uita uiuentibus ꝑter deum, niſi per ſolẽ, & lunam, id intellige quantũ ad cõem oĩbus ſpectat influxum, proprius autem homini, accommodatiſſimus'q; influxus a' Ioue. Sunt autem in natura corporis uires attrahendi, retinendi, coquendi, expellendi. Has igitur omnes Iupiter

ipſe iuuat, potiſſimum uero coquendi, ſiue digerendi uirtutem, atq; generandi, & nutriendi ſi/
mul, & augendi, propter humorem eius aerium, atque multum, & calorem eiuſdem amplum,
humori mediocriter dominantem. profecto per radios Iouis ſemper uſquequaq; diffuſos lumẽ
Solis proprium ad ſalutem hominum maxime temperatur, radiis interim Veneris ad idem aſ/
ſidue conferentibus. Atq; ſimiliter transferente Luna. Radii quidem Veneris, atq; Lunæ tanq̃
humidiores quodam indigent temperante, ſicut & Solis radii tanquam calidiores humidio/
ris cuiuſdam temperiem exigunt. Radii autem Iouis temperamentum nullũ deſyderãt. Quid
enim aliud Iupiter eſt, niſi ſol quidam ad ſalutem rerum præcipue humanarum ab initio tem/
peratus? Quid rurſus aliud, niſi Luna, Venusq;, facta tamẽ calidior, atq; potentior? Ideo aſtro
logi ab Ioue auſpicantur annum fertilem, ſerenum, ſalubrem, & ab eo imminentium morborũ
remedia ſperant. Atq; Empedocles, ubi propria unicuiq; planetarum munera tribuit, Iouem
ſolum generationis principem nominat Orpheum imitatus. Præter Iouẽ ꝓcipiunt Lunã diligẽ
ter in omnibus operibus obſeruandam tanquam medium inter cœleſtia competens, atq; terre
na. Sit ergo Luna in gradu, ſitu'q;, & aſpectu ad opus optatum conueniente, non ſit in ecliptica,
nec ſub radiis Solis per gradus duodecim ultra citra'q;, niſi forte ſit in eodem minuto cum ſo/
le. plericq; uero uolunt omnes planetas fore fortes, quando in unitate Solis extiterint. Vnitatem
uero metiuntur minutis duobus, atq; triginta, ut. XVI. quidem citra. XVI. uero ultra con/
numerentur. Non impediatur a Saturno, uel Marte, non deſcendat in latitudine meriodinali,
quando duodecim dictos gradus egreditur. Non ſit oppoſita ſoli, nec lumine minuatur, nec
tarda curſu, quando ſcilicet die uno, duodecim non peragit gradus. Non ſit in uia combuſta a
gradu Libræ, XXVIII. ad tertiũ ſcorpionis, nec in octaua, nec in aſcẽdente, nec in finibus Mar
tis, uel Saturni. Quidam uero nec in ſexta, duodecima, nona quarta lunam uolunt. In cęteris ue
ro cœli plagis, approbãt. Vbi hæc omnia complecti non potes, Iouem ſaltem expecta, uel Ve/
nerem in aſcendẽte, uel decima. ſic enim ſubueniunt detrimentis lunæ. nec abre fuerit recor/
dari quatenus luna lumine augetur, eatenus & nobis non ſolum humorem, ſed ſpiritum etiã,
uirtutem'q; augeri, atq; hęc ad circunferentiam dilatari. Maxime in ſecunda eius quarta. Quã/
do uero minuitur, contra contingere. præſertim in ultima quarta, primum eius ad ſolem trinũ
præeſſe ſecundo. Hunc ſextili primo. Hunc ſextili ſecundo. Lunam quatenus lumine, eatenus
repleri calore. Videntur ego quidam non tam obſeruare quomodo aſpiciat luna ſolem, ſemper
enim aſpicit, quã'm ut plurimum lumen habeat, pręſertim dũ augeat. Aſpiciat uero interim tri/
no, uel ſextili Iouẽ, aut Venerẽ. Proinde uirtutem attractiuam ignea iuuant. Retentiuã ter/
rea. Digeſtiuam aeria. Expulſiuam aquea, ſi tu has omnes in te adiuuare uolueris, attractiuam
quidem, per ignea maxime roborabis, quando luna inſignis, uel ſtationibus igneis conſtituta
Iouem aſpicit ſcilicet Ariete, Leone, Sagittario. Retentiuam per terrea, potiſſimum quãdo in/
tuetur eundem inſignis, uel ſtationibus terreis collocata, Tauro, Virgine, Capricorno, Digeſti
uam, generatiuam'q; per aeria. ſ. Geminos, Libram, Aquarium, quoties ſub aeriis Iouem ſuſci/
pit, aut ſubit. Expulſiuam per aquea, Cancrum, Piſces, Scorpium, quando ſub aqueis, ipſa poſi
ta Iouis radiis illuſtrat. Maxime uero in his omnibus conſequeris optata, ſi Iupiter eadẽ uel ſi/
milia, uel ſaltem non diſſimillima ſigna, manſiones'ue poſſederit. Citaturus aluum ſolidis me/
dicinis, accipe Piſces. liquidis ſcorpionem. mediis uero Cancrũ. Per inferiora purgaturus, Pi/
ſces & ſcorpium, per ſuperiora, Cancrum. Malum Saturni, uel Martis ad Lunam deuitabis aſpe
ctum. Ille enim uexat ſtomachum, hic inteſtina diſſoluit. Capricornum euitabis, & Taurũ. nau
ſeam enim afferunt. Scis membrũ irritandũ non eſſe, qñ Luna ſignum occupat membro præ/
fectum. humores nanq; mouet. ſed potius eſſe fouendũ. Hæc uero de uirtute, & ſpiritu natura
li in iecore præcipue dominantibus, quæ in quatuor officia, quæ narrauimus, diuiduntur, dicta
ſufficiant. De uirtute uero, ſpiritu'q; uitali in corde uigente quid nã monemus? Satis id fermẽ ſi
gnificatũ eſt. Nã per res in primis igneas, & quodãmodo ſimul aerias hæc adiuuant, qñ Luna
in domiciliis, manſionibus'ue conſimilibus ſuſpicit Iouem, præcipue ſi Iouem complectat, &
ſolem, Virtutem quoq; animalem per ſenſum, & motum in capite dominantem cõfirmare po/
tes ꝑ aeria in primis, ſubiũctis igneis, qñ Luna in domiciliis, uel ſedibus ꝓſimilibꝰ Iouẽ ſuſpicit,
ꝑſertim ſi Iouẽ ꝓpemodũ, Mercuriũ'q; cõplectit. Hic uero te moneo, ne Mercuriũ putes aqueũ
eſſe, uel terreum, quod & ego aliquãdo ſuſpicatus ſum. Alioquin motibus, celeritati'q; ingenii
non conferret. Sed quodammodo aerium eſſe ſcias. Nam & ob eandem cauſam tã mobilis eſt,
tam facile conuertibilis, tantum ingenio confert, præſertim in Aquario plurimum aerio conſti
tutus. Humor quidem in eo temperatus eſt. Calor exiguus, ſub Sole poſitus dicitur exſiccare.

Longior

Longior autem a ſole factus, humectare putatur. Ibi quidem calefacere multum ex natura ſo/
lis. Hic uero calefacere parum admodum, & humefacere magis ſuapte natura calore forſan
nõ cedit Veneri. Lunam ſuperat, humore uero cedit utriſq;. Aly probat Mercurium qualitates
cœleſtium commiſcere, quoniam facillime permutet, tum in qualitatem termini, quem ſubit,
tum in naturam ſtellæ, quam aſpicit. Ego igitur hunc tamẽ facile pmutari puto, qa nec excellẽ
tem poteſtatem, quam Iupiter, habet, nec excedentem qualitatem, quam pleraq; cœleſtia, per
quam alterationi reſiſtat. Denique probabile eſt, Mercurium aſſiduum ſolis achatem, multas il
lius uires habere. Ideo'q; ſperari ſolaria quædam a Mercurio poſſe. Aliquando uero et Martem
tradunt, ſolem in quibuſdam muneribus imitari, ac Venerem, quę ad lunam pertinẽt, elargiri.
Hæc igitur in agendo memineris. Neque negligas unquam terminos. Aiunt enim planetas in
diuerſis terminis ceu lucidis, atq; tenebroſis oppoſita facere. Deniq; ubi Martem times, oppo/
ne Venerem, Vbi Saturnum, adhibe Iouem. Ac da operam, ut in perpetuo quodam pro uiri/
bus motu uerſeris, tantum defatigatione uitata. Vt & proprium motum externis motibus clã
nocituris opponas, & cœleſtem actum pro uiribus imiteris. Quod ſi poteris ſpatia motibus am
pliora peragere, ſic & cœlũ potius imitaberis, & plures cœleſtiũ uires paſſim diffuſas attinges.

¶ Quomodo membra foueantur in nobis per comparationem Lunæ ad ſigna, & ad ſtellas fixas. Caput VII

t Otum (quemadmodum diximus) corpus fouere poteris, caput uero potiſſimum, ſi
planetas obſeruaueris in Ariete, uel in ſuo quenque domicilio primo, præcordia ſi
in leone. Stomachum, iecur'q;, ſi in Cancro, atq; Sagittario, aut ſaltem in Virgine.
Et acceperis ea, quæ proprie membrum petunt. expedit quoq; noſſe, quæ quiſque
planeta membra in ſigno quolibet habeat. Potes etiam proprie pro ætatis diſcrimine conſu/
lere unicuiq; per quatuor ætates lunæ. Hæc enim a nouilunio uſq; ad quadraturam primam iu
uenis eſt. Deinde ad plenilunium eſt iuuenis, atq; uirilis. Hinc ad quadraturam alteram, uirilis,
ſimul atq; ſenilis. Inde uſq; ad coniunctionem eſt ſenilis. Aetatem itaq; lunæ feliciter ætati curã
di corporis adhibebis. Si tunc aſpectum eius ad aliquam trium gratiarum acceperis. Qui ſane
aſpectus lunæ ſemper & cito gratioſa largitur. Neq; tamen facile admodum diuturna uel maxi
ma, niſi præter intuitum lunæ, etiam ipſę gratiæ mutuo ſe conſpiciant iam, uel propemodũ cõ/
ſpecturæ ſint, aut tres ipſę, aut duę. In primis uero diuturna ꝑbent ſigna fixa. Leo, ſcilicet Aqua
rius, Taurus, Scorpius. Si forte nõ poſſis in præſentia Lunam ad planetas gratioſos opportune
dirigere, ſtellas elige fixas gratiarum naturam, ideſt Iouis, aut Veneris, aut Solis habentes, &
ad eas directam lunam elige. Tutius tamen eſt, Lunam interea Iouem propemodum adire, uel
Venerem. Stellæ nanq; fixę, ſi ſolę ſpectent proportionem humanam, ideſt unius hominis ni/
mis exuperant. Proportionem uero cum ciuitatibus moderatiorem habent.

¶ De uirtutibus, & uſu ſtellarum fixarum. Caput VIII

t Radunt aſtrologi maiores quaſdam ſtellas a Mercurio compertas authoritatem
habere quamplurimam. Qualis eſt in Arietis gradu. XXII. umbilicus Andromã/
dæ, mercurialis, atq; uenereus. Item in Tauri. XVIII. caput Algol, naturam Sa/
turni poſſidens, atq; Iouis. Cui ſubeſſe uolunt adamantem, & artemiſiam, & auda
ciam, uictoriam'q; præſtare, in eiuſdẽ gradu. XXII. pleides, lunare ſydus, & Martiũ. Cui ſubii/
ciunt cryſtallum, herbam diacedon, ſemen fœniculi cõferre putant ad acuendũ uiſum. Quod
autem nonnulli dicunt conducere ad dæmonas conuocandos, figmentum eſſe iudico. Aldebo
ran primo uel tertio geminorum gradu Martium, atq; Venereum Hircus gradu eorũdẽ. XIII.
Iouius, atq; Saturnius huic ſubiiciunt ſaphyrum, praſſium, mentam, artemiſiam, mandragorã.
Ad dignitatem, & principum gratiã adiuuare confidunt, niſi forte eos opinio fallat. Illi ſubeſſe
uolunt rubinum, titimallum, matriſyluam. Diuitias, & gloriam augere. In Cãcri. VI. uel VII.
Canis maior uenereus præeſt beryllo, ſauinæ, artemiſię, draconteæ, præſtat gratiam. Item in
XVII. eiuſdem canis minor mercurialis, & martius. Cui ſubeſſe uolunt lapidem achatẽ, her
bam ſoliſequiam, & pulegium. Atq; gratiam elargiri. In Leonis XXI. Cor Leonis ſtella regia
iouialis, & martia. Huic ſubiici putant lapidem granatum, chelidoniam, maſticem, melancho
liam reprimere. Temperatum, gratioſum'q; efficere. In Virginis. XIX. Cauda Vrſæ maioris

uenerea, & lunaris, lapidem eius magnetem putant. Herbam cicoreã, & artemisiam, a' rapto/ribus, ueneficiis'q; tueri. In Libræ. VII. Ala corui dextra. Item in eiusdé XII. & forte, XIII. Ala sinistra, Saturnia simul, & Martia. Eius herbam lapacium, & hyusquiamum esse aiunt cũ lingua ranæ. audaciam augere. fore noxiam. In eiusdem XV. uel XVI. Spica uenerea, mercurialis'q;. Quam sequatur Smaragdus, saluia, trifolium, proma, rulla, artemisia, mandragora. diuitias augeat, & uictoriã, & ab angustia uindicet. Deniq; in eiusdem XVII uel XVIII Alchameth. Huic subdunt, iaspidem, & plantaginem firmare sanguinem sperant, febres oẽs expellere. In Scorpionis quarto Elpheia uenerea, martia'q;. Secundum uero computationem aliam in gradu eiusdem quinto est cornea, forsan eadem præsidens topatio, rorimarino, trifolio, ederæ. Augere gratiam, castitatem, gloriam putant. In Sagittarii tertio Cor Scorpionis Martium, atq; Iouium præsidens Sardonio, amethisto, aristologiæ longę, croco opinantur colorem bonum efficere, animum lætum, sapiẽtem'q; reddere, dæmonia propulsare. In Capricorni gradu septimo Vultur cadens, hanc sequitur Chrysolithus, Satureia, fumus terræ stella est mercurialis, atq; uenerea, temperata in ascendente, medio'q; cœlo prodest. Quod autem ex cantãdi authoritatem afferre dicant, nihilipendo. In Aquarii XVI cauda Capricorni saturnia, mercurialis'q;. Quam sequitur Calcidonius, maiorana, nepita, artemisia, mandragora præstare in cau sis gratiam opinantur, diuitias augere, hominem, ac domum incolumem reddere. In Piscium, tertio humerus equi iouialis, & martius. Thebii philosophus docet ad captandam alicuius stellæ modo dictæ uirtutem, lapidem eius accipere, herbam'q; eiusdem, annulum'q; aureum facere uel argenteum. In quo lapillũ inseras herba subiecta, gerasq; tangentem. Id autem efficias quãdo Luna subit stellam, aut aspicit aspectu trino, uel sextili. Et stella in medio percurrit cœlo uel adscendente. Ego uero quæ ad eiusmodi stellas attinent, in formam potius medicinæ, q̃ annuli componcrem, intrinsecus, uel extrinsecus adhibendæ, opportunitate uidelicet prædicti temporis obseruata. Tametsi prisci annulos magnifecerint. Nam Damis et Philostratus narrãt Hiarcham sapientum Indorum principem simili quadam ratione septem annulos confeciſſe stellarum septem nominibus appellatos, eosq; Apollonio Theaneo dedisse. Qui deinde singulos diebus singulis gestauerit iuxta dierum nomina hos distinguens. Dixisse uero Hiarcham Apollonio auum suum philosophum annos cẽtum, atq; triginta uixisse, eiusmodi forsan cœlesti munere fretum. Quo & Apollonius deinde usus centesimo etiam anno (ut aiunt) iuuenem præferebat. Deniq; siquid eiusmodi annuli uirtutis habent ex alto, id quidem non tam ad animã, uel ad crassum corpus pertinere arbitror, quam ad spiritũ, calefacto paulatim annulo, sic inde uel sic affectum, ut firmior efficiatur, aut clarior, uehementior, aut mitior, seuerior, aut lętior. Quæ quidem affectiones in corpus quidẽ omnino, & in animam sensualem quodãmodo, plerũque indulgentem corpori transeunt. Quod autem aduersum dæmonas, aut hostes, aut ad principũ gratiam profuturos annulos pollicentur, uel fictum est, uel inde deductũ, quod spiritum interritum, firmum'q; efficiant, uel etiam mansuetum, obsequio'q; amabilem, atq; gratiosum. Iam uero siquid cœlestia præter corpoream ualetudinem, conferre ad ingenium, artem, fortunam dicerem, ab Aquinate Thoma nostro non dissiderem, qui in libro contra gentiles tertio, pbat a' corporibus cœlestibus imprimi non nihil in corpore nostro, cuius munere disponamur ad eligẽdũ sæpe, quod melius est, etiam si rationẽ, finẽ'q; nesciamus. Qua qdẽ in re bene fortunatos appellat, atq; cõsentiente Aristotele bene natos. Addit etiam uirtute cœlesti fieri nonnullos in quibusdam artium effectibus efficaces (ut eius uerbis utar) sicut miles in uincendo, agricola in plantando, medicus in sanando felices. Ait enim sicut herbæ, lapides'q; mirabiles quasdam ultra naturam elementalem uires cœlitus habent, sic homines quoq; in artibus nõnullos habere. Mihi uero satis fuerit factum, si cœlestia quomodocunq; quasi per medicinas, siue interiores, siue exteriores ad prosperam conferant ualetudinem, dummodo interea salutem corporis perq/rentes iacturam nullam salutis animę faciamus. Nihil omnino tentemus a' sancta religione prohibitum. Præterea in opere quouis conficiendo fructum operis ab eo speremus, atq; petamus in primis, qui & cœlestia, & quæ continentur cœlo, fecit, & uirtute donauit, mouetq; semper, atque conseruat.

¶ Dignitates planetarum in signis ad usum medicinarum obseruandæ. Caput IX

s Aturni domus, Aquarius, & Capricornus. Exaltatio, Libra, Iouis domus, Sagittarius, atq; pisces. Exaltatio, siue regnum Cancer. Martis domicilium, Scorpius, & Aries. Exaltatio, Capricornus. Solis sedes quidem est Leo. Regnum Aries. Veneris habitaculum,

ris habitaculum, Taurus, atque Libra. Exaltatio Pisces. Mercurii ædes, Virgo, atq; Gemini. Regnum Virgo. Lunę domus Cancer. Exaltatio Taurus. Saturnus, & Iupiter triplicitatem habẽt in igneis, aeriis'q; signis, sol in igneis tãtum. Mercurius in aeriis solum, Mars, Venus, Luna in aqueis, atq; terreis. Planetæ quilibet præter solẽ, ac lunam in quolibet signo fines quosdã suos possident, quos & terminos appellamus. Igitur in Ariete Iupiter sex ibi primos terminos obtinet, Venus sex inde sequentes. Mercurius posteriores octo. Mars quinque deinceps, postremos quinque Saturnus. In Tauro ordine deinceps simili Venus fines habet octo. Mercurius sex, Iupiter octo, Saturnus qnq;, Mars deniq; tres. In Geminis, Mercuri⁹ sex, Iupiter sex, Venus qnq;, Mars septẽ, Saturnus VI. in Cancro Mars VII, Venus sex. Mercurius totidẽ. Iupiter septẽ, Saturnus quatuor. in Leone Iupiter sex. Venus qnq;. Saturnus septẽ, Mercurius sex, Mars totidẽ. In Virgine, Mercuri⁹ septẽ. Venus decẽ, Iupiter quatuor, Mars septẽ, Saturnus duos. In Libra, Saturnus sex. Mercurius octo. Iupiter septem. Venus totidẽ. Mars duos. In Scorpiõe, Mars septẽ. Venus quatuor, Mercurius octo, Iupiter quinq;, Saturnus sex. In Sagittario, Iupiter duodecim, Venus quinq;, Mercurius quatuor, Saturnus quinq;, Mars quatuor. in Capricorno Mercurius septem. Iupiter septẽ, Venus octo, Saturnus quatuor, Mars totidẽ. in Aquario, Mercuri⁹ septem, Venus sex, Iupiter septẽ, Mars quinq;, Saturnus totidẽ. in Piscibus, Venus duodecim, Iupiter quatuor, Mercurius tres, Mars nouẽ, Saturnus deniq; duos. Sol aũt & luna alia rõne fines suos habent. Nã sol quidẽ signa sex pro finibus habet, Leonẽ, Virginem, Libra, Scorpium, Sagittarium, Capricornum. Luna uero reliquos. Aquarium, Pisces, Arietẽ, Taurũ Geminos, Cancrum. Solem igitur, atq; Lunã in his signis eum principatum, effectum'q; quem reliqui planetæ in suis finibus habere putant, præter fines habent in signis suas planetæ facies, quas græci Decanos nominant, decem occupantes signi gradus, in Ariete facies prima Martis, secũda Solis, qui Martem in cœlo sequitur. Ordine Chaldæorum tertia Veneris, quę Soli succedit in cœlo. In Tauro prima facies Mercurii sequentis Venerem, Secũda lunæ, quæ Mercurio succedit. Tertia Saturni. Ad hunc enim redeundum est, impleto iam numero planetarum. In Geminis prima Iouis sequentis uidelicet Saturnum, Secunda Martis, Tertia solis eodem ordine, similiter'q; deinceps.

Quomodo planetis uti debeamus in medicinis Caput X

c Ommemorauimus autem quas in signis planetæ dignitates habent, ut quoties facturi, cõposituri'q; sumus, quæ ad planetã aliquẽ attinent, sciamus eum in suis dignitatibus collocare. præsertim quando habuerit in nostra reuolutione, & genesi principatum, ut etiam Saturnus, atq; Mars, alioquin deprimendi, nobis tamen sint erigendi, si genituræ nostræ significatores extiterint. Maxime uero operæpretium ex hac commemoratione fecerimus, siquando usuri in medicinis conficiendis beneficio lunæ, & Veneris, atq; Iouis, cauebimus ne in finibus Saturni, uel Martis existant, nisi forte ubi cogimur, uel p Saturnum cohibere dissolutionem, æstum'q; reprimere, uel per Martẽ frigidissima calefacere, torpentia suscitare, alioquin fines Iouis, & Veneris eligemus. Accipiemus quoq; Mercurii fines, mercurialibus in primis hominibus profuturi. Neq; latere nos debet, homines ualde mercuriales, quales sunt, qui ingenio, artificio, eloquio pollent, non mediocriter esse solares. Mercurius enim semper est Apolline plenus, ut autem quiuis intelligat quomodo figuras in cœlo describamus in oras, signum, quod ab oriente surgit, primam appellamus, uitæ'q; domum. Quod succedit in ortum, secundam, tertiam'q; deinceps, alias'q; similiter, ita ut septima domus sit signũ, quod in occidente iam descendens opponitur ascendenti. Huic octaua succedit, Nona uero e' medio cadit cœlo, qd' decimã domũ efficit. Huic succedit undecima. Sed duodecima cadit ab ascendente. Vt igitur planetę sint potentes, habendi sunt in angulis, uel orientis, uel occidẽtis, uel medii utrinq; cœli. Maxime uero in angulo adscendentis, aut decimæ medium supra caput obtinentis cœlum, aut saltẽ in plagis, quæ angulis mox succedunt. Tametsi solẽ quidẽ in nona, quę a' medio cadit cœlo, Lunam uero in tertia ẽt cadente gaudere putant, duas inter hæc regulas mente teneri astrologi uolunt, unã quidem ægrotantis ratione. Alterã uero medici, nempe ubi ægrotantis septima domus p Saturnũ, uel Martẽ infortunata est, uel dominus eius infelix, separa medicũ ab ægroto, si Ptolemęo credis. Prętterea medicũ electurus saturnium, martialẽ'q; declinare iubent, eumq; pquirere, in cuius genitura domus sexta per aspectũ solis, uel per Venerẽ, aut Iouem quomodocũq; fuerit fortunata. Infortunatum uero dicimus signum uel planetã per Saturnum, aut Martem, nisi propria domicilia sint, uel regna, quãdo uidelicet, uel ibi sunt,

uel illuc aſpiciunt oppoſito, uel quadrato. Oppoſitū uero aſpectū dicimus inter illa, quæ interuallo diſcrepant q̄ longiſſimo. Quadratū uero, ubi hoc ab illo quarta parte cœli, ideſt ſignorū triū ſpatio diſtant. Minus tamen per cōiunctionem oppoſitū quadratum Saturnus, & Mars planetis aliis nocēt, quando tanq̄ hoſpites eos domicilio, uel regno ſuo termino'ue ſuſcipiūt. Quē admodū planetę felices magis proſunt, quando præter ſextilē, trinum'ue aſpectū, atq; cōiunctionem, & (ut diximus) ſic excipiunt, ſolis tamē cōiunctionē planetæ uerent', aſpectu gaudent, trino uidelicet, uel ſextili. Proinde neceſſarium eſt meminiſſe arietē pręeſſe capiti, atq; faciei, Tauro collo, geminos brachiis, atq; humeris, Cancrū pectori, pulmonibus, ſtomacho, lacertis, leonem cordi, & ſtomacho, atq; iecori, & dorſo, & coſtis poſterioribus, Virginē inteſtinis, & fundo ſtomachi, Libram renibus, & femori, atq; natibus, Scorpionem genitalibus, uuluæ, matrici, Sagittarium femori, atq; ſubinguinibus, Capricornum genibus, Aquarium cruribus, tibiis'q;, Piſces pedibus. Huius enim ordinis memor cauebis mēbrum tangere ferro, uel igne, uel cucurbitulis, quando luna ſub eius ſigno diſcurrit. tunc enim auget luna humores in mēbro. Quorum affluentia & conſolidationem prohibet, & grauat mēbri uirtutem. Obſeruabis autem tūc membrum remediis quibuſdam amicis uel extra uel intus adhibitis opportune, feliciter'q; fouere. Expedit uero noſſe, quod ſignum adſcenderit tibi naſcenti. Nā pręter Arietem hoc etiam tibi caput ſignificat, atq; in hoc luna tibi caput aſpicit. Præterea quando luna Arietem ſubit, opportune balnea tentas, & lauacra, quando Cancrum, feliciter minue ſanguinem, medicinam accipe, præſertim electuarii formā, quando eſt in Leone, ne prouoca uomitum, cū in Libra, clyſteribus apta eſt, in Scorpione balnea nec tentes. Sunt qui medicinā ſolaturā dare nec prohibent, neq; iubent. In Capricorno medicinā ſumere nocet. Similiter in Aquario, in Piſcibus uero prodeſt. Quę uero membra in quouis ſigno unuſquiſq; habeat planetaꝝ, etſi ſcitu neceſſum eſt, tamen narratu prolixum. Neq; uero in purgatione alui latere nos debet Ptolemæi præceptū Medicinam accipere purgatoriam, quando luna eſt in Cancro, Piſcibus, Scorpiōe probamus, præſertim ſi dominus ſigni, tunc aſcendentis applicet ſe planetæ ſub terra currēti. Sin autem aſcendentis dominus coniungatur, interea ſupra caput cum planeta medium tenēte cœlum, nauſea ſtatim, & uomitus incitabitur. Denique cōcludamus cum Galeno, aſtrologiam eſſe medico neceſſariam, qui de criticis diebus diſputans ait, certam eſſe Ægyptiorum ſententiam, ideſt lunam ſignificare affectionem in dies ægrotantis, atq; ſani, adeo ut ſi miſceantur cum luna radii Iouis & Veneris, bene afficiatur uterq;, ſin autem Saturni, uel Martis, contraria ratiōe ſe habeat. Sed latius iam peruagati ad ſpiritum tandem & uitam, atq; gratias reuertamur.

¶ Quibus modis ſpiritus noſter haurire plurimū poteſt de ſpiritu, uita'q; mundi. Et qui planetæ ſpiritum procreant, atq; recreant, & qualia ad unumquēq; planetam pertinēt. Cap. XI.

h Vc uero tendunt hæc oīa, ut ſpūs noſter rite per naturalia præparatus, atq; purgatus accipiat ab ipſo uitæ mundanæ ſpiritu plurimū per radios ſtellarum opportune ſuſceptos. Vita quidem mundi omnibus inſita propagatur euidēter in herbas, & arbores, quaſi pilos ſui corporis, atq; capillos. Tum et inſuper in lapides, & metalla, uelut dētes, & oſſa, pullulat quoque in uiuentes conchas terræ, & lapidibus adhærentes. Hæc enim non tam propria quā ipſa cōmuni totius uita uiuunt. Quæ ſane' cōis uita multo ēt magis ſup terrā in corporibus uiget ſubtilioribus tanquam propinquioribus animę, per cuius uigorem intimum, aqua, aer, ignis uiuentia ſua poſſident, atq; mouentur. Vita hęc aerē, ignem'q; etiam magis quā terram, & aquam fouet, agitat'q; perpetuo motu. Et deniq; cœleſtia corpora quaſi mūdi caput, uel cor, uel oculos quammaxime uegetat. Vnde per ſtellas uelut oculos radios non uiſibiles ſolum, ſed etiam uiſuales uſquequaq; diffundit. Quibus more ſtruthi, ut diximus alibi, inferiora conſpicit, fouet'q; uidendo, immo etiam ita tangendo generat & format oīa fariam, atq; mouet. Igitur ad motum nitentis aquæ, ſereni quoq; aeris, ignis'q; moderate diſtantis, atq; cœli, motum mundanæ uitæ ſuſcipies. Si ipſe quoq; leniter, & ferme' ſimiliter mouearis, quoſdam p uiribus gyros agens, uertigine deuitata, cœleſtia luſtrans oculis, mente uerſans. Item frequenti quodam uſu plantarum, ſimiliter'q; uiuentium, potes e' mundi ſpiritu plurimū haurire, præſertim ſi adhuc uiuentibus, recentibus'q;, & matri terrę quaſi adhuc hærentibus nutriaris, atq; fouearis. Inter plantas ſuauiter redolentes, uel ſaltem non male olētes uerſeris q̄ frequētiſſime. Oēs enī herbæ, flores, arbores, poma redolēt, q̄uis ſępe minus animaduertas. Quo qdem odore quaſi flatu, ſpiritu'q; uitæ mundanæ te undiq; recreant, atq; uegetant, ſpūm inquā tuū odoribus eiuſmodi natura ſimillimū, per'q; ſpūm medium inter corpus & aīam, facile cor-

pus quoq; reficiunt, & animæ mirifice proſunt. Inter hęc diutiſſime diurno tpe ſub diuo uerſaberis, quatenus tuto', uel cōmode fieri poteſt, in regionibus altis & ſerenis, atq; temperatis. Sic enim ſolis, ſtellarū'q; radii expeditius, purius'q; undiq; te contingunt, ſpūm'q; tuum cōplent mūdi ſpū p radios uberius emicante. Præterea naturalis ipſe motus aeris, qui ppetuus ē in orbem, quamuis ob lenitatem ſuam, conſuetudinem'q; diuturnā uix pcipiat' ab ullo, te die ſub diuo deambulantem, habitantem'q; in patentibus, editis'q; locis libere lambit, penetrat'q; pure, ac motum, uigorem'q; ſpūi tuo mundanum mirifice præſtat. Dixi eqdem die. Compertū enim habemus nocturnum aerem eſſe ſpiritibus inimicum. Conferet autem diurni uſus, pręſertim ſi plurimum in aperto deambulās, deuites primo qdē nimiā aeris intemperiē. deinde frequētius moueariſ in eo, qñ pręter temperiē, & ſerenitatem eius ſtellarū poſitio magis eſt hominibus ſalutaris. Item ſi loca eligas præ cæteris odorifera, per quæſitum quotidie mutes, & ipſe quaſi ꝓtinue, & leniter mouearis. Mutare locū, q̄uis ſemper cū delectu, pręcepi, quoniā bona cœleſtium & uniuerſæ naturæ apud nos ſunt rebus, locisq; aliis paſſim, atq; aliis diſtributa, quibus deniq; oībus eſt fruendū. Mitto quod uarietas tędium prohibet ſpiritibus inimicū, ꝓprium'q; Saturno uoluptatē uero affert, ꝓ quam (ut ita dixerim) Venus ipſa uoluptatis amica uenit in ſpūm, atq; quod eius officium eſt, hunc ſtatim ingreſſa propagat. Sūmatim uero ſiqs ꝓſyderet paradiſum, & pomi uitæ uſum apud Moyſem. Item ſimilē uictum a' Platone, poſitū in Phedone, & quæ Plinius de populis ait odore uiuētibus, intelliget eſſe uera, quæ dicimus. Sed ad naturam ſpūs deſcēdamus. Spiritus quidem qualitas eſt ꝓculdubio iouia, cuius tempore nobis infundit'. Eſt & ſolaris. Iupiter enim hunc infundit, quatenus ingentem ſolis in ſe tēperat poteſtatē. Itē alia quoq; rōne iouia eſt, quoniā calida eſt, & humida, & calore abundat potius q̄ humore, naſcitur'q; ſanguine, & uapor quidam ſanguineus appellatur. Rurſus quoniam feruet, & ſubtilis eſt admodum, atq; lucens, oritur'q; corde, ſolaris proculdubio iudicat'. Habet & quodāmodo ueneream in ſe uirtutē. nā motu uenereo ꝓrſus exundat, ꝓfluit, transfertur, prolem'q; propagat, ad uoluptatem cuiuſlibet ſenſus ſe dilatat, refugit'q; dolorē. Sūmatim uero ſpiritus quatenus corpori ad uitam, & motum, propagationē'q; cōducit, iouius, uenereus, ſolaris exiſtimat'. Quatenus aīo ad ſenſum, imaginationem'q; miniſtrat, ſolaris, mercurialis'q; cenſetur, & ubiq; mercurialis exiſtit. Quādoqdem adeo mobilis eſt, & tam facile cōuertibilis, atq; formabilis. Saturni, Martis, lunæ ſanus cōiter ſpūs non multum habet. Alioquin ex illo ſæpe ſtupidus, ex hoc furioſus, ex hac obtuſus quodāmodo foret. Quāobrem lunaria qdem uelut craſſiora, ſimulq; humidiora a' ſubtili, & uolatili natura ſpūs ſunt admodū aliena. Quæ uero Saturnalia multū, atq; nimiū martialia ſunt, quaſi uenena ſunt ſpiritui naturaliter inimica, illa qdē ob extremā frigiditatem, atque ſiccitatē, hęc autem ob ſiccitatē, calorem'q; edacē, Iouia igit' & ſolaris in primis, deinde mercurialis, & quodāmodo uenerea, ſpūs natura cenſetur, Diſtinctiōe uero præcipua ſpūs qdem naturalis Ioui ꝓprie dedicat', uitalis autē ſoli, animalis uero Mercurio. Quādo igit' res poſtulat aliquem e' tribus ſpiritum adiuuare, patrono tunc ſuo infortunato, uel debili, nō facile clientulo ſuccurrere poteris, Difficillime uero ſpiritui animali, dū Mercuri⁹ infeliciter eſt affectus. Qui tantam in animali ſpiritu authoritatem habet ut caduceo quodam ſuo animos tum conſopire tū ſuſcitare dicatur, ideſt ſuo quodam aſpectu ſic aut aliter ſe habente obtundere ingenium, uel acuere, debilitare, ſiue corroborare, uexare, uel ſedare mirifice poſſit. Tu igitur quoties ſpiritum aliquem ſtudes excolere, non modo patronum ſuū obſeruabis fortunatum, atque potentem, ſed etiam Lunam eliges ad hunc opportune directam, non creatur autem, neque recreatur aliquando proprie per influxum Saturni ſolum ſubſtantia ſpiritus, ſed ſemper ab externis ad intima, & ſæpe ab imis reuocatur ad ſumma. Vnde ad ſecretiora, & altiora cōtemplanda cōducit. Poteſt tamē, etſi raro, uis Martis, atque Saturni ſpūi tanquā medicina prodeſſe, uel calefaciendo, cum opus fuerit, & excitando, atque dilatando, uel uiciſſim nimis uolatilē coercendo, per ea uero potiſſimum, quæ quatuor illis planetis conſentanea ſunt, creatur natura ſpiritus, atque recreat'. uerum ſi ad ſolaria quælibet ualde, & abſq; delectu declines, exacues illū, & exſiccabis tandem, atq; diſſolues. Si ſimiliter ad uenerea, liquefacies paulatim, uel obtundes, ſi confidas tantum mercurialibus, parū admodū inde perficies. Erit igitur operæpretium, iouialibus uti q̄plurimum, eisq; reliqua mediocriter admiſcere, ac frequentius uti rebus, quæ uel his omnibus æque ſint communes, uel proprie Ioui. Nam hæ quoque omnibus quodammodo ſunt communes. Communiter autem ad hos omnes attinet, quæ ſubſtantiam habēt, nec igneā nimis, nec prorſus terream, nec ſimpliciter aqueā, nec acutiſſimam, nec obtuſiſſimā qualitatē, ſed mediocrem, & tactu lenem, & quodāmodo mollem, uel ſaltē nō duram, ſiue aſperā, item

guſtu quodammõ dulcẽ, olfactu ſuauẽ, uiſu gratã, auditu blandã, atq; iucundã, cogitatu lætam. Dulcedo igit̃ quædam ſaporis, & gr̃a his oĩbus eſt cõis, ſi dulcedo quaſi aquea ẽ, & ſimul pinguis, ad Venerem magis attinet, ſi quaſi inſipida, uel aliquantũ auſtera, potius ad Mercurium. Atq; hæc ſpiritui non multum ꝓſunt, neceſſaria tñ ſunt interdũ ad hebetandũ nimium eius acumen, ſi dulcedo manifeſta ſit, atq; ſubtilis, & paulũ hẽat ſtiptici, acuti'q; ſaporis, iouialis proprie iudicat̃. Cui cõgruit ſubſtantia dulcis amygdalę, pinei nuclei, auellanæ, piſtacii, amidi, glycirhizæ, paſſularum, uitelli oui, carniũ gallinacei pulli, phaſianæ, pauonũ, perdicũ, ſimilium'q;. Itẽ radicũ been, atq; enulę. Rurſum uini odoriferi clari, aliquantũ dulcis, & ſtiptici, ſaccari candidiſſimi, tritici albiſſimi. Ad Iouẽ pertinet ẽt mãna, ſi mõ myrobalani ĩfuſa uirtute firmet̃. Alioquin nõ minus ad Venerẽ attinet, q̃ ad Iouẽ. Hæc eſt utiq; ſubſtantia, dulcedo'q; Iouis propria, q̃ ſane` ſpiritui creãdo, & recreãdo ante oĩa confert, iouia uero plurimum ſunt oĩa, quæ in libro de longa uita diximus, & ſeruare iuuentutẽ, & ſenibus ſalubria fore, ſin aũt dulcedo admodum pauca ſit, multũ'q; acuti, ſtiptici'q; hẽat, uel ẽt nõ nihil amari, ſolaris eſſe cenſet̃, ſimilis quędam rõ eſt, & diſtinctio de odoribus. Hi.n. ſapoꝝ germani ſunt, ſimilis ẽt de coloribus. Colores ſane` aquei, albi, uirides, aliquantũ crocei, ſimiles uiolæ, roſæ, lilioꝝ coloribus, necnon odores eiuſmodi Venerẽ referunt, & Lunã, atq; Mercuriũ. Colores uero ſaphyrii, qui ẽt dicuntur aerii, item purpurei pleniores, aurei'q; argẽto miſti, & ꝑpetuo uirides, Iouẽ. ardẽtes aũt crocei, aurei, puri purpurei clariores, ſolem. quilibet uero colores, ſi uiui ſint, uel ſaltem ſericii, magis ſtellares exiſtunt, in metallis quoq;, & lapidibus, atq; uitris ꝑ cœleſtẽ ſimilitudinẽ ſunt potentes. Sed ut redeamus ad Iouẽ, ſapor & odor eius quaſi eſt, qualis in aureo pomo perſico, ſimili'q; pyro, uel aranceo, & uino maluatico leuiore, leuiq; uernaceo. Qualis in uiridi zinzibere, uel cinamomo, uel dulci marathro, uel doronico, ſi hæc plurimo ſaccaro cõdita guſtent̃, nam quatuor hæc, & nux muſcata recens ſola ſi ſunt, potius ſolaria ſunt, ſolaris & gariophylus, & muſcus ſed odoratu, non guſtu, nõ aſpectu, ambra ſolaris plurimũ, atq; iouia. Crocus in oĩbus eſt ſolaris, tãetſi color eius, & odor, apud aſtrologos oĩbus gratiis dedicat̃. Sapor autẽ ad ſolem proprie pertinet. Deniq; omnia odorifera, & aromatica, quatenus odorẽ gratũ ferunt, ita ad Iouẽ, Venerem'q;, & Mercuriũ pertinent, ut ad ſolẽ. Quãuis inter hæc acutiora magis ad Solẽ, obtuſiora ad Venerem, Mercuriũ'q; potius, ad Iouẽ proprie temperata, olfactu, guſtu, auditu, uiſu, tactu. Soni quin etiam, cantus'q; grati, blandi'q; ad gratias oẽs ſpectant, atq; Mercurium, minaces aũt admodũ, atq; flebiles Martẽ ꝑferunt, & Saturnũ. neq; uero mireris nos multũ coloribus, odoribus, uocibus attribuere, nã ſapores quidem ad ſpũm ꝑcipue pertinent naturalẽ, odores aũt potius ad uitalẽ, animalem'q;. Colores figuræ uoces ad animalẽ. Motus quoq; animi uel lætus, uel mœſtus, uel conſtans ſpũm ad ſimilitudinem ſuã agitat uehementer. Animalẽ primo, per hunc uitalẽ, ꝑ hunc inſup naturalem, ſpũs tandem omnis, quia ob naturam quodãmõ igneã, aeriam'q; omnino, & lucidã, atq; mobilẽ, ſimilis eſt luminibus, ideo'q; coloribus, & uocibus aeriis, & odoribꝰ, motibus'q; animi, ideo per hæc ſubito in utranq; partem mouet̃, atq; formatur. Et qualis euadit ipſe, talem uiciſſim efficit quodãmodo affectum animi, & oĩno corporis qualitatem. Denique cum primum per illa, quæ gratiarum propria ſunt, opportune gratiis eſt expoſitus, utpote qui & naturaliter illis conſentaneus erat, ſtatim per illarum radios, tum ubiq; uigentes, tũ ipſi germanos, mirifica reportat munera gratiarum.

¶ Res naturales atq; ẽt artificioſæ habent uirtutes a` ſtellis occultas, per quas ſpũm noſtrũ ſtellis eiſdem exponunt. Caput XII.

c Vm uero dicimus ſpiritum exponi gratiis per illa, quę ſunt gratiaꝝ, nõ ſolũ ꝑ qualitates, quæ uident̃, audiunt̃, odorant̃, guſtant̃, ſed ẽt per illas, q̃ tangunt̃, accommodari putamus. Meméto igit̃ calidũ in primo gradu Iouis eẽ. In ſecũdo ſolis, cũ Ioue, in tertio Martis cũ ſole, in q̃rto Martis. Frigidum in primo Veneris. In ſecũdo Lunæ. In tertio Lunę cũ Saturno. In quarto Saturni. Humidũ in ꝑmo Mercurii cum Ioue. In ſecũdo Veneris cũ Luna. In tertio Lunę cũ Venere. In quarto Lunæ, quãdo Veneri, Mercurio'q; cõiungit̃. Siccũ in ꝑmo Iouis, in ſecũdo Mercurii cũ Sole. In tertio Solis cũ Marte. In q̃rto Martis cũ Saturno. Sũmatim ex qualitatibus planetaꝝ, quas Ptolemæus deſcribit in quadripartito colligimus harmoniam ex cunctis conflatam ad calorẽ, humorẽ'q; declinare. calor.n. Martis ingens, atq; ſolis, & tempatus Iouis, ĩgentẽ ſupat Saturni frigiditatem, & Veneris, Lunæ'q; exiguam, ita ut calor ibi frigus excedat. Itẽ humiditas Lunę, Veneris'q; plurima, & ꝑpinqua nobis, atque temperata Iouis, ſiccitatem Saturni, Martis'q; multam ſuperat, & temperatam ſolis, calor

calor igitur, humor'q; frigori, ſicco'q; dominantur, atq; ſimiliter calor humori. Quemadmodũ in ſani corporis homine ad cœleſtem conſonantiam temperato ex calore & ſiccitate cordis, itẽ calore, & humore iecoris, rurſum frigore, & humore cerebri coaleſcit complexio quædam ad calorem, humorem'q; uergens mediocriter calore regnante, calor enim cordis, & iecoris frigus cerebri ſuperat, item humor iecoris, atq; cerebri ſiccitatem cordis excedit. Neq; uero prętermiſſum a` nobis uelim, talem exiſtere ex ſtellis fixis harmoniã cunctis communem, qualẽ diximus ex planetis. Hos enim illis ſimiles aſtrologi putant. Quorſum hæc? Vt memineris ſpiritum, corpus'q; noſtrum per temperiem quandam ad calorem, humorem'q; uergentem, uel natura conſtantem, uel arte quæſitam accommodari poſſe cœleſtibus, ſibiq; cœleſtia uendicare. Neq; tamen dicimus ſpiritum noſtrum cœleſtibus duntaxat ꝑ qualitates rerum notas ſenſibus præparari. Sed etiam, multo'q; magis ꝑ proprietates quaſdam rebus cœlitus ĩſitas, & ſenſibus noſtris occultas, rationi uix deniq; notas. Nam cum proprietates eiuſmodi, earum'q; effectus elementali uirtute conſtare non poſſint, conſequens eſt, a` uita, ſpiritu'q; mũdi ꝑ ipſos ſtellarum radios ſingulariter ꝓficiſci, ideo'q; ꝑ eas ſpiritũ affici, q̃plurimũ, atq; q̃primũ, cœleſtibus'q; ĩfluxibꝰ uehementer exponi. Hac utiq; ratione ſmaragdus, hyacinthus, ſaphyrus, topatius, rubinus, unicorni cornu, præcipue uero lapis bezaar apud Arabes appellatus, occultis gratiarum ꝓprietatibus ꝑdita ſunt. Et idcirco non ſolum intus aſſumpta, ſed etiam ſi carnem tangant, ibiq; calefacta uirtutem ſuam promant, uim inde cœleſtem ſpiritibus inſerunt, qua ſe contra peſtem tuentur, atq; uenena. Quod autem hæc, ſimilia'q; tale aliquid agant uirtute cœleſti, id argumento eſt, quia etiam exiguo pondere ſumpta non exiguum habent in agendo momentum. Quod elementari qualitati uix unquam eſt conceſſum igni uidelicet ualde cœleſti. Materialis enim uirtus, ut agat multum, materiam deſyderat multam, formalis autem etiam cum minima materia ualet plurimum. Simili uirtute in primis phœbea pæonia carnem tangens, contra caducum morbũ ſpiritus armat, uapore ad eos intus infuſo. Simili corallus, & calcidonius aduerſum atræ bilis illuſiones Iouis præcipue, Veneris'q; uirtute. Cętera'q; ſimiliter. Eiuſmodi quadam proprietate myrobalani iuuentutem ſeruant, acuunt'q; ſenſus, & ĩgenio proſunt, atque memoriæ, propter Iouem in primis Saturni temperatorem, atque Mercurium ſenſus amicum. Quam quidem arborem forte aliquis in Paradiſo ad uitam prorogãdam extitiſſe putabit. Mercurio lapidẽ Achathem conſecrant. Vnde phyſici conueniunt ad facundiam, uiſum'q;, & cõtra uenena ualere. Serapio ſcribit eum, qui hyacinthum, uel ex eo ſigillum geſtat, eſſe a` fulgure tutum, atq; hanc uirtutem eius eſſe latiſſime diuulgatam. Quã ſi habet, ab Ioue putamus habere. Lapis aetites, uel aquilinus habet a` Lucina, ideſt Venere, atq; Luna, ut admotus uuluæ partũ mox, & facillime citet, quod Raſis confirmante Serapione, frequenter ſe dicit expertum. Forſan & a` Phœbo, qui transfixit pythonem, cretæa dictamus habet, ut & uenenoſis obſiſtat, & ferrum e` uulnere trahat. Solis uirtute zinziber infuſum epulis arcet ſyncopim. Sentiana canis rabiẽ ſedat, fugatq; ſerpentes, Berbena uaticinium præſtare fertur, lætitiam'q;, & expiationes, & uiſum. Ruta & zedoaria contra uenena theriacam agunt. Thus uitalem, & animalem ſpiritum aduerſus hebetudinem, obliuionem, timorẽ fulcit. Saluia uero, mentaq; uirtute Iouis, illa quidẽ paraliſim fugat, hæc uel odore roborat animum. Eadem uirtute Pentaphylon reſiſtit uenenis, eius'que folium bis quotidie unum uino bibitum curat ephimeram, tria tertianam, quatuor uero quartanam. hac herba ſacerdotes antiqui propter puritatem ſuam in purificationibus utebantur. Agnus caſtus poteſtate Saturni uenereũ ſiſtit motum. Iaſpis uero ſanguinem. Mirabiles autem prouenire ſolent effectus, ubi occultę proprietati proprietas ſeruit elementalis, uelut in myrobalano ad ſpiritum, corpus'que firmãdum, non ſolum uirtus illa cœleſtis agit, ſed etiam ſtiptica multum, nec parum aromatica uirtus, quæ putrefactionem, diſſolutionem'que mirifice prohibet, ſpiritum'que corroborat. Iam uero, ut crocus petat cor, ſpiritum dilatat, prouocet riſum, non ſolum occulta ſolis uirtus mirabiliter efficit, ſed ad idem quoque conducit ipſa natura croci ſubtilis, amplificabilis, aromatica, lucida. Quod autem de ſimplicibus dico, de compoſitis ſimiliter dictum intelligi uolo. Dic age theriaca quomodo contra uenenum nobis opitulet̃. Non educit illa ueuenum. aſtringit enim aluum, non mutat omnino tam ſubito ueneni naturam. Non enim hæc adeo debilis eſt, atq; mutabilis, ſed ſpiritum uitalem potius ualde tenuem, & mutabilem, ſubito conformi quadam ad ipſum proportione corroborat uſqueadeo, ut ipſe iam ualidus tanquam agens, una` cum theriaca uelut inſtrumento, partim ſuperet uenenum, partim mutet, partim a` præcordiis arceat. Sed quanam proportione, ſiue uirtute id efficit theriaca, Iouiali ſimul, atq; phœbea, quã ex cõmiſtione multarum rerũ ſecundũ certã proportionẽ

inuicem confusarum sibi uendicauisse uidetur. Est autem in ea uirtus triplex. Hæc ipsa inquam cœlestis, quam modo dicebam. Item cœlestis alia prius in herbis, aromatis q; proprietas, quibus electis, ipsa rite componit, quæ uirtuti prius dictæ submINistrat ad idem. Est insuper alia uirtus in plerisq; partibus eius, elementalis potius q̃ cœlestis. Verũtamen talis, ut spiritui muniendo conducat. Stipticam dico, & aromaticam qualitatem. Illa quidem spiritum firmat. Ista fouet, mirabilem ergo theriaca uim nacta est contra properantem senectutem, atq; uenenum tribus uidelicet in ea uirtutibus ad idem pariter conspirãtibus. Quarum una quidem est cœlestis per artificiosam acquisita cõmistionem. Alia cœlestis itex, sed partibus eius naturaliter insita. Alia prorsus elementalis. Sed illa, quam prius dixi, cœlitus acquisita, multo ẽt foret admirabilior, si non solum proportione iouia, solari q; , & ex rebus eiusmodi conflaret, sed ẽt opportunũ ad hoc obseruatione cœlestium tempus eligeret. Nam quẽadmodum corpus se habet ad locũ, atq; tempus, ita motus & actio se habet ad tempus. Sicut ergo certa passim corpora, eorum q; formæ certis & locis, & temporibus coalescũt, atq; seruant, sic & proprie quædam actiones ex propriis quibusdã temporibus efficaciã nãciscunt, id q; in Alcibiade significat Socrates, & Proculus explicat. Quod sane Pythagoras animaduertens, ipsum bonũ, perfectionem q; rerum opportunitatem cognominauit. Primum nanq; principium sic apud Pythagoram, & Platonem omnium est mensura, ut aliis corporibus, actionibus q; alia loca distribuerit, atq; tempora. Vnde sicut res quædam non alibi, q̃ hic, nec aliãs, q̃ tunc proprie nascunt feliciter, & coalescunt, atq; seruant, sic & materialis actio, motus, euentus talis, aut talis, non aliãs efficaciam sortit, et fectum q; perfectum, q̃ quando cœlestium harmonia ad idem undiq; cõsonant, quæ sane harmonia tantam habere potestatem existimatur, ut non solum agricolarum laboribus, atq; medicorum artificiis per herbas, aromata q; cõflatis, sed etiam imaginibus, quæ apud astrologos ex metallis, lapidibus q; fiunt, uirtute sæpe mirificam largiatur. Sed imagines caput iam propriũ exigunt. Quantum uero ad horas pro actionibus, & operibus eligendas pertinet, plurimũ con
» firmatur a Ptolemæo, ubi ait in centiloquio, qui eligit, quod melius est, nihilo differre uidetur
» ab eo, qui habet hoc ex natura. Quibus in uerbis tum cœlestium, tum arbitrii, electionis q; no
» stræ potestatem confirmare uidetur. Albertus quoq; Magnus inquit in speculo, non enim liber
» tas arbitrii ex electione horæ laudabilis coercetur, sed potius in magnarum rerum inceptioni
» bus electionem horę contemnere, est arbitrii præcipitatio non libertas.

¶ De uirtute imaginum secundum antiquos, atque medicinarum cœlitus acquisita. Caput XIII.

p Tolemæus ait in centiloquio, rerum iferiorum effigies uultibus cœlestibus eẽ subiectas, Antiquos q; sapientes solitos certas tunc imagines fabricare, quando planetę similes in cœlo facies, quasi exemplaria inferiorum ingrediebantur. Quod quidem Haly comprobat ibi dicens, utilem serpentis imaginem effici posse, quando Luna serpentem cœlestem subit, aut feliciter aspicit. Similiter scorpionis effigiem efficacem, quando Scorpii signum Luna ingreditur, ac signum hoc tenet angulum ex quatuor unũ. Quod in Ægypto suis temporibus factum ait, se que interfuisse, ubi ex sigillo scorpionis in lapide Bezahar, ita facto, imprimebatur thuri figura, dabatur que in potum ei, quem scorpius ipse pupugerat, ac subito curabatur. Quod quidem utiliter effici Hahamed physicus affirmat, confirmante Serapione. Præterea narrat Haly notum illic sibi uirum sapientem industria simili fecisse imagines, quæ mouerentur, qualem effectam nescio quomodo legimus ab Archita. Quales & Trismegistus ait, Ægyptios ex certis mundi materiis facere consueuisse, & in eas opportune animas dæmonum inserere solitos, atque animam aui sui Mercurii, item Phœbi cuiusdam & Isidis, Osiridis q; sic in statuas descendisse profuturas hominibus, uel etiam nocituras. Huic illud simile, Prometheum figmento quodam luteo uitam rapuisse, lucem que cœlestem. Magi quinetiam Zoroastris sectatores, ad euocandum ab hecate spiritum utebãtur aurea quadam pila characterib⁹ insignita cœlestium, cui & saphyrus erat insertus, & scutica quadam facta Tauri corio uertebat, atq; interim excantabant, sed cantiones equidem libenter omitto. Nã & Psellus platonic⁹ eas iprobat, atq; deridet. Hebręi quoq; in Ægypto nutriti struere uitulũ aureũ didicerũt, ut eorũdẽ astrologi putãt ad aucupãdũ Veneris, Lunę q; fauorẽ cõtra Scorpiõis, atq; Martis influxũ Iudæis infestũ. Porphyrius quoq; in epistola ad Anebonẽ, imagines efficaces eẽ testat, addit q; certis quibusdam uaporibus, q a propriis suffumigatiõibus exhalabãt, aerios dæ

monas insinuari

monas insinuari statim consueuisse. Iamblichus in materiis, q̃ naturaliter superis consentaneæ sint, & opportune, rite q; collectæ undiq;, conflatæ q; fuerint, uires, effectus q; non solum cœlestes, sed etiam dæmonicos, & diuinos suscipi posse confirmat. Idem omnino Proculus, atq; Synesius opera quidem ad salutem mira, quæ a medicis in astrologia peritis, p res ex multis compositas. i. pulueres, liquores, unguenta, electuaria fieri possunt, probabiliorem in se rõnem, & notiorẽ, q̃ imagines habere uidentur, tum quia pulueres, liquores, unguenta, electuaria opportune confecta cœlestes influxus facilius, citius q; suscipiunt, q̃ materiæ duriores, ex quibus imagines fieri consueuerunt, tum quia uel assumuntur intus affecta iam cœlitus, & in nos conuertũtur, uel saltem admota foris inhærent magis, & denique penetrãt, tum ẽt quoniam ex uno quodam dũtaxat, aut perpaucis imagines construuntur. Illa uero ex quãplurimis conflari pro arbitrio possunt, ut si centum solis, Iouis ue dotes per centum plantas, & animalia, similia q; sparsę fuerint, componere simul hæc centum tibi comperta possis, & in unam conficere formam, in q̃ solem ferme, Iouemq; totum iam uidearis habere. Scis profecto naturam inferiorem, nõ posse uno quodam capere cunctas superioris naturæ uires, Ideo q; illas per plures apud nos naturas esse dispersas. Commodius q; per opera medicorum, atq; similia, q̃ per imagines colligi posse, proinde imagines ex ligno cõfectæ uim forte paruam habent. Nam lignum & forsan durius ẽ ad cœlestem influxum facile capiendum, & minus tenax, si acceperit retinendum, & omnino postquã ex matris terræ uisceribus est euulsum, paulopost ferme totum amittit mundanæ uitæ uigorem, & facile in qualitatem aliam transmutat. Lapilli uero, atq; metalla, etsi ad accipiẽdum cœleste munus duriora uident, diutius tamen retinent, quod confirmat Iamblichus, si acceperint. Sua nempe duritia uestigia quoq;, dona que uitæ mundanæ post euulsionem diutissime continent, quę quondam hærentia terræ possederant. Quãobrem ob hoc saltem aptæ materiæ ad capienda, tenenda q; cœlestia iudicantur. Est & probabile, quod libro superiore dixi, res adeo speciosas non posse sub terra conflari, nisi maximo quodam conatu cœli, atq; durare in eis impressam semel ex conatu uirtutem. Nam in his coquendis, cogendis q; diutissime cœlum elaborauit, Verum cum nequeas facile eiusmodi plura componere, cogeris diligenter exquirere, quod metallum inter cętera in ordine sit alicuius stellę potissimum, qui ue lapis in ordine summus, ut saltem in uno quodam totius generis, ordinis q; supremo reliqua pro uiribus comprehendas, atq; eiusmodi susceptaculo cœlestia huic consentanea mutueris, ceu si exempli causa in ordine solari, sub homine phœbeo summum inter animalia teneat astur, aut gallus, inter plãtas balsamũ, aut laurus. Inter metalla, aurũ, inter lapides carbũculus, uel pãtaura, inter elemẽta, feruidus aer, nã ignis ipse martius esse censetur. Quod autem diximus influxum solis, uel Ionis, aut Veneris augendum, intelligimus ratione communi, non tamen illi, in cuius genesi aliqs horum interfector appareat.

¶ Ordines rex a stellis pendentiũ, ut solariũ, atq; similiũ, & qũo spũs fiat solaris. Cap. XIIII.

d Ixi equidẽ alibi desup ab unaquaq; stella (ut platonice loquar) seriem rerum illi priam usq; ad extrema pendere, sub ipso Scorpionis corde post eiusmodi dæmonas, atq; homines, scorpium q; animal collocare possumus ẽt herbam Asterion. i. stellarem figura stellæ similem nocte fulgentẽ, quã medici tradũt qualitatẽ habere rosæ, uim q; contra morbos genitaliũ mirabilẽ possidere. Sub serpẽte, uel serpẽtario cœlesti Saturnũ ponũt, & quodãmodo Iouẽ, postea dæmonas, qui sæpe serpentũ formas induũt. Similes insuper hoïes serpẽtes aïantes, serpentariã herbã, lapidẽ draconitem capite dracõis natum. Itẽ cõi nomine serpentinum. Et pter ea, quæ in sequẽtibus afferã. Sub stella solari. i. Syrio solẽ primo, deinde dæmonas quoq; phœbeos, quos aliquando sub leonum, uel gallox forma hominibus occurrisse testis est Proculus. Homines subinde psimiles, bestias q; solares, phœbeas inde plantas, metalla similiter, & lapillos, & uaporem, aerem q; feruentem. Simili rõne a qualibet firmamenti stella per aliquem planetã existimant contextũ rerum gradatim sub illius proprietate descendere, si igitur (ut dicebam) solaria oïa per gradum eius ordinis quẽlibet opportune comprehenderis, homines uidelicet tales, uel talis hominis aliquid, itẽ bruta, plantas, metalla, lapillos, & q̃ ad hæc attinẽt, uirtutẽ solis usquequaq; cõbibes, & quodãmõ naturalẽ solariũ dęmonum facultatẽ. Similiter q; de aliis dictũ puta. solares quidem homines sunt, quales antea dixi, & qui ascendente leone, sole q; hũc uel tenente, uel aspiciẽte nascunt, & qui sub Ariete similiter. Solaris est & sanguis e sinistro eox bene ualentiũ brachio missus. Phœbeus crocodilus, astur, leo, gallus, & cygnus, & coruus. Nec alia ratione leo ueretur gallum, nisi quoniam in ordine phœbeo gallus est leone superior. Eadem ratione inquit Proculus apollineum dæmo-

nem, qui nonnunquã apparuit ſub figura leonis, ſtatim obiecto gallo, diſparuiſſe. Maxime uero in Animalibus cor eſt ſolare. Arbitror ẽt marinũ uitulũ cœleſtis leonis cordi ſubeſſe, et hac ipſa ratione coriũ eius, quem cingit, nudũ fibula eiuſdẽ oſſe confecta a` renũ dolore redimere. Nam contra doloꝛẽ eiuſmodi ſolent aſtrologi ſyderis illius influxibus uti. Eadem forte ratiõe, ferẽ hæc pellis a` fulgure nos tueri. Inter plantas palma phœbea eſt, & in primis laurus, qua uir tute uenenoſa repellit, & fulgur. Fraxinus quoq; ſimili facultate uenenoſa longius arcet. Lothon eſſe phœbeã rotunda tũ folia, tũ poma teſtanꝛ, & explicatio foliorũ eius die, replicatio nocte. Pæoniã phæbeam eſſe non ſolũ uirtus indicat, ſed & nomẽ. Ad idẽ attinent flores, & herbæ, quæ reſtringunꝛ abeunte ſole, redeunte protinus explicanꝛ, & ad ſolem continue uergũt. Aug̃ pterea, & lapis elitis radiis aureis ſolem imitans. Lapis item, qui ſolis oculus appellatur, figuram habens pupillæ, ex qua lumen emicat. Rurſum carbunculus nocte rutilans, uel pãtaura omnes in ſe lapidum uires continens, ut aurum metallo g̃, & Sol ſtellarum. Multa deniq; in ſuperioribus nobis ſignificata. Vnde ſi modo liceat, ſub Imperio ſolis ex illo ſanguine, & animalium illorum cordibus, & foliis, fructibus'q; arborum prędictarum. Item floribus, atque herbis, & auri foliis, necnon pulueribus lapillorũ, electuarium, uel unguentum conficere poteris, addito croco, balſamo, calamo aromatico, thure, muſco, ambra, ligno aloes, zinzibere, maſtice, ſpica nardi, cinnamomo, doronico, citri cortice, zedoaria, nuce muſcata, mace, gariophylis cũ melle flauo, uel oleo ballamino, maſticeo, laurino, nardino, Ad cor, & ſtomachum, & caput, intus aut extra fouendum, ut ſpiritus inde ſolaris euadat. Ex his omnibus inq̃, aut ſaltem ex pluribus componendum dominante ſole aliquid. Quo etiam ſub eiuſdem dominatu incipias uti, dũmodo & ſolaria induas, habites, conſpicias, audias, olfacias, imagineris, cogites, cupias. Item imiteris & uita dignitatem, & munera ſolis. Inter ſolares homines, plãtas'q; ueꝛſeris, laurum'que aſſidue tangas, Tutius autem ad ualetudinem fuerit, ſolaribus admiſcere iouialia ſimul, atq; uenerea. Veneream maxime humiditatem ſolaris caloris moderatricem, qualis eſt aqua, ſuccus'q; roſarum, atque uiolarum. Sed medicinas eiuſmodi in libro de curandis literatis primum, deinde in libro de uita longa, partim equidem compoſui, partim ab aliis compoſitas enarraui, partim ẽt temperaui, Item quales herbæ a` ſole, Ioueque miras contra epidimiam, & uenenũ uires habeant, diximus in libro ꝓtra peſtem, inter quas Perforata, fuga dæmon appellata eſt. Nec alia facultate, quam cœleſtium gratiarum noxios malorũ dæmõum uapores a nobis arcere putatur. Et ſiqua inter herbas alia, uel lapillus, ut corallus idem uideatur efficere. Herba profecto lunaris a` Mercurio tradita foliis cœruleis, atque rotundis, creſcente luna unum quotidie producens folium, decreſcente deponens, annos utenti promittit lunares. Sed iam ad imagines alteꝛo quodam exordio redeamus.

¶ De uirtute imaginum ſecundum antiquos, atque medicinarum, & quomodo medicinæ ſint longe ualidiores, q̃ imagines. Cap. XV.

Si lapillos, quos pauloante phœbeos narrauimus, nactus fueris, nihil opus erit, imagines eis imprimere. Suſpẽdes itaque collo comprehenſos auro crocei ſerici filis, quando ſol ſub ariete, uel leone percurrit, aſcendit'q;, uel medium tenet cœlum, aſpicit'que lunam. Multo uero potẽtiores in ſerie lunę lapillos narrat Proculus, primum quidem ſelinitim. qui non modo figura lunam imitetur, ſed & motu, circumeat'q; cum luna. Hunc ſi forte repereris, & argento circũdatum, argenteo filo collo ſuſpẽderis, Luna Cancrum, uel Taurum ſubeunte, angulos'q; tenente ſibi conuenientes, ſpiritum inde tuum reddes poſtremo lunarem. dum uidelicet calefactus abs te lapillus ipſe lunaris uirtutem ſuam tuis aſſidue ſpiritibus inſerit. Alterum uero recenſet lapillũ helioſelion cognomento. qui ſolis, lunæ'q; coniunctæ ſoli, naturaliter habet imaginem, hunc ergo quiſquis argento incluſum deaurato ſimilibus collo filis admouerit, qñ luna in domicilio ſuo uel ſolis, in eodẽ minuto cũ ſole ꝓgredit', ſuosq; teneat angulos, ſolarẽ ſimul, atq; lunarẽ ſpũm reportabit, aut ſaltẽ talẽ, qualis euadit Luna per centrũ copulata ſoli. Hic uero tu uides diſpſas Phœbi dotes, & uelut Oſiridis mẽbra, ſororẽ eius Phœben uelut Iſidem congregare. Sed utinã ſolarẽ alicubi lapidẽ facile reperiremus, uel lunarẽ, adeo in eoꝝ ordine ꝑpotentem, quẽadmodũ ſub ſerie ſeptẽtrionalis poli magnetẽ habemus, & ferrum. Solarẽ profecto ferũt ſueniſſe apud Indos Apolloniũ Theaneũ lapidẽ ſcilicet nomine pantauram, ignis inſtar micantem, ſub terra paſſus quatuor naſcentem, cui tãtum ſpirituis nſit, ut tumeat, & plerunque ſcindatur terra, ubi eiuſmodi lapis concipit'. Ita cæteros

ad ſe lapillos

ad ſe lapillos trahens, ſicut magnes ferrum. Sed lapis hic Herculeus ad ſe contemplandũ uehementius adhuc nos in præſentia rapit. Videmus in ſpecula nautarum indice poli, libratum acũ affectum in extremitatem magnete moueri ad Vrſam, illuc uidelicet trahente magnete. quoniã & in lapide hoc præualet uirtus Vrſæ, & hinc tranſfertur in ferrum, & ad Vrſam trahit utrũq;. Virtus autem eiuſmodi tum ab initio infuſa eſt, tum cõtinue Vrſæ radiis uegetatur. Forſitã ita ſe habet ſuccinum ad polum alterum, & ad paleas. Sed dic interea, Cur magnes trahat ubique ferrum? non quia ſimile, alioquin & magnetem magnes traheret multo magis, ferrum'q; ferꝛ. Non quia ſuperior in ordine corporum, immo ſuperius eſt lapillo metallum. Quid ergo? Ambo quidem ordine Vrſam ſequẽte claudunꝛ. Sed ſuperiorem in ipſa Vrſæ proprietate gradum tenet magnes, inferiorem uero ferrum. Superius autem in eodem rerum contextu trahit quidẽ quod eſt inferius, & ad ſe conuertit, uel aliter quomodolibet agitat, aut afficit uirtute prius infuſa. Inferius uiciſſim eadem ad ſuperius infuſione conuertitur, uel aliter agitatur, uel prorſus affiꝛ. Sic ĩ ſerie ſolis inferior homo admiratꝛ ſuperiorem. In ordine iouio ueneratur. In martio timet. In uenereo inferior ad ſuperiorem rapitur amoris ardore, deſerit'q; ſeipſum. In mercuriali ſemper hic diſcit, uel perſuadetur ab illo. In lunari motum hic ab illo ſæpius exorditur. In ſaturnali quietem. Ego autem, cum hæc explorata hactenus habuiſſem, admodum gratulabar, cogitabam'q; iuuenis adhuc magneti pro uiribus ĩſculpere cœleſtis Vrſæ figuram, quando luna melius illuc aſpiciat, & ferreo tunc filo collo ſuſpendere. Sperabam equidem ita demũ uirtutis meæ ſyderis illius cõpotem fore. Sed cum diutius exploraſſem, inueni tandem ſyderis illius influxus ſaturnales eſſe plurimum, atque martiales. Accepi a` Platonicis malos dæmonas plurimum ſeptentrionales exiſtere. Quod etiam Hebręorum aſtronomi confitentur, noxios, martios'q; dæmonas in ſeptentrione ponẽtes, proprios autem, & iouios in meridie. Didici a` theologis, & ab Iamblicho imaginum fictores a` dæmõibus malis occupari ſæpius, atq; falli. Vidi equidem lapillum Florẽtiam aduectum ex India, ibi e` capite draconis erutum, rotundum ad numi figuram, punctis ordine q̃ plurimis quaſi ſtellis naturaliter inſignitum, qui aceto perfuſus mouebatur parumper in rectum, immo obliquum, mox ferebatur in gyrum, dõec exhalaret uapor aceti. Exiſtimaui equidem lapillum eiuſmodi cœleſtis draconis habere naturam, atque quaſi figuram, motum quoque illius accipere, quatenus per aceti, ſeu uini ualentioris ſpiritum, draconi illi, ſiue firmamento familiarior redderetur. Hunc igitur qui geſtaret, & aceto ſæpe perfunderet, uim aliquam forte draconis illius acciperet, qui geminis anfractibus hinc quidem Vrſam maiorem implicat, inde minorem. Extat & prope` ſcorpionem ſerpentarius quaſi homo ſerpente cinctus, manu dextra caput ſerpentis tenens, ſiniſtra caudam, genibus quaſi flexis, capite paulum reſupino. Legi equidem magos Perſarum regi conſuluiſſe, ut imaginem hãc lapidi imprimeret emathiti, quem aureo clauderet annulo, ita tamen, ut inter lapillum, atque aurum ſerpẽtariq; radicem inſereret. Hoc enim annulo geſtantem contra uenenum, morbos'que uenenoſos tutum fore. Videlicet ſi luna ſerpentarium aſpiciente feceris. Hãc imaginem Petrus Aponẽſis confirmauit. Ego uero, ſi hanc annulus ille uim habet, arbitror non tam per figuram, q̃ per materias eiuſmodi, & hoc pacto, temporeq; compoſitas, ſibi cœlitus uendicare. Memento lapillos naſcentes in animalibus, nec inde languentibus, ut in dracone, gallo, hirundine, cęteris'q; efficaces exiſtere ferme`, ut lapilli in terra naſcẽtes, atque ad eaſdem referri ſtellas, ad quas hæc animalia pertinent. Hinc alectorius ex uentriculo galli ueteris tractus, pollet poteſtate ſolari, per quam Dioſcorides ait ſæpe compertum eſſe, eum pugnare inuictum, qui lapillum hunc ore geſtaret. Idem ait, Celidonium erutum ex hirundine ruſum, curare melancholicum, & amabilem, idoneum'que reddere. Quod quidem habet ex Ioue, per ea, quę diximus, ſcilicet res ubiq; infra lunam ſtellares exiſtere. Confirmatur dictum illud ualde platonicum, hanc mundi machinam, ita ſecum eſſe connexam, ut & in terris cœleſtia ſint conditione terrena, & in cœlo uiciſſim terreſtria dignitate cœleſti, & in occulta mundi uita, mẽte'que regina mundi cœleſtia inſint, uitali tamen, intellectuali'que proprietate ſimul, & excellentia. Per hæc inſuper confirmant nonnulli etiam illud magicum, per inferiora uidelicet ſuperioribus conſentanea poſſe ad homines temporibus opportunis cœleſtia quodammodo trahi, atque etiam per cœleſtia ſupercœleſtia nobis conciliari, uel forſan prorſus inſinuari. Sed poſtremum hoc illi uiderint. Verum illud arte quadam rite, & opportune in unum plurima colligente fieri poſſe probabile ſatis (ut diximus) eẽ uidet', tũ rõnibus, quas in ſupioribus aſſignauimus, tũ qa eiuſmodi multa, qñ apud medicũ, & aſtrologũ colliguntꝛ, ꝓtundunt', cõmiſcent', ꝓcoquunt' ſub ſydere certo, dũ ipſa per ſe rõne concoctionis, atq; fermẽti, nouã paulatim formã ſubeũt, hanc ipſam acquirunt

certo quodam fomento cœlesti, radiis tunc intus agentibus, ideoq; cœlestem. Metallum uero, uel lapillus quando momento sculpitur, nõ uidetur nouam accipere qualitatem, sed figuram, neq; motio illa per debitos digestionis gradus, quos alteratio naturalis, atq; generatio solet ob seruare, progreditur. Cum uero natura cœlestis tanq̃ inferioris naturæ regula soleat tenore quo dam progredi naturali, & ita progrediẽtibus adspirare, merito diffundũt pleriq; imagines eius modi cœlestem aliquam uirtutem habere. Ego quoq; ambigo sæpius, ac nisi & oĩs antiqtas, & omnes astrologi uim mirabilem habere putarent, habere negarem. Negarem equidem non omnino. Opinor enim (nisi quis aliter persuaserit) ad prosperam ualetudinem saltem aliquã habere uirtutem, electæ præsertim ratione materiæ. Tametsi multo maiorem inesse pharmacis arbitror, & unguentis sydereo fauore conflatis. Quid uero uoluerim, ubi modo dicebam electæ ratione materiæ, in sequentibus declarabo. Quæ uero ex magorũ, uel astrologorũ opinione ad Plotinum interptandum pro imaginibus allegari possunt, deinceps breuiter afferam, si te prius hic admonuero, ne putes probare me usum imaginum, sed narrare. Ego enim medicinis ad cœlum temperatis, non imaginibus utor, atq; ita cæteris quotidie consulo. Tu uero, si ꝓcedis deũ rebus infra lunam mirabiles inseruisse uirtutes, mirabiliores concede cœlestibus. Præterea, si licere iudicas homini ad prosperam ualetudinem inferioribus uti, iudica superioribus quoq; licere, Atq; inferiora ad superiorum normam, sic medicorum artificio temperare, sicut etiam a deo sunt ab initio temperata.

¶ De potestate cœli. De uiribus radiorum, unde uim sortiri putentur imagines. Cap. XVI.

IMmensa ferme cœlestium magnitudo uirtus motio facit, ut omnes omnium syderum radii terræ molem, quæ quasi punctum est ad cœlũ, momẽto, facillimeq;, usq; ad centrum recti penetrent, quod omnes astronomi confitent. Ibiq; (ut placet Pythagoreis, atq; Platonicis) fortissimi sint, cum quia recti undiq; cẽtrum tãgunt, tum quia in angustum collecti sunt cuncti. Quorum uehementia materia ibi terrę sicca procul ab humore remota prorsus accendit, accensaq; extenuat, atq; dispergit per meatus undiq;, & efflat incendia pariter atq; sulfur. Sed ignem hunc putant ualde caliginosum esse, & quasi incendium quoddam luminis expers, sicut in cœlo extat expers incendii lumen, ignis autem iter cœlestem, atq; infernum, lumen cum feruore coniungit, putant autem ignem e cẽtro flantem, ignem esse uestalem, siquidem uestam esse terræ uitam, numenq; putabãt. Ideoq; Vestæ templum ueteres in mediis urbibus construebant, ignemq; in medio perpetuum collocabant. Sed ne ulterius peruagemur, concludamus iam, si stellarum radii totam mox terram penetrant, negari non facile posse, metallum, atq; lapillum, quando cælantur imaginibus, subito penetrare, eisq; miras, uel saltem qualescunq; imprimere dotes, quandoquidem & in aluis terrę pretiosissima generant. Sed quis neget per hæc radios penetrare? Siquidem, aer & qualitas eius, & sonus minus efficax solida trãsit subito, & sua quadam afficit qualitate. Iam uero, si duritia radiis obsisteret penetrantibus lumen, multo citius aerem, q̃ aquã pertransiret. Et hanc ocyus multo, q̃ uitrum, & uitrum similiter, q̃ crystallum. At cum eodem momento solida, quo liquida cuncta transuerberet, perspicue constat duritiam radiis nullo modo resistere, atq; idcirco dicent nõ esse negandum, metalla cœlestium radios, influxusq; suscipere, atq; conseruare ad tempus tũc sibi cœlitus destinatum. Conseruare inq̃ uirtutem quandam ex radiorum concurrentium contactu creatam. Quid uero? Si materia durior hoc ipso, quod uidetur obsistere causæ præpotenti, magis ictibus se exponit? Sic ensis lignum sub lana incidit nõ incisa lana. Sic radius ille fulmineus corio quandoq; non læso, dissoluit in eo metallum. Cum uero natura cœlestis nostro hoc igne incomparabiliter sit præstantior, non est putandum radii cœlestis officium esse duntaxat quale opus ignei radii manifeste uidemus, scilicet illuminare, calefacere, exsiccare, penetrare, extenuare, dissoluere, quæ nostris sensibus notissima sunt. Sed multo plures, mirabiliores q; uires, & effectus habere. Alioquin & materia inferior, & caducus sensus, cum diuinitate cœli penitus æquaretur. Sed quis nescit uirtutes rerum ocultas, quæ speciales a medicis nominantur, non ab elementali natura fieri, sed cœlesti? possunt itaq; (ut aiũt) radii occultas, & mirabiles ultra notas imaginibus imprimere uires, sicut & cęteris inserunt. Non enim inanimati sunt, sicut lucernæ radii, sed uiui, sensuales q; tanquã per oculos uiuentium corporum emicantes, dotesq; miri ficas secum ferunt ab imaginationibus, mentibusq; cœlestium. Vim quoq; uehemẽtissimam ex affectu illorum ualido, motuq; corporum rapidissimo, ac proprie, maximeq; in spiritum agunt

cœlestibus

cœlestibus radiis simillimum. Agũt insuper in corpora uel durissima. Omnia enim hæc ad cœlum infirmissima sunt. Sunt autem in uariis stellis uariæ quoq; uires, & idcirco in radiis earum inter se uariæ. Præterea in radiorum ictibus aliter, atq; aliter incidentibus, uirtutes diuersæ nascuntur. Deniq; in concursibus radiorum mutuis, aliter atq; aliter, & hic, aut ibi, & tunc aut alias effectis diuersæ subito uires suboriuntur, multo magis, atq; citius, quàm in aliis, atq; aliis elementorum, qualitatumq; elementalium mistionibus. Multo etiam citius, quàm in tonis, & numeris apud musicum aliter, & aliter concinentibus. Si hæc diligenter consyderaueris, forsitan non diffides. dicent, subito quodam radiorum iactu uires imaginibus imprimi, atq; ex diuerso iactu diuersas. Nunquid ergo tam cito? Mitto fascinationes repentino quodam intuitu factas, & amores acerrimos statim accensos radiis oculorum, qui & ipsi sunt fascinamenta quædam, quod in libro de amore probamus. Mitto quàm cito rubens oculus inficiat intuentem, & specu lum intuens fœmina menstruosa. Nonne & familiæ quædam apud Illyricos, & Triballos iratæ intuitu homines interemisse feruntur? Et fœminæ quædam in Scythia idem facere consueuisse? Et catoblepe, reguliq; serpentes radiorum ex oculis iactu homines perimunt. Torpedo quoq; marina tactu etiam procul per uirgam manum subito stupefacit. Echinus præterea pisciculus grandem solo tactu nauem sistere fertur. Phalangia quinetiam in Appulia ictu quopiam, uel occulto spiritũ, animumq; repentino stupore permutant. Quid rabiosus canis facit, uel nõ apparente morsu? Quid scopa, deinde quid arbutus? Nonne leuissimo tactu uenenũ concitãt, atq; rabiem? An ergo negabis cœlestia oculorum suorum radiis, quibus nostra contuentur, simulatq; contingunt, statim miranda perficere? Iam uero grauida mulier tactu statim signat mẽbrum hominis nascituri rei desyderatæ nota. An uero dubitabis, radios aliter aliterue tangentes diuersa conficere? Cum & tu helleborum herbam colligens, siue folium deorsum trahas, siue sursum, hoc subito tactu, causa sis helleboro, ut deorsum educat humores, aut sursum. Nõne ab initio rei cuiusq; generandæ cœlestes influxus concoctione materiæ, digestioneq; perfecta non tam tempore, quàm momento dotes mirificas largiuntur? Nonne suffragante cœli uultu innumerabiles sæpe ranæ, similesq; animantes ex arenis momento prosiliunt. Tanta est in materiis præparatis potentia cœli, tanta celeritas, deniq; si ignis hoc habet, ut tempore quambreuissimo faciat, quæ cætera longo, ob id præcipue, quod est cœlo simillimus, quisnã dubitet cœlum magna quasi momento perficere, etiam in materia minus parata, sicut flamma solet ingentior? Quid ergo dubitas, inquiunt, in imagine construẽda ferme similiter agere cœlum? Dices (opinor) sicut & ego dicebam, naturales hic alterationis gradus abesse. Qui sane defectus minuit quidem cœleste donum, nec tamen penitus auferre uidetur. Nolunt enim physici ex quolibet metallo, uel lapide imaginem fabricari, sed certo. In quo quidem natura cœlestis uirtutem olim ad hoc ipsum, quod optatur, naturaliter inchoauerit, & quasi iam iam perfecerit, ut in sulfure flammam. Quam sane uirtutem tunc demum perficiat, quando materia hæc per artẽ, sub simili quodam influxu cœlesti uehementer agitatur, & agitata calescit. Itaq; ars suscitat inchoatam ibi uirtutem, ac dũ ad figuram redigit, similem suæ cuidam cœlesti figuræ, tunc suæ illic ideæ prorsus exponit, quam sic expositam, cœlum ea perficit uirtute, qua cœperat. Exhibẽs quasi sulfuri flammam, sic potentia quædam ad rapiendas paleas cœlitus data succino, quodammodo debilis sæpe per frictionem, calefactionemq; facta ualidior subito rapit. Similem uirtutem Serapio scribit datam lapidi Albugedi quasi hyacintho simili. Sed non prius trahere paleas, quàm capilli hoc lapide perfricentur. Sic item lapis ille iouius Bezaar, idest a morte liberans, quem descripsimus in libro contra pestem, uim ab initio contra uenenum accepit ab Ioue. sed non usqueadeo ualidam, ut eandem tradere possit materiis aliis exercendam. At uero cum primum sub Scorpionis cœlestis influxu figuram superni illius acceperit, perfectam contra scorpiones subito uim reportare putatur, quam mastici communicare ualeat, aut thuri. Eadem quoque de hyacintho, topatio, smaragdo, cæterisq; ratio est habenda, ut fabrica figurarũ non alibi efficaciam habeat, quàm ubi materia cum stella congruit, & effectu, a qua hũc saber exoptat accipere. Ac præterea ubi hæc ipsa materia quasi iam talis est ab initio, qualem affectas reddere per figuram. Nullis ergo materiis ad imagines uti consulũt, nisi iis ipsis, quæ tibi notæ sunt, hanc ipsam ferme iam uim habere, quam cupis. Lapilloꝝ itaq; uires, atq; metalloꝝ diligẽtissime perscrutari iubent, intereaq; meminisse inter lapillos qdem carbunculum in tenebris coruscãtem, atq; pantaurã præcipue soli subesse, saphyrum Ioui, smaragdũ Veneri, Mercurio, Lunæ. præterea metalla, præter auꝝ, & argentũ, uix ullã ad hæc habere uirtutẽ. tutioreq; in his ra-

tionem fore, si aurum quidem purum ad solem referas, atq; Iouem. Ad illum quidem propter colorem, ad hunc autem propter temperatam cõmistionem. Nihil enim Ioue, & auro temperatius. purum uero argentum ad lunam, sed ad Iouem simul, atq; Venerem aurum argento permistum. præterea imaginem efficatiorem fore, si uirtus in materia eius elementalis conueniat cum speciali eiusdem uirtute naturaliter insita, atq; hæc insuper cum uirtute altera speciali per figurã cœlitus capienda. Deniq; figuras inferiores, & formas cœlestibus conformari, inde perdisces (ut aiunt) quod Perseus truncato Medusæ capite, futuram nonnullis obtrũcationem portendere consueuit, multaq; similiter, & lunam, aliosq; planetas sub certis signis certa in nobis membra mouere non dubitant.

¶ Quam uim habeant figuræ in cœlo, atque sub cœlo. Cap. XVII.

Sed ne figuris nimium forte diffidas, meminisse iubebunt, in regione hac, sed lunam
s elementali, elementarem quoq; qualitatem posse quamplurimum, in transmutatione uidelicet ad aliquid elementale tendente. Calorem scilicet, & frigus, & humorem, atq; siccitatem. Qualitates autem, quæ minus elementares, materialesue sunt, scilicet lumina, idest colores. Numeros quoq; similiter, & figuras ad talia forsitã minus posse. Sed ad cœlestia munera (ut putant) ualere permultum. Nam & in cœlo lumina, & numeri, & figuræ sunt ferme omnium potentissima. præsertim si nulla sit ibi materia. Quod Peripatetici pleriq; putant. Sic enim figuræ, numeri, radii, cum non alia sustineantur ibi materia, quasi substantiales esse uidentur. Atq; cum in ordine rerum mathematicæ formæ physicas antecedant, tanquã simplices quidem magis, & minus egenæ, merito in antecedentibus mundi gradibus, idest cœlestibus authoritatem sibi maximam uendicãt, ut non minus inde fiat numero, figura, luce, quam elementari quadam proprietate. Huius quidem authoritatis habetur etiam sub Luna signum. Qualitates enim ualde materiales plurimis rerum speciebus sunt communes, eisq; quodãmodo permutatis, non usquequaq; species commutantur. Figuræ autem, numeriq; partium naturalium, proprietatem cum specie inseparabilẽ, peculiaremq; possident. Vtpote quæ cœlitus una cum speciebus destinata fuerunt. Immo & cum ideis maximam habent in mente mundi regina connexionem, atq; cum ipsæ, numeriq; species quædã sint ideis ibi propriis desi gnatæ, nimirum uires inde proprias sortiuntur. Ideoq; tum species naturalium certis figuris, tũ motus, & generationes, & mutationes certis numeris adstringuntur. De lumine uero quid dicam? Est enim actus intelligentiæ, uel imago. Colores autem sunt lumina quędam. Quãobrem ubi lumina, idest colores, figurasq;, & numeros astrologi dicunt in materiis nostris ad cœlestia præparandis posse quamplurimum, non temere (ut aiunt) debes ista negare. Non ignoras concentus per numeros, proportionesq; suas, uim habere mirabilem ad spiritum, & animũ, & corpus sistendũ, mouendũ, afficiendum proportiones autem ex numeris constitutæ, quasi figuræ quædam sunt, uelut ex punctis, lineisq; factæ, sed in motu. Similiter motu suo se habent ad agẽdum figuræ cœlestes. Hæ nãq; harmonicis tum radiis, tum motibus suis oía penetrãtibus spiritum in dies, ita clam afficiunt, ut musica præpotens palam afficere consueuit. Nosti præterea q̃ facile multis misericordiã moueat figura lugentis. Et quãtum oculos, imaginationemq; & spiritum, & humores afficiat statim, atq; moueat amabilis personæ figura. Nec minus uiua est, & efficax figura cœlestis. Non ne principis in urbe uultus quidem clemẽs, & hilaris exhilarat oẽs? Ferox uero, uel tristis repente perterret? Quid ergo cœlestium uultus, dominos omnium terrenorũ aduersus hæc efficere posse putas? Quippe cũ etiã coeuntes ad prolẽ plerunq; uultus, non solum quales ipsi tunc agunt, sed etiam quales imaginantur, soleant filiis diu postea nascituris imprimere. Vultus eadẽ ratione cœlestes materias confestim suis notis inficiunt. In quibus siquando diu latitare uidentur, tẽporibus deinde suis emergunt. Vultus autẽ cœli sunt figuræ cœlestes. Potes uero facies illic appellare figuras, cæteris ibi stabiliores. Vultus autem, figuras, quæ magis ibi mutantur. Aspectus quoque inter se stellarũ motu quotidiano confectos, uultus appellare potes similiter, & figuras. Nã hexagoni, pentagoni, tetragoni nominantur. Esto dicet quispiã. Sint (ut placet) potentissimæ ad efficiendum figuræ cœlestes. Verum quid hoc ad figuras imaginũ artificio factas? Respondebunt, non id potissimum contendere, ut potentissimę per se ad agendũ sint nostræ figuræ, sed ut paratissimæ ad actiones, & uires figuras cœlestium capiendas, quatenus opportune fiunt dominãtibus illis, atque examussim ad illas configurant. Exigit enim figura illa figuram. Non ne sonante cithara quadam, altera reboat? Ob id tantum, si &

tum, si & ipsa similem figurã habeat, atq; e conspectu sit posita, & fides in ea positæ, & intentæ similiter. Quid nam hic efficit, ut cithara subito patiatur a cithara, nisi situs aliquis, & quædam figura conformis? Figura speculi lenis, concaua, nitens cœlo cõgrua, ob hoc ipsum proprie munus tantum cœlitus accipit, ut radios Phœbi in se cumulatissime complectatur. Et solidissimum quodq; ad centrum suum è conspectu locatum repente comburat. Ergo ne dubites dicent, quin materia quædam imaginis faciendæ, alioquin ualde congrua cœlo, per figuram cœlo similem arte datam cœleste munus, tum in se ipsa concipiat, tum reddat in proximum aliquem uel gestantem. Non solum uero figura, sed etiam dispositio peruia, quam diaphanã uocant, inefficax quiddam est, & passiuum suapte natura. Veruntamen quoniam peruia dispositio est in cœlo proprium luminis susceptaculum, ideo ubicunq; sub cœlo, hæc uel est naturalis, uel modo aliquando comparatur, subito præsens cœleste lumen acquiritur, atq; etiam conseruatur, ubi una cum hac uel calor est igneus, ut in flamma, uel est aliquid aerium, aqueum ue si mul, & glutinosum, ut in noctilucis, & noctícernis, & carbũculis, atq; forsan quodammodo in camphora. Quid inde sequatur pro imaginibus ipse reputa.

Quales cœlestium figuras antiqui imaginibus imprimebant. Ac de usu imaginũ. Cap. XVIII.

Liquis autem quæret, quas potissimum cœli figuras imaginibus imprimere sole-
a ant. Sunt enim ibi formæ oculis ualde conspicuæ, & a multis quales sunt, quasi depictæ, ut Aries, Taurus, similesq; figuræ zodiaci, & quæ sunt extra zodiacum manifestæ. Sunt ibi præterea formæ quamplurimæ, non tam uisibiles, quam imaginabiles per signorum facies ab Indis, & Aegyptiis, Chaldęis q; perspectæ, uel saltem excogitatæ. Velut in prima facie Virginis uirgo pulchra sedens, geminas manu spicas habẽs, puerumq; nutriens. Et reliquæ, quales describit Albumasar, cæteriq; nonnulli. Sunt deniq; characteres quidam signorum, & planetarum ab Aegyptiis designati. Volunt igitur imaginibus omnia hæc insculpi. ut siqs expectet proprium a Mercurio beneficium, collocare eum in Virgine debeat, uel saltem ibi Lunam cum aspectu Mercurii. Et imaginem tunc ex stanno conficere, uel argento. In qua totum sit Virginis signum, & character eius, characterq; Mercurii. Ac si prima Virginis facie sis usurus, addas etiam figuram, quam in prima facie diximus obseruatam, similiterq; de cæteris. Postremi quidem imaginum authores uniuersam eorum formam ad cœli similitudinem accepere rotundam. Antiquiores autem, quemadmodum in quodam Arabum collegio legimus, figuram crucis cunctis anteponebant. Qui corpora per uirtutem agunt, ad superficiẽ iam diffusam. prima uero superficies cruce describitur. Sic enim in primis habet longitudinem, atq; latitudinem. prima q; hæc figura est, & omnium recta quammaxime, & quatuor rectos angulos continet. Effectus uero cœlestium maxime per rectitudinem radiorum, angulorumq; resultant. Tunc enim stellæ magnope sunt potentes, quando quatuor cœli tenẽt angulos, immo cardines, orientis uidelicet, occidentisq;, & medii utrinq; cœli. Sic uero dispofite radios ita coniiciunt in se inuicem, ut crucem inde constituant. Crucem ergo ueteres figuram esse dicebant tum stellarum fortitudine factam, tum earundem fortitudinis susceptaculum. Ideoq; habere summam in imaginibus potestatem, ac uires, & spiritus suscipere planetarum. Hæc autem opinio ab Aegyptiis uel inducta est, uel maxime cõfirmata, inter quorum characteres crux una erat insignis, uitam eorum more futuram significans, eamq; figuram pectori Serapidis insculpebant. Ego uero quod de crucis excellentia fuit apud Aegyptios ante Christum, non tam muneris stellarum testimonium fuisse arbitror, quam uirtutis præsagium, quam a Christo fuerat acceptura. Astrologos autem, qui statim post Christum fuerunt, uidentes a Christianis miranda per crucem fieri, nescientes autem, uel nolentes in Iesum tanta referre, in cœlestia retulisse. Quanquam consyderare debeant per crucem ipsam, absq; nomine Iesu miracula minime perpetrari. Conuenire quidem imaginibus eam, quia referat fortitudinem planetarũ omnium quoq; stellarum forsitan est probabile. Non tamen ob hoc duntaxat ingentem habere potentiam. posse uero non nihil una cum cæteris, quę necessaria sunt, coniunctam, ad prosperam forsan corporis ualetudinem, sed ad narrandas aliorum opiniones, ut cœpimus, reuertamur. Saturni ueteres imaginem ad uitæ longitudinem faciebant in lapide de Feyrizech, idest saphyro, hora Saturni, ipso adscendente, atq; feliciter constituto. Forma erat, homo senex in altiora cathedra sedens, uel dracone, caput tectus panno quodam lineo fusco, manus supra caput erigens, falcem manu tenens, aut pisces, fusca indutus ueste. Ad longam uitam, atque

felicem, Iouis imaginem in lapide claro, uel albo. Erat homo ſedens ſuper aquilam, uel draco nem coronatus, hora Iouis, ipſo in exaltatione ſua feliciter adſcendente, croceam induto ueſtē contra timiditatem hora Martis imagines fabricabant prima Scorpionis facie oriente. Martem armatum, & coronatum. Ad morbos curādos fingebant ſolis imaginem in auro hora ſolis, pri ma facie leonis adſcendente cum Sole. Regem in throno crocea ueſte, & coruum, Solis'q; for mam. Ad lætitiam, robur'q; corporis, Veneris imaginem puellarem, poma, flores'q; manu te nentem, croceis & albis indutam, hora Veneris prima facie Libræ, uel Piſcium, uel Tauri aſcē dente cum Venere, imaginem Mercurii ad ingenium, & memoriam prima facie Geminorum. Itē contra febres ſculpebatur Mercurius, homo tela manu tenens, hora Mercurii ſurgente Mer curio, ſculpebant hanc in marmore. Subinde materiæ cuipiam imprimebāt languentibus aſſu mendæ. Hinc omne genus febrium curari dicebant. imaginem Lunæ aſcendente prima facie Cancri ad augumentum. Forma Mercurii, homo ſedens in throno, galeratus, criſtatus'q;, pedi bus aquilinis, ſiniſtra gallum tenens, aut ignem. Alatus, aliquando ſuper pauonem dextra te nens calamum, ueſte uaria. Luna puella pulchra cornuto capite ſuper draconem, uel Taurū ſer pentes ſupra caput, & ſub pedibus habens. ad curādum calculum, genitalium'q; dolores, & ad ſanguinem adſtringendum imaginem hora Saturni, ſurgente tertia facie Aquarii cū Saturno. Item Leonem auro imprimebant, lapidem in formam Solis pedibus reuoluentem, hora Solis, primo gradu faciei ſecundæ Leonis oriente. Hanc expellendis morbis profuturā exiſtimabāt. Ad renum morbos ſimilem faciebant, quando Sol in corde Leonis cœlum medium obtineret, a' Petro Aponenſi comprobatam, & experientia confirmatam, ſed hac conditione, ut Iupiter, aut Venus medium aſpiciat cœlū, planetæ uero noxii cadant, infortunati'q; ſint. Accepi a' Men go phyſico præclaro eiuſmodi imaginem factam Ioue ibidem coniuncto cum Sole liberauiſſe Ioannem Marlianum mathematicum noſtro ſeculo ſingularem a' pauore, quo ſub tonitru affi ci conſueuerat. præterea ad firmandam ſanitatem, & ueneficia deuitanda imaginem ex argen to fingebant hora Veneris, Luna angulos obtinente, ac Venerem feliciter intuēte. Dummodo dominus ſextæ domus Venerem aſpiciat, aut Iouem trino quodam intuitu, uel oppoſito. Mer curius autem non ſit infelix. Agebant hæc hora diei Solis ultima. Ita ut dominus horæ decimā teneret cœli plagam. Petrus Aponenſis inquit medicum per imaginem infirmum curare poſ ſe, modo in ea fabricanda obſeruet, ut anguli aſcendentis, medii cœli, occidentis ſint fortunati, & aſcendentis dominus, & eadem ratione ſecunda, ſed ſexta, & dominus eius ſit infelix, ait eti am ſanitatem fore firmiorem, uitam'q; longiorem, quàm ab initio fuerit inſtituta, ſi natiuitate perſpecta, fiat imago, in qua hæc fortunata ponatur, ſcilicet illius ſignificator uitæ. Item uitæ da tores, tum ſigna, tum domini, præſertim adſcendens, eius'q; dominus. Item cœli medium. Lo cus Solis, pars Fortunæ. Dominus coniunctionis, uel præuentionis ante natiuitatem factæ. Ma li quin etiam infortunati cadant. Concludit aſtrologorum nullum dubitare, quin ad producē dam uitam talia conferāt. Prolixum foret dictu, quas per quælibet ſigna facies antiqui, & quas Lunæ ſtationes, tanquam neceſſarias in exprimendis imaginibus obſeruabant. Nam in ſtatiōe Lunæ a' gradu Virginis decimoſeptimo ad finem eius faciebant imagines contra morbos, & odia, & ad iter felix. In ſtatione a' principio Capricorni ad gradum duodecimum contra mor bos, & diſcordias, atque captiuitatem. In ſtatione a' gradu duodecimo Capricorni ad gradum uigeſimum quintum aduerſus languorem, & carcerem. In ſtatione a' gradu quarto Piſcium ad gradum eiuſdem decimumſeptimum ad curandos morbos, ad lucrum, ſocietatem, ad augen das meſſes, & in aliis ſimiliter alias uana ſæpius curioſitate machinabantur. Solas uero recēſui, quæ non tam magum, quàm medicum redolerent. Nam & medicinam eiuſmodi uanā pluri mum fore ſuſpicor. pro aliis autem magis legitimis medicinarum confectionibus eiuſmodi mā ſiones lunæ arbitror eligendas. Atq; etiam in Ariete gradum ſextum, rurſus decimumnonum. minuta XXVI. Item in Geminis gradum decimum. minuta. Li. In Cācro gradum decimūno num. minuta XXVI. In Libra gradū ſextū. minuta XXXIIII. In Capricorno gradū decimūno num. minuta XXVI. In Aquario gradum ſecundum. minuta XVII. In eodem gradum deci mumquintum. minuta VIII. præterea ſententiam Haly mente tenēdam. Quodlibet ſignum, quandiu Sol eſt in eo, uiuum fieri, cæteris dominari. effectum eius præ cæteris euenire. ut il luc Lunam dirigas ad donum inde proprium pro medicinis ſuſcipiendum. Illuc inquam, ideſt ad ſignum, & faciem, & maxime gradum. ut ſi bona Iouis affectas, ad hæc directam Lunam erigas, uel unitam, quandiu locum eiuſmodi Sol illuſtrat, ubi proprietas iouia uiget. Similiter'q; de cæteris. Curioſum uero narratu foret, & forte noxium quas imagines, & quē admodum

quemadmodū aſſociandos, uel diſſociādos inter ſe animos, fabricabant ad afferendā felicitatē, uel inferendā calamitatē, uel uni cuidā, uel domui, uel ciuitati. Ego qdem fieri poſſe talia nō af firmo. Aſtrologi aūt fieri poſſe putant, & qūo, docent, qualia ego narrare non audeo. Porphy rius, ubi uitam Plotini magiſtri ſui deſcribit, talia fieri poſſe confirmat. Atq; olympium magū, & aſtrologum Aegyptiū narrat contra Plotinū Romæ talia tentauiſſe, dum conaret per ima gines, uel res eiuſmodi ſiderare Plotinū. Sed conatus in authorem ſuū ob excelſam Plotini ani mam fuiſſe retortos. Albertus quoq; Magnus aſtrologię pariter, atq; theologiæ profeſſor ait in ſpeculo, ubi a' licitis diſcernere ſe inquit illicita, imagines rite ab aſtrologis conſtitutas, uirtutē, effectum'q; acquirere a' figura cœleſti. Atq; ſubinde narrat mirabiles eaꝝ effectus, quales The bith Benthorad, & Ptolemæus, cæteri'q; aſtrologi pollicentur. Deſcribit'q; imagines ad calami tatem alicui, proſperitatem'q; afferendā, quas conſilio prætermitto, & interea confirmat effe ctum eas habere poſſe. Quanq; & ut uir bonus artis damnat abuſum, & ut legitim⁹ theologus orationes, ſuffumigationes'q; deteſtatur, quas impii qdam ad dæmones imaginibus fabricādis adhibuerunt. Neq; tamen reprobat figuras, & literas, dictiones'q; imaginibus impreſſas ad hoc ipſum dūtaxat, ut donum aliquod accipiant a' figura cœleſti. Quod qdem poſſe per imagines comparari Petrus Aponēſis confirmauit, immo & affirmauit regionem neſcio quā, fuiſſe de ſtructam per imaginē illam, quam Thebith narrat a' Phedice aſtrologo fabricatā. Thomas au tem Aquinas dux in theologia noſter magis iſta formidat, & min⁹ tribuit imaginibus. Tātum nāq; uirtutis dūtaxat per figuras cœlitus putat acqrere, quātum conducat ad illos effectus, quos ſolet communiter cœlū per herbas, res'q; alias naturales efficere. Non tam, quia figura talis ſit in ea materia, q̄ quoniam compoſitum tale iam poſitum eſt in certa quadā artificii ſpecie, qua lis cum cœlo conſentiat. Hæc ait in libro contra gentiles tertio. Vbi characteres, & literas figu ris additas ridet. Figuras uero non adeo, niſi pro ſignis quibuſdā ad dæmones adiungant. In libro etiam de fato ait, Conſtellationes dare ordinem eſſendi, atq; perdurandi, non ſolū rebus naturalibus, ſed etiam artificioſis, ideo imagines ſub certis conſtellationibus fabricari. At ſiqd mirabile per eas ultra conſuetos naturalium effectus nobis eueniat, in dæmonas reiicit hominū ſeductores, quod in libro cōtra gentiles perſpicue patet. Maxime uero in libello de occultis na turæ operibus. ubi uidetur ipſas etiam imagines paruipendere, quomodocunq; factas. quas & ego quatenus ipſe iuſſerit, nihilipendā. Referre autem mirabiles quoſdā effectus imaginum, in dæmonum falſitatem, nec eſt a' Platonicis alienum. Nam & Iamblichus ait eos, qui religio ne ſumma, ſanctimonia'q; poſthabita, imaginibus duntaxat confiſi, ab eis diuina ſperant mune ra, hac in re a' malis dæmonibus ſæpiſſime falli, ſub prætextu bonorum numinū occurrentibus. Contingere tamen ex imaginibus legitima aſtrologiæ ratione conſtructis naturalia quædā bo na non negat. Deniq; tutius fore arbitror medicinis, q̄ imaginibus ſe committere. Rationes'q; a' nobis de poteſtate cœleſti, pro imaginibus aſſignatas in medicinis potius, quàm in figuris ef ficaciā habere poſſe. probabile enim eſt ſiquam uim imagines habent, hanc non tam per figu rā nuper acquirere, quàm per materiā poſſidere naturaliter ſic affectam. Ac ſiquid denuo acq ritur, dum inſculpitur, non tam per figurā comparari, quàm per calefactionem contuſione qua dam prouenientem. Quæ quidem contuſio, calefactio'q; facta ſub harmonia cœleſti ſimili har moniæ, quæ quondā materiæ uirtutem infuderat, excitat uirtutem ipſam, atq; corroborat, ſi cut flatus flammam, & manifeſtam efficit ante latentem. Sicut calor ignis in aſpectum produ cit literas ſcriptas ſucco cepæ prius deliteſcentes. Atque literæ hirci adipe inſcriptæ lapidi pror ſus occultæ, ſi lapis ſubmergatur aceto, prodeunt, & quaſi ſculptæ eminentes extant. Immo ue ro ſicut tactus ſcopæ, uel arbuti ſuſcitat rabiem conſopitam, ſic forte contuſio quædam, & cale factio ſola latentem in materia uirtutem prodit facta uidelicet opportune, qua quidem cœleſtī opportunitate expedit in medicinis conficiendis uti, aut ſiquis forte tractare metalla, lapides'q; uoluerit, præſtat percutere ſolum, atq; calefacere, quàm figurare. prēter enim id, quod inanes eſſe figuras ſuſpicor, haud temere uel umbram idolatriæ debemus admittere. Item nec temere uti ſtellis, uel ſalutaribus ad morbos his ſimillimos expellendos. Hos enim ſæpe augent. Si cut noxiæ ſtellæ diſſimiles ſibi morbos aliquando minuunt, quod ſane' Ptolemæus, & Haly perſpicue docent.

De fabricanda uniuerſi figura. Cap. XIX.

Ed cur nam uniuerſalem ipſam, ideſt uniuerſi ipſius imaginem prætermittimus? Ex qua tamen beneficium ab uniuerſo ſperare uidentur. Sculpet ergo ſectator illoꝝ forte, qui poterit, formā quādam mūdi totius archetypam, ſi placebit, in ære. quam

deinde opportune in argenti lamina imprimat aurata. Sed quando potissimũ imprimet? Quãdo sol minutũ primum Arietis attigerit. Hinc.n. astrologi tanq̃ ex sui natalis reuolutione fortunam mundi eo saltem anno iminentẽ auspicant. Ille igitur in hoc ipso mundi, natali totius imprimet mundi figuram. At uides ne, q̃ belle inter differendũ mundi aliquando nati nobis succurrerit argumentũ? Siqdem quolibet anno renascitur. non ne in ipsa hominis genesi metiunt astrologi, primum in quo signo, quo gradu, quo minuto sol extiterit. Ibiq; totius figuræ iaciũt fundamentũ. Et quolibet deinceps anno, cum primum sol minutum subierit idem, quasi renatum hominem arbitrantur, atq; inde præsagiunt anni fortunã. Sicut igitur id in hoie facere non ualerent, nisi quasi renasceretur. atq; hic non posset quasi renasci, nisi fuisset aliquando natus, sic & mundũ coniicere licet, aliquando genitum, sole uidelicet sub minuto Arietis primo, tunc posito, quandoquidem per eundem quolibet anno situm, fors quædam quasi renascentis mũdi reuoluitur. Tunc igitur ille fabricabit mundi figuram. Cauebit autem ne sabbato Saturni die figurã sculpat, aut exprimat. Hoc enim die deus mũdi faber ab opere tradit quieuisse. Quod ab ideali die solis inceperat. Quantũ enim sol gñationi accõmodatus est, tantũ Saturnus ineptus. Perfecerat autem opus in Venere pulchritudinem operis absolutã significante. Sed de mũdanæ fabricæ rõnibus nihil ultra. Ioãnes enim Picus noster Mirandula diuina de genesi mũdi mysteria Moseos diuinitus his diebus expressit. Quãobrem, ut redeamus ad institutum, & ille mũdum suũ primũ die, uel hora Saturni non sculpet, sed die potius, uel hora solis. Imprimet autem in anni natali. præsertim si tũc felices accedant Iupiter, atq; Diana. Optimum uero fore putabunt præter liniamenta opificio colores inserere. Sunt uero tres uniuersales simul & singulares mũdi colores, uiridis, aureus, saphyrinus, tribus cœli gratiis dedicati. Viridis qdẽ Veneri simul atq; lunæ. Humidus uidelicet humidis, atq; nascentium proprius, accommodatus & matribus. Aureum Solis esse, colorem nemo dubitat, & ab Ioue insuper, atq; Venere nõ alienum. Saphyrinũ deniq; Ioui maxime dedicamus, cui & saphyrus ipse dicitur consecratus. Vnde & lapis lazulus hoc colore dotatus ob uirtutem iouiã contra bilem atram à Saturno profectam, apud medicos prærogatiuam habet, nascitur q̃ cũ auro aureis distinctus notis, ita comes auri, sicut Solis est Iupiter. Similem q̃ uim habet lapis armenus, colorem similẽ cum uiridi quodãmodo possidens. Expedire igitur iudicabũt ad gratiam cœlestium mũera capessenda treis potissimũ hos colores frequentissime contueri. Atq; in formula mũdi, quam fabricas, saphyrinũ colorem mũdi sphæris inserere. Operæpretium fore putabunt, aurea sphæris ad ipsam cœli similitudinem addere sydera, atq; ipsam Vestam, siue Cererem, idest terram uiridem induere uestem. Eiusmodi formulam sectator illorum uel ipse gestabit, uel oppositam intuebitur. utile uero fore spectare sphæram motibus suis præditam, qualem Archimedes quondam, & nuper florentinus qdam noster Laurentius nomine fabricauit. Neq; spectare solum, sed etiam animo reputare. Proinde in ipsis suæ domus penetralibus cubiculũ construet in fornicem actum figuris eiusmodi, & coloribus insignitum. ubi plurimũ uigilet, atq; dormiat. Et egressus domo non tanta attentione singularum rerum spectacula, quanta uniuersi figuram, colores q̃ perspiciet. Sed hæc imaginũ fictores illi uiderint. Tu uero præstantiorem in te finges imaginem, nempe cũ noueris, nec qcquam ordinatius esse q̃ cœlum, neq; temperatius aliqd cogitari, q̃ Iupiter. sperabis ita demum beneficia cœli, Iouisq; consequi, si cogitationibus, affectibus, actionibus, uictu te ipsum ordinatissimũ, temperatissimũ præstiteris. At post q̃ in mentionẽ temperantiæ cœlestis incidimus, opportunum forte fuerit recordari, nullũ inesse cœlo elementaris qualitatis excessum (ut peripatetice loquar) alioquin, siue ita compositum sit, iam esset tot seculis dissolutum, siue etiam simplex, tanta saltem magnitudine, potentia, motione cætera perdidisset. Sed profecto tanq̃ mode ratissimũ, omnia moderatur, ac diuersa commiscet in unũ. Præterea tum hac ipsa temperantia sua, tum excellẽtia formæ, diuinitus uitam meruit. Nam & res compositas, tũc demũ uitam adipisci uidemus, quando qualitatũ perfecta commistio priorem iam contrarietatẽ fregisse uidet, ut in plantis. Perfectiorem deinceps in animalibus uitã, quatenus inest eis complexio à contrarietate remotior, q̃ in plantis. In hominibus rursum eadem ratione perfectiorem, & quodãmodo iam cœlestem. Siqdem humana complexio ad cœlestẽ temperantiã iam accessit, præsertim in spiritu, q ultra substantiæ suæ subtilitatem, qualitatũ q̃ tẽperantiã, qbus cũ cœlo consentit, cœlestem quoq; lucẽ est adeptus. Hic insuper ubi maxime talis est, potissimum est cœlestis, uitam q̃ cœlestem diuinitus præ cæteris est adeptus, & quatenus se talem in omni uictu, lege q̃ uitæ efficit, atq; seruat, eatenus singularia cœlestiũ dona reportat. Quando uero dicimus non esse in cœlo ullũ elemẽtaris qualitatis excessum, intelligimus uel nullam esse ibi eiusmodi qualitatẽ, sed

tatem, sed uirtutes potius effectrices qualitatum temperatas, uel siquæ sunt illic quodãmodo similes qualitates, & quasi aeriam habere temperiem. Atq; ubi quædam illic frigida, sicca q̃ nominamus, platonica hæc accipimus ratione, idest ut frigidum appelletur, quod minimi caloris est causa, siccũ uero, quod humorem nobis exhibet minimũ. Sic astrologus Abraam Saturnũ inquit, corpus nostrum quodãmodo relinquere frigidum, atq; siccũ, quia calorem, & humorẽ affert nostro minorẽ. Eadem rõne carnes bouis, & leporis in se quidẽ calidæ, atq; humidæ nobis frigidæ sunt, & siccæ. Ex hac autẽ inductione duo hæc accipe corollaria, primũ quidem, si corpora magis deinceps temperata magis uiuunt, cœlum maxime temperatũ, q̃ maxime uiure. Immo uero uicissim ex eo, quod cœlũ exactissime temperatum absolutissimã in se uitã possidet, coniectari, ut quatenus reliqua ad temperiẽ, uitã q̃ illius accedunt, eatenus uitã sortiri præstantiorem. Alteq; uero uitã esse formã in se perfectã, perficientem q̃ corpus, motionis q̃ principium exhibentem, principiũ inquam intimum, motionis quoq; tum intrinsecus actæ, tum per omnem partem extrinsecus expeditæ. Si igitur id ipsum uita est, mente captum existimato, qui eiusmodi formam non cognouerit inesse cœlo corpore præstantissimo, circũeunte semper motione perfecta, cuncta uiuificante, magisq; illa gradatim, quæ uel ad ipsius similitudinem naturaliter propinquius accesserunt, uel quotidie huius influxibus aptius se exponunt.

Quantã imagines uim habere putent in spũm, & spũs in eas. Et de affectu utẽtis, & operantis.

Caput XX.

c Ompertũ habemus, siqs rite utat helleboro, ferarq; potenter, mutare quodãmodo exqsita purgatione, & occulta eius proprietate qualitatem spũs, corporis q̃ naturã, & ex parte motus animi, & quasi reiuuenescere, ut fermè uideat esse renatus. unde Medeã, magos q̃ tradunt herbis qbusdã reddere iuuentutẽ qsueuisse, quam non tã reddunt myrobalani, q̃ conseruant. Similem astrologi potestatem propitias habere imagines arbitrant, per quam gestantis naturam, & mores quodãmodo mutẽt, in melius q̃ restituãt, ut quasi iã alter euaserit, aut saltẽ prosperã ualetudinẽ diutissime seruent. Imagines uero noxias, aduersus gestantem habere uim hellebori præter artẽ, potentiã q̃ adsumpti, uenenosam uidelicet, atq; pestiferam. Aduersus aũt alium quẽdam, ad cuius calamitatẽ fabricatæ, intẽtæ q̃ fuerint uim ænei speculi, qcaui q̃ sic prorsus obiecti, ut collectis, repcussis q̃ in oppositũ radiis, cõminus quidẽ cõburat, eminus aũt caligare compellat. Hinc orta est historia, uel opinio, putans astrologoq; machinis, magorum q̃ ueneficiis, hoies, bruta, plantas siderari, atq; tabescere posse. Ego aũt imagines in rem distantẽ uim habere ullã non satis intelligo. Habere uero in gestantẽ nonnullã suspicor non tñ talem opinor, qualẽ pleriq; fingunt, & hanc rõne materiæ potius q̃ figuræ, atq; (ut dixi) longo interuallo medicinas imaginibus antepono. Quanq̃ Arabes, & Aegyptii tantũ statuis, imaginibus q̃ attribuunt arte astronomica, & magica fabricatis, ut spiritus stellaq; in eis includi putent. Spũs autem stellaq; intelligunt. Alii quidem mirabiles cœlestiũ uires, alii uero dęmonas etiã stellæ huius, illius ue pedisequos. Spũs igitur stellaq;, qualescũq; sint, inseri statuis, & imaginibus arbitrant, non aliter, ac dæmones soleant humana nõnunq̃ corpora occupare, per q̃ illa loq, moueri, mouere, mirabilia perpetrare. Similia quædã per imagines facere stellaq; spũs arbitrant. Putant dæmonas mũdani ignis habitatores per igneos humores, uel ignitos, similiter q̃ per ignitos spũs, & affectus eiusmodi nostris insinuari corporibus. Similiter stellarum spiritus per radios opportune susceptos, suffumigationes q̃, & lumina, tonosq; uehementes competentibus imaginũ materiis inseri, mirabilia q̃ in gestantẽ, uel propinquantem efficere posse. Quæ quidem nos per dæmonas fieri posse putamus, non tam materia certa cohibitos, quam cultu gaudẽtes. Sed hæc alibi diligentius. Tradũt Arabes spũm nostrũ, quando rite fabricamus imagines, si per imaginationẽ, & affectum ad opus attentissimus fuerit, & ad stellas, coniungi cum ipso mundi spiritu, atq; cum stellaq; radiis, per quos mundi spũs agit, atq; ita coniunctum, esse ipsum quoq; in causa, ut a spiritu mundi per radios, quidã stellæ alicuius spũs, idest uiuida quædã uirtus infundat imagini, potissimũ hominis tunc operãtis spiritui consentanea. Adiuuari quoq; suffumigationibus ad stellas accõmodatis opus eiusmodi. Quatenus suffumigationes tales aerem radios, spiritũ fabri. Imaginis materiã sic prorsus afficiunt. Ego uero odores quidem tanquam spiritui, aeri q̃ natura persimiles, & cum accensi sunt, stellarum quoque radiis consentaneos arbitror, si solares, uel Iouii sunt, afficere aerem, ac spiritum uehementer ad dotes solis, aut Iouis tunc dominantis, opportune sub radiis capiendas, atq; spiritum sic affectum, ita donatum, posse uehementiore quodã affectu, non solum in pro-

prium corpus agere, ſed propinquũ, præſertim natura conforme quidem, ſed debilius, & con/ſimili quadam afficere qualitate. Materiam uero imaginis duriorem ab odoribus, & operantis imaginatione, uix minimum quiddã ſuſcipere poſſe puto. Spiritum tamen ipſum ab odore ſic affici, ut ex ambobus unum conficiatur, quod quidem ex eo patet, quod odor non agit ulterius in olfactum, poſtquam ſatis egit. Olfactus enim, & quoduis aliud a` ſeipſo uel ſimillimo quopi am nihil patitur. Sed de his alibi. Proinde imaginationis intentionem non tam in fabricandis imaginibus, uel medicinis uim habere, quàm in applicandis, & aſſumendis exiſtimo. ut ſiquis imaginem (ut aiunt) geſtans rite factã, uel certe medicina ſimiliter utens, opem ab ea uehemen ter affectet, & proculdubio credat, ſperet'q; firmiſſime, hinc certe quãplurimus ſit adiumento cumulus acceſſur°. Nam ubi uel uirtus imaginis, ſiqua eſt, tãgentis carnem, penetrat calefacta, ſaltem uirtus in electa eius materia naturalis, uel certe medicinæ uigor intus adſumptæ, uenis, ac medullis illabitur, iouiam ſecum ferens proprietatem, ſpiritus hominis in ſpiritum eiuſmodi iouium affectu, ideſt amore tranſfertur. Vis enim amoris eſt trãsferre. Fides autem, ſpes'q; non dubia ſpiritum hominis iam ita percitum ſiſtit in ſpiritu iouio penitus, atque firmat. Quod ſi (quemadmodum Hippocrates, & Galenus docent) ægrotantis amor, fides'q; erga medicum inferiorem, exteriorem'q; ad ſanitatem plurimum conferunt, immo uero fiduciam hãc Auicen na plus inquit efficere, quàm medicinã, quantum ad cœleſtem opem conducere putãdum eſt, affectum, fidem'q; nobis erga cœleſtem influxum iam nobis inſitum, agentem intus, uiſcera pe netrantem? Iam uero amor ipſe, fides'q; erga cœleſte donum, ſæpe cœleſtis adminiculi cauſa eſt, atq; uiciſſim amor, & fides hinc aliquando forſan proficiſcitur, quod ad hoc ipſum iam no/bis faueat clementia cœli.

De uirtute uerborum, atq; cantus ad beneficium cœleſte captandum, ac de ſeptem gradibus perducentibus ad cœleſtia. Cap. XXI.

Erba præterea quædã acriore quodam affectu pronuntiata, uim circa imagines ma
u gnam habere cenſent ad effectum earum illuc proprie dirigendum, quorſum affe/ctus intenduntur, & uerba. Itaq; ad duos ardentiſſimo quodã amore conciliandos imaginem ſub luna coeunte cũ Venere in piſcibus, uel Tauro fabricabãt, multis ite/rim circa ſtellas, uerba'q; curioſius obſeruatis, quæ referre, non eſt conſilium. non enim phil/tra docemus, ſed medicinas. probabilius autem eſt effectus eiuſmodi, uel per uenereos dæmo/nas confici, his operibus, uerbis'q; gaudentes, uel per dæmonas ſimpliciter ſeductores. Nã & Apolloniũ Theaneũ ſæpe lamias deprehendiſſe, & prodidiſſe ferunt, dæmonas ſcilicet quoſ/dã ſalaces, uenereos'q;, qui formoſas puellas ſimulent, pelliciant'q; formoſos, quos, ut ſerpens elephantem ore, ſic illi illos ore uulua pariter exſugant, ac prorſus exhauriant. Sed hæc Apollo nius ipſe uiderit. In uerbis autem certis uim eſſe certã, atque magnam Origenes aſſerit contra Celſum, & Syneſius, atq; Alchindus de magia diſputãtes. Item Zoroaſter, uetans barbara uer/ba mutari. Iamblichus quoq; ſimiliter. Item Pythagorici uerbis, & cantibus, atq; ſonis mirabi/lia quædã Phœbi, & Orphei more facere conſueti. Quod hebræorum antiqui doctores præ cæteris obſeruarunt, omnes'q; poetæ miranda canunt carminibus effici. Et grauiſſimus ille Ca to in re ruſtica in curandis beſtiarũ morbis, aliquando barbaris cantionibus utitur. Sed præſtat dimittere cantiones. Concentũ uero illũ, quo adoleſcens Dauid Saulem ab inſania redimebat, niſi myſteriũ iuſſerit ad diuinitatem referri, referet forte aliquis ad naturã. Cum uero pro ſeptẽ planetarum numero, ſeptem quoq; ſint gradus, per quos a` ſuperioribus ad inferiora fit attra/ctus, uoces medium gradum obtinent, & Apollini dedicantur. Infimum quidem tenent gradũ materiæ duriores, lapides, atq; metalla, ac lunã referre uidentur. Secundum in adſcenſu locum habent, quæ ex herbis, arborum fructibus, gummis, membris animaliũ componuntur, reſpon dent'q; Mercurio, ſi ordinem in cœlo ſequimur Chaldęorum. Tertium, pulueres ſubtiliſſimi, eo rum'q; uapores ex prædictis electi, odores'q; ſimpliciter herbarum, & florum, & unguentorum ad Venerem pertinentes. Quartũ, uerba, cantus, ſoni, quæ omnia rite dedicantur Apollini mu ſicæ præ cæteris authori. Quintum, uehementes imaginationis conceptus formæ, motus, affe ctus uim martiã referentes. Sextum, rationis humanæ diſcurſiones, deliberationes'q; conſultę p tinentes ad Iouem. Septimũ, ſecretiores, ſimpliciores'q; intelligentię, quaſi iã a` motu ſeiunctę, ꝑiũctæ diuinis, deſtinatæ Saturno. Quẽ merito Sabath Hebræi noſe quietis appellãt. Quorſum hæc? Vt intelligas quẽadmodũ ex certa herbarũ, uaporum'q; cõpoſitione confecta per artẽ, tũ medicã, tum aſtronomicã reſultat cõmunis quædã forma, uelut harmonia quædam, ſyderum

dotata

dotata muneribus. ſic ex tonis primo quidem ad ſtellarum normam electis, deinde ad earun/dem congruitatem inter ſe compoſitis, communem quaſi formam fieri, atq; in ea cœleſtem ali quam ſuboriri uirtutem. Difficillimum quidem eſt iudicatu, quales potiſſimum toni, qualibus conueniant ſtellis, quales item tonorum compoſitiones, qualibus pręcipue ſyderibus, aſpecti/bus'q; conſentiant. Sed partim diligentia noſtra, partim diuina quadam ſorte non aliter id aſ/ſequi poſſumus, q̃ Andromachus in theriaca componenda diutiſſime fatigatus, ac tãdem poſt diligentiam, diuina ſorte conſecutus theriacæ uirtutem. Quod quidem cõtigiſſe diuinitus Ga lenus, & Auicenna confirmant. Immo uero totam medicinam exordium a` uaticiniis habuiſſe teſtis eſt Iamblichus, atq; Apollonius Theaneus. Ideo'q; Phœbum uatem medicinę pręponũt. Tres uero potiſſimum regulas ad hoc afferremus, ſi prius admonuerimus, ne putes nos in p̃ſen tia de ſtellis adorandis loqui, ſed potius imitandis, & imitatione captãdis. Neq; rurſum de do/nis agere credas, quæ ſtellæ ſint electione daturæ, ſed influxu potius naturali. Ad quem profe/cto multiplicem, & occultum, ita nos exquiſitis ſtudemus modis accommodare, ſicut quotidie ad manifeſtum ſolis lumen, calorem'q; ſalubriter excipiẽdum nos ipſos accõmodamus. Apta re uero ſeipſum ad occultas dotes eius, atque mirificas, ſolius ſapientis eſt officium. ſed iam ad regulas cantum ſyderibus accommodaturas perueniamus. Prima eſt exquirere, quas in ſe ui/res, quos'ue ex ſe effectus ſtella quælibet, & ſydus, & aſpectus habeant, quæ auferant, quæ fe/rant. Atque uerborum noſtrorum ſignificationibus hæc inſerere, deteſtari quæ auferunt, pro/bare, quæ ferunt. Secunda conſyderare, quæ ſtella cui loco maxime, uel homini dominet. De/inde obſeruare qualibus communiter hæ regiones, & perſonæ tonis utantur, & cantibus. Vt ipſe ſimiles quoſdam una` cum ſignificationibus modo dictis adhibeas uerbis, quæ ſyderibus eiſdem ſtudes exponere. Tertia, ſitus, aſpectus'q; ſtellarum quotidiãos animaduertere, atq; ſub his explorare, ad quales potiſſimum ſermones, cantus, motus, ſaltus, mores, actus ĩcitari homi/nes pleriq; ſoleant, ut talia quædam tu pro uiribus imiteris in cantibus, cœlo cuidam ſimili pla/cituris, ſimilem'q; ſuſcepturis influxum. Memento uero cantum eſſe imitatorem omnium potẽ tiſſimum. Hic enim intentiones, affectiones'q; animi imitat', & uerba, refert quoq; geſtus, mo/tus'q; corporis, & actus hominum, atq; mores. Tam'q; uehementer omnia imitatur, & agit, ut ad eadem imitanda, uel agenda. tum cantantem, tum audientes ſubito prouocet. Eadẽ quoq; uirtute quando cœleſtia imitatur, hinc quidem ſpiritum noſtrum ad cœleſtem influxum, inde uero influxum ad ſpiritum mirifice prouocat. Iam uero materia ipſa concẽtus purior eſt admo dum, cœlo'q; ſimilior, q̃ materia medicinæ. Eſt enim aer, & hic quidem calens, ſiue tepens, ſpi rans adhuc, & quodammodo uiuens ſuis quibuſdam articulis, artubus'q; compoſitus, ſicut ani mal, nec ſolum motum ferens, affectum'q; præferens, uerum etiam ſignificatum afferens quaſi mentem, ut animal quoddam aerium, & rationale quodammodo dici poſſit. Concentus igit' ſpiritu, ſenſu'q; plenus. ſ. forte tum ſecundum eius ſignificata, tum ſecundum eius articulos, atq; formam ex articulis reſultantem, tum etiam ſecundum imaginationis affectum, huic ſyderi re/ſpondeat, aut illi, non minorem inde uirtutem, q̃ quælibet alia compoſitio traiicit in cantantẽ, atq; ex hoc in proximum auditorem. Quousq; cantus uigorem ſeruat, ſpiritum'q; canentis, Prę ſertim ſi cantor ipſe ſit natura phœbeus, uehementem'q; habeat uitalem cordis ſpiritum, atque inſuper animalem. Sicut enim uirtus, ac ſpiritus naturalis, ubi potentiſſimus eſt, mollit ſtatim, liquefacit'q; alimenta duriſſima, atq; ex auſteris mox dulcia reddit, generat quoq; extra ſe ſemi nalis ſpiritus productione propaginem, ſic uitalis, animalis'q; uirtus ubi efficaciſſima fuerit, ibi intentiſſima quadam ſui ſpiritus per cantum, tum conceptione, agitatione'q; in corpus propriũ potenter agit, tum effuſione, mouet ſubinde propinquum, afficit'q; cum ſuum, tum alienum ſy derea quadam proprietate, quam tum ex ipſa ſui forma, tnm ex electa temporis opportunitate concepit. Hac utiq; ratione orientales, meridionales'q; multi, præcipue Indi admirandã ferun/tur in uerbis habere potentiam, utpote qui magna ex parte ſolares ſunt, uim'q; non naturalem dico, ſed uitalem, & animalem habent ferme omnium potentiſſimã. Et quicunq; in regionibus aliis maxime ſunt phœbei. Cantus autem hac uirtute, opportunitate, intentione conceptus ferme nihil aliud eſt, quàm ſpiritus alter nuper penes ſpiritum tuum in te conceptus, factus'q; ſo laris, & agens tum in te, tum in proximum, poteſtate ſolari. Si enim uapor, & ſpiritus quidam aliquando per radios oculorum, uel aliter foras emiſſus faſcinare, inficere, alter'q; afficere pro/ximũ poteſt, multo magis id ualet ſpiritus ab imaginatione, corde'q; ſimul uberior profluens, & feruentior, motu'q; ualentior. Vt non omnino mirum ſit, morbos quoſdam animi, atq; cor/poris ſic auferri poſſe aliquando, uel inferri. præſertim quoniam ſpiritus eiuſmodi muſicus pro

prie tangit, agitq; in ſpiritum, inter corpus, animā'q; medium, & utrūq; affectione ſua prorſus afficientem. Mirabilē uero in concitato, canente'q; ſpiritu uim eſſe cōcede, ſi Pythagoricis, Platonicis'q; conceſſeris cœlum eſſe ſpiritum motibus tonisq; ſuis omnia diſponentem. Memento uero totam procedere muſicam ab Apolline. Atq; eatenus Iouem eſſe muſicum, quatenus eſt cum Apolline concors. Venerem inſuper, & Mercurium muſicam uicinitate Apollinis reportare. Item ad hos quatuor duntaxat attinere concentus. Tres uero reliquos uoces quidem habere non cantus. Iam uero uoces, tardas, graues, raucas, querulas Saturno tribuimus. Marti uero contrarias, ueloces, acutas'q;, & aſperas, & minaces. Medias uero lunæ. Concentus autem Ioui quidem graues, & intentos, dulces'q;, & cum conſtantia lætos, contra Veneri cum laſciuia, & mollicie, uoluptuoſos cantus adſcribimus. Inter hos uero medios ſoli tribuimus, & Mercurio. Si una` cum gratia, ſuauitate'q; ſunt uenerabiles, & ſimplices, & intenti, Apollinei iudicantur. Si una` cum iucunditate remiſſiores quodāmodo ſunt, ſtrenui tamen atq; multiplices, Mercuriales exiſtunt. Tu igitur horum quatuor unūquēq; cantibus tibi ſuis conciliabis, præſertim ſi competentes cantibus ſonos adhibeas, adeo ut cum eorum more opportune canendo, & ſonando clamaueris, reſponſuri protinus uideant, uel inſtar Echo, uel ſicut chorda quædā in cithara tremens, quoties uibratur altera temperata ſimiliter. Atq; ut uult Plotinus, & Iamblichus, ita naturaliter id tibi continget e` cœlo, quemadmodum uel ex cithara reboatus, ſiue tremor, uel ex oppoſito pariete fit Echo. Profecto quoties ex frequenti quodam uſu, harmoniæ iouiæ, uel mercuriales, uel uenereæ, factæ uidelicet his regnantibus, ſpiritus tuus ad hoc ipſum attentiſſime canens, harmoniæ'q; ꝓformatus euadit iouius, uel mercurialis, uel uenereus. Interea phœbeus euadit. Siquidem Phœbi ipſius muſicæ ducis uirtus in omni conſonantia uiget. Atq; uiciſſim ex cantu, ſonoq; phœbeo ipſe phœbeus euadens, uirtutem Iouis interim tibi uendicas, & Veneris, atq; Mercurii. Rurſus'q; ex ſpiritu ſic intus affecto, ſimiliter afficis animā, atq; corpus. Memento uero orationem apte, & opportune compoſitam, & affectu, ſenſu'q; plenā, atq; uehementem ſimilem cantibus uim habere. Quantam in orando potentiā Damis, & Philoſtratus habere ſacerdotes quoſdam Indos narrent, referre non expedit, nec etiam quibus uerbis Apollonium euocaſſe manes Achillis affirment. Non enim loquimur nunc de numinibus adorādis, ſed de naturali quadam poteſtate ſermonis, & cantus, atque uerborum. Eſſe uero phœbeam, medicā'q; in ſono, & eo quidē certo, potētiam, ex eo patet, quod qui in Appulia tacti phalāgio ſunt, ſtupent omnes, ſemianimes'q; iacent, donec certum quiſque, ſuumq; ſonum audiat. Tunc enim ſaltat ad ſonum apte, ſudat'q; inde, atq; cōualeſcit. Ac ſi poſt annos. X. ſimilem audiuerit ſonum, ſubito concitatur ad ſaltum, Sonū uero illū ex indiciis eſſe phœbeū, iouialē'q; coniicio.

Quomodo ſeptem modis nos cœleſtibus accommodare poſſumus, & quibus Saturnus ſit maleficus, quibus propitius, quos Iupiter a` Saturno defendat, quomodo cœlum agat in ſpiritum, & corpus, & animam. Caput XXII.

Quoniam uero cœlum eſt harmonica ratione compoſitum, mouetur'q; harmonice, & harmonicis motibus, atque ſonis efficit omnia, merito per harmoniam ſolam, non ſolum homines, ſed inferiora hæc omnia pro uiribus ad capienda cœleſtia præparantur. Harmoniam uero capacem ſuperiorum per ſeptem rerum gradus in ſuperioribus diſtribuimus. per imagines uidelicet (ut putant) harmonice conſtitutas, per medicinas ſua quadam conſonātia temperatas, per uapores, odores'q; ſimili concinnitate confectos, per cantus muſicos, atq; ſonos, ad quorum ordinem, uim'q; referri geſtus corporis, ſaltus'q;, & tripudia uolumus. Per imaginationis conceptus, motus'q; concinnos, per congruas rationis diſcurſiones, per tranquillas mentis contemplationes. Sicut enim corpus per harmoniam quotidie ſuam, ideſt per ſitum, & habitum, & figuram opportune lumini, calori'q; ſolis exponimus, ſic & ſpiritum occultis ſtellarum uiribus comparandis, per ſuam quādam ſimilem harmoniā, imaginibus (ut opinantur) & certe medicinis, odoribus harmonice compoſitis comparatam. Et deniq; per ſpiritum ſuperis, ita paratum, ut ſæpe iam diximus, animam eiuſdem exponimus atq; corpus. Animam inquam quatenus affectu ad ſpiritum inclinatur, & corpus. In anima uero nunc imaginationem, rationem, mentem ponimus. poteſt utiq; imaginatio noſtra, uel propter qualitatem, motum'q; ſpiritus, uel per electionē noſtram, uel etiam utriq; ita diſponi, cōponi, conformari Marti, Soli'ue, ut ſit eueſtigio proprium influxus phœbei, uel martii ſuſcepta culum. Similiter ratio, uel per imaginationē, ſpiritum'q; ſimul, uel per deliberationē, uel utriq;,

ſic ad Iouem imitatione quadam comparare ſe poteſt, ut multo magis ob dignitatem, propinquitatem'q; ſuam ipſa Iouem capiat, & munera Iouis quàm imaginatio, ſiue ſpiritus, quemadmodum imaginatio, ſpiritus'q; eadem ratione multo magis cœleſtia capiunt, quàm res, & materiæ quæuis inferiores. Mens deniq; contemplatrix, quatenus ſe ipſam non ſolum ab iis, quæ ſentimus, ueꝝ etiam ab eis, quæ imaginamur, comiter, moribus'q; argumentamur humanis, ſe uocat, & affectu, intentione, uita ad ſeparata ſe reuocat, Saturno quodammodo ſe exponit. Huic ſoli propitius eſt Saturnus. Sicut enim ſol animalibus quidem nocturnis inimicus ē, diurnis autem eſt amicus, ita Saturnus hominibus uel uulgarem palàm uitā agentibus, uel fugientibus quidem uulgi conſuetudinem, uulgares tamen affectus non dimittentibus, eſt aduerſus. Vitam nanq; communem conceſſit Ioui, ſperatam uero ſibi uendicauit, atq; diuinam, mentibꝰ autem hominum re uera hinc pro uiribus ſegregatis, tanquam ſibi cognatis quodammodo eſt amicus. Nā & ſpiritibus ſublimē habitantibus aerē ipſe Saturnus (ut platonice loquar) eſt pro Ioue, ſicut Iupiter hoībus cōem agētibꝰ uitā eſt iuuans pater. Nullis uero Saturnus eſt ifenſior, quàm hominibus contem platiuam uitam ſimulantibus quidem, nec agentibus. Hos enim nec Saturnus agnoſcit, ut ſuos, nec Iupiter ipſe Saturni temperies adiuuat eos, qui communes hominum leges, mores'q; & commercia fugiunt. Hæc enim ſibi Iupiter uſurpauit (ut aiunt) ligato Saturno. Segregata Saturnus. Quamobrem Lunares illi populi, quos Socrates in Phedone deſcribit, eminentiſſimam terræ ſuperficiem, & altiorem nubibus habitantes, uiuētes ſobrii admodum, frugibus'q; contenti, & ſecretioris ſapientiæ ſtudio, religioni'q; dediti, Saturni felicitatem guſtant, uitam'q; agunt ita proſperam, tam longæuam, ut non tā mortales homines, q̄ immortales dæmones habeantur. quos heroas multi nominant, aureum'q; genus Saturnio quodam ſeculo, regno'q; gaudens. Quod forſan aſtrologos arabes uoluiſſe puto. Vbi aiunt ultra lineam ęquinoctialem ad meridiem eſſe ſubtiliſſimos habitatores quoſdam dæmonas, qui nec oriri uideantur, neq; mori, ibiq; poteſtatem habere Saturnum, caudam'q; draconis. Quod ſane` confirmare uidet Albumaſar in libro Sadar dicens quaſdam Indiæ regiones Saturno ſubiectas eſſe, ibiq; homines eſſe ualde longæuos, ac ſenio plurimum extremo decedere. Rationē'q; aſſignat, quoniam Saturnus non lędat domeſticos, ſed externos. Tu uero poteſtatem Saturni, ne negligas. Hunc enim ferunt Arabes omnium potentiſſimum. Planetas ſane` uires eorum ſubire, ad quos accedunt. Omnes uero ad eum accedere potius, q̄ uiciſſim, planetas'q; coniūctos illi, natura illius agere. Eſt enim ipſe inter planetas orbis ampliſſimi caput. Quilibet ſane` planeta ſui orbis caput eſt, & cor & oculus. Saturnus item ſtellis proximus eſt innumeris, primo'que mobili q̄ſimillimus, longum agit circuitum. Eſt altiſſimus planetaꝝ. Vnde felicem eum uocant, cui ille feliciter aſpirauerit. Et q̄uis eum tanquā a` cōi uita hominum alienum plerunque maxime uereantur, placari tamen etiam cōi uitæ putant, ſiquando plurimam in aſcendēte poteſtatem, dignitatem'q; habuerit, aut Iupiter eum ſuus feliciter aſpexerit, uel in ſuis finibus excellenter acceperit. Alioquin influxus illius importune ſuſceptus in materia pręſertim craſſa, fit quaſi uenenum, ſicut & ouum putrefactione, uel aduſtione fit uenenoſum. Vnde naſcunt, uel euadunt immundi quidam, ignaui, triſtes, inuidi, dæmonibus immundis expoſiti. quorum commercium procul effugito. Nam Saturni uenenum alibi quidem ſopitum latet, ceu ſulfur a` flamma remotum. In uiuentibus uero corporibus ſæpe flagrat, atq;, ut ſulfur accenſum, non cōburit ſolū, ſed uapore etiam noxio omnia circūimplet, atq; inficit propinquantes. Contra influxum eius hominibus cōmuniter peregrinum, & quodāmodo diſſonum nos armat Iupiter, tū naturali qualitate ſua, tum alimētis, medicinis'q; certe ſuis, atq; (ut putāt) etiā imaginibus, tū etiam moribus, negotiis'q;, & ſtudiis, atq; rebus ad ipſum proprie pertinētibus. Noxium uero influxum Saturni effugiunt, ſubeunt'q; propitium, nō ſolum, qui ad Iouem cōfugiunt, ſed etiā qui ad diuinam contemplationem ab ipſo Saturno ſignificatam, tota mente ſe conferunt. Hoc enim pacto malignitatē fati deuitari poſſe Chaldæi, & Ægyptii, atq; Platonici putant. Cū enī cœleſtia nolint eſſe corpora uana, ſed diuinitus animata, atq; inſuper mentibus recta diuinis, nimirum illinc ad homines non ſolum q̄plurima ad corpus, & ſpiritum pertinentia, ſed multa ēt bona quodāmodo in animam redundantia proficiſci uolunt, non a` corporibus in animam, ſed ab animis. Magis autem hęc plura'q; eiuſmodi a` mentibus ſuperioribus cœlo profluere. Inter hæc, ſi rōnes oēs aſſignare uolueris, quibus adductus Moſes otium ſabbati mandauit Hebræis, forſan ultra ſublimiorem, ſecretiorem'q; allegoriā inuenies Saturni diem, actionibus ciuilibus, bellicis'q; ineptum, contemplationibus aptum, eoq; die diuinum contra diſcrimina patrociniū obſecrandum. Quod quidem impetrari poſſe aduerſum Martis, & Saturni minas Habraam, &

Samuel, & plures Hebræorum aſtrologi, eleuatiõe mentis in Deum, uotis'q́, & ſacrificiis con
ſitentur, præceptum illud chaldæum confirmantes, ſcilicet ſi mentem ad pietatis opus ardentẽ
erexeris, corpus quoq; caducum ſeruabis. Conſyderatu dignum eſt illud Iamblichi, cœleſtia,
mundana'q; numina uires quaſdam in ſe ſuperiores, nonnullas inferiores habere. Per has qui-
dem effectibus nos fatalibus deuincire, per illas autem uiciſſim ſoluere nos a` fato, quaſi claues
(ut inquit Orpheus) ad aperiendum habeãt, & claudendum. Multo igitur magis diuinitas mũ
do ſuperior a` fatali neceſſitate nos redimit. Exploratu quoq; digniſſimum eſt hebraicum illud
in mactãdis animalibus, rebus'q; noſtris ſacrificio diſſipandis mala cœlitus imminentia a nobis
ad noſtra deflecti. Sed hæc Pico noſtro exploranda relinquimus. Deniq; ubicunq; dicimus cœ
leſtium ad nos dona deſcendere, intellige tum corpoꝝ cœleſtiũ dotes in corpora noſtra uenire
per ſpũm noſtrum rite paratum, tum eadẽ, prius etiam per radios ſuos influere in ſpiritum na-
turaliter, uel quomodocũq; illis expoſitum, tum etiã animaꝝ cœleſtium bona, partim in eũdẽ
ſpũm per radios proſilire, atq; hinc in noſtros animos redũdare, partim ab animis eorũ, uel ab
angelis in animos hominum illis expoſitos peruenire. Expoſitos inq̃ non tam naturali quodã
pacto, quam electione arbitrii liberi, uel affectu. Summatim uero quicũq; uoto, ſtudio, uita, mo
ribus beneficentiam, actionem, ordinem cœleſtium imitantur, eos exiſtimato tanquã ſupernis
ſimiliores, ampliores illinc dotes accipere. homines autem artificioſe cœleſtiũ diſpoſitioni diſ
ſimiles, atq; diſcordes, & clam eſſe miſeros, & deniq; palam infelices euadere.

¶ Vt proſpere uiuas, agasq;, in primis cognoſce ingenium, ſydus, genium tuũ, & locum eiſdẽ
conuenientem. hic habita, profeſſionem ſequere naturalem. Cap. XXIII.

q Vicũq; ſanæ mentis, ſuiq; compos naſcitur, eſt a` cœlo ad honeſtum aliquod opus,
& uitæ genus naturaliter inſtitutus. Quiſquis igitur cœlum optat habere propitiũ,
hoc opus, hoc genus in primis aggrediatur, hoc ſedulo proſequatur. Cœlum enim
ſuis fauet inceptis. Ad hoc ipſum uero præ cæteris es natura factus, quod primum
a` teneris annis agis, loqueris, fingis, optas, ſomnias, imitaris, quod tentas frequentius, quod fa
cilius peragis, quo ſummopere proficis, quo prę cæteris delectaris, quod relinquis inuitus. Hoc
eſt ſane`, ad quod te cœlum, rector'q; cœli genuit. Eatenus igitur tuis fauebit inceptis, & aſpira-
bit uitæ quatenus genitoris ipſius auſpicia proſequeris. præſertim ſi uerum ſit platonicũ illud,
in quo tota conſentit antiquitas, unicuiq; naſcenti eſſe dæmonem quendã uitæ cuſtodem ipſo
ſuo ſydere deſtinatum. Qui & ad hoc ipſum officium adiuuet, cui naſcentem cœleſtia deputa-
runt. Quicunq; igitur per argumenta, quæ modo diximus, ſuum ingenium perſcrutatus, ita na-
turale ſuum opus inueniet, inuenerit ſimul ſuum ſydus, & dæmonem. Quoꝝ exordia ſequens,
aget proſpere, uiuet'q; feliciter. Alioquin & fortunam experietur aduerſam, & cœlum ſentiet
inimicum. Duo igitur ſunt præ cæteris hominum infortunatorum genera, Alterum eorum, qui
nihil profeſſi, nihil agunt. Alterum eorum, qui profeſſionem ingenio alienã ſubeunt, genio'q;
contrariam. Illi quidem ignauia torpent, interim ad actiones incitante cœlo ſemper agente.
Hi, dum aliena a` patronis cœleſtibus agunt, fruſtra laborãt ſupernis deſtituti patronis. primum
quidem antiquo prouerbio confirmatur. Dei adiuuant facientes, ignauis autem infenſi ſunt.
Secundum prouerbio ſimili. Nihil agas inuita Minerua. Ob hãc arbitror rationem Iouem in
Pythagoricis carminibus obſecrari, ut uel ipſe tot malis leuet genus humanum, uel ſaltem quo
duce dæmone utamur, oſtendat. proinde operæpretium fuerit indagare, ad quam potiſſimum
regionem habitandam, & excolendam te tuum ſydus, dæmon'q; tuus ab initio deſignauerit.
Ibi enim magis aſpirant. Ea uero eſt, inq̃, primum profectus ſpũs tuus quodãmodo recreatur,
ubi ſenſus uegetior permanet, ubi corporis habitudo ualidior, ubi magis pleriq; fauent, ubi uo
ta ſuccedunt. Hæc igitur experire. Hanc regionem elige. Hanc cole feliciter. Hinc uidelicet di-
ſceſſurus infelix, niſi & rediturus, & ad ſimilia pergas. Sed interea frequentibus in hac regio-
ne motibus te exerce, gyros'q; quoſdam cœleſtium inſtar agito. Motu enim, circuitu'q; eiuſmo-
di genitus ſimilibus conſeruabere. Quantum præterea ad habitationem pertinet, utiliter recor
dabere, ſicut alimenta uitæ neceſſaria. rus quidem urbi ſuppeditat, urbs uero conſumit. Sic &
ipſam uitam ruſticatione frequenti, ubi tędium te minime ceperit plurimum augeri. Sed urba-
no cum otio, tum negotio conteri. Quantum uero ad habitationem ſimul, & profeſſionem ſpe
ctat, illud orientalium aſtrologorum minime contemnendũ, uidelicet mutatione nominis pro-
feſſionis, habitus, uictus, loci, cœleſtem influxũ nobis tum in melius, tum in deterius ꝑmutari.

Dæmones

Dæmones quoq; uel commutari, uel ad eoſdem aliter hic, & alibi nos habere, Platonici iudica
bunt. Dæmonẽ uero uniuſcuiuſq; cuſtodem aſtrologi cum Platonicis geminum eſſe poſſe con
ſentiunt, alterum quidem genituræ proprium, alterum uero profeſſionis. Et quoties profeſſio
cum natura conſentit, eundem utriuſq; dæmonem, uel certe ſimillimum nobis adeſſe, uitã'q;
inde noſtram magis ſecum fore concordem, atq; tranquillam, ſin autem profeſſio diſſidet ab
ingenio, dęmonem acquiſitum arte eſſe a`genio naturali diſcordem, uitam'q; laborioſam, atq;
ſolicitam. Qualis autem unicuiq; dæmon ab ipſa generatione præſit cupientibus inuenire,
Porphyrius regulam inueſtigat ex planeta domino genituręe. Iulius Firmius planetam genituręe
dominum eſſe inquit, uel eum, qui plures illic habeat dignitates, uel ex firmiori ſentẽtia potius,
eum, cuius domicilium mox petitura ſit luna poſt ſignum, quod homine naſcẽte iam tenet. Sed
dæmonem non eadem regula putat inueſtigandum. Verum ex Chaldæorum opinione a` Sole
potius aut luna. A` Sole quidem ad Lunam in natiuitate diurna, a` Luna uiciſſim ad Solẽ in na-
tiuitate nocturna. Vt computato inter hæc interuallo, æquale ſpatium peragas ab aſcendentis
gradu deſcendẽs, & in quem terminum deſinis animaduertas. Cuius enim ſtellæ eſt ille termi
nus, eiuſdem eſſe dæmonem arbitrantur. Summatim uero a` domino genituræ ſimul, atq; dę-
mone tenorem uitæ, fortunam'q; perpendere ſolent. Fortunam adiunxi, quoniam nonnulli par
tem fortunæ eadem ferme` computant ratione. Optabant ueteres ſuum ad ſe dęmonem ab ali
quo cœli cardine deſcendiſſe ab oriente uidelicet, uel occidente, uel medio utrinq; cœlo, aut ſal
tem ab undecima uel quinta plaga. Vndecima quidem medio ſupra caput noſtrum cœlo ſucce
dit, ac bonus dæmon cognominatur, & aſcendentem ab oriente gradũ aſpicit ex ſextili. Quin
ta uero cœlo antipodum medio ſuccedit, appellatur'q; bona fortuna, & aſcendentem gradum
contuetur ex trino. Optabant tertio loco, dęmonem, ſi modo a` cadenti, plaga uenerit, ſaltem
uel a`nona ueniſſe, uel a` tertia. Nona enim appellatur deus, tertia uero dea. Et illa aſcendentẽ
gradum ex trino hæc aſpicit ex ſextili. Cadentes uero duodecimã, atq; ſextam exhorrebant. Illã
ſane` malum dæmonem, hanc malam fortunam cognominantes. Nos autem optare præterita
ſuperuacuum arbitrati, monemus eaſdem plagas, quas illi pro dęmonibus, fortunis'q; optabãt,
obſeruari pro planetis, & ſtellis ad opus efficiendum accommodandis, ut uel ſint in angulis,
aut in duabus, quas diximus, ſuccedentibus, aut ſaltem in duabus duntaxat cadentibus, quas an
tea nominauimus. Neq; enim ab re Solem nona gudere dicunt, Lunam tertia, Iouem undeci-
ma, Venerem uero quinta. Hæ nanq; gradum conſpiciunt adſcendentem. Sed redeamus ad in
ſtitutum. Siue igitur ab illa, quam in ſuperioribus narrabam, experientia, diligentia'q;, ſiue ab
hac arte, quam modo recenſui, primum inueſtigemus naturæ, dæmonis'q; inſtinctum, infortu-
natum eſſe cenſebimus, qui officium nullum profitetur honeſtum. Nam & ducem profeſſiõis
re uera non habet, qui opus honeſtum non aggreditur, & ducem naturalem uix ullum habet,
quoniam ſtellarum, dæmonum'q;, ſiue angelorum ducum diuinitus ad cuſtodiã diſpoſitoꝝ offi
cium eſt agere ſemper & excellenter, atq; latiſſime. Infortunatũ iſuper eum (ut ſupra diximus)
q̃ profeſſione naturæ contraria, diuerſum a` genio ſubit dęmonem. Memento uero pro dignita
te profeſſionum digniores gradatim accipi dæmones, ſeu mauis angelos, atq; in gubernatione
publica etiam digniores. Poſſe uero artem, uitę'q; tenorem accipi genio, & ingenio non cõtra
rium, neq; longe diuerſum, etiamſi ad excellentiora proceſſeris. Memento rurſus familiaritatẽ
eorum inire, quibus gratiæ cœleſtes afflant. Quod ex bonis animi, corporis, fortunæ perpen-
des. Sicut enim odor ex muſco, ſic ex bono boni non nihil exhalat in proximum, ac ſæpe perſe
uerat infuſum. Mirificus autem foret cetus trium felicium, uel duorum inter ſe mirabiliter redũ
dantium. Memento deniq; effrenatos, & impudentes, & malignos, ac infelices procul fugere.
Hi nanq; malorum pleni dæmonum uel radiorum, malefici ſũt, & tanquã leproſi, peſtilẽtes'q;
non ſolum tactu nocent, ſed propinquitate etiam et aſpectu. Sane` propinquitas ipſa corporum
animatorum putatur eſſe contactus, propter efficacem uaporum exhalationem foras a` calore,
ſpiritu, affectu manantem. Maxime uero peſtilens erit flagitioſorum familiaritas, atq; crudeliũ,
ſi uerum fuerit, poſt uegetalem uitam menſe Iouis. i. ſecundo nobis infuſam, deinceps menſe
Martis. i. tertio ſenſualem animam infundi perturbationibus mancipatam. Sic enim qui pertur
batione feruntur, Martis pleni martiali contagione propinquos inficiunt. Contraria uero rõne
coſuetudo frequens, contiguum'q; commercium cum felicibus, excellentibus'q; (ut diximus) ꝑ-
deſſe mirifice conſueuit. Apollonium Theaneũ ferunt, Epheſi deꝑhendiſſe ſenem, ſub cuius fi
gura lateret dæmon, qui ſola præſentia totam ciuitatem peſte contaminabat. Quantum uero
Socrates multis præſentia ſola profuerit, Xenophon, & Plato teſtantur.

Qua ratione literati cognoscant ingenium suum, sequanturq; victum spiritui consentaneum. Caput XXIIII.

Quoniam uero literarum studiosis loquor, recordari unum quēq; uolo literarū amore captum in primis se esse mercurialem, præterea solarem quatenus ipse Mercurius est solaris. Atq; hæc communis his omnibus est conditio. Proprie uero præter naturam mercurialem quisquis eloquii gratia, lepore, dignitate, uenustate pollet. Apollinem in se agnoscat, & Venerem. Qui ad leges, uel naturalem, communem'q; philosophiā est propensior, non ignoret Iouem se habere patronum. Sed qui ad secretissima quæq; curiosius perscrutanda penitus instigatur, sciat se non mercurialem esse, sed saturnium. Sub cuius etiam principatu sunt omnes in quouis studio usq; ad finem seduli. præsertim in rebus aliis negligentes. Deniq; si uerum est, quod nonnulli tam physici, quàm astronomi tradunt, animam intellectu præditam in conceptum humanum mense Solis, idest quarto descendere, qui plurimū intellectu uiuunt, & ab initio sunt præcipue, & quotidie solares euadunt. Horum itaq; planetarū fauor his hominibus auspicandus erit. Sub eorum spiraculo medicinæ conflandæ. In eorum regionibus habitandum. Verum ad Apollinem musarum ducem in primis uos o' literati musarum cultores aduoco. Quicunq; igitur inter uos dilectissimi in musarum amore fratres, ingenio multo magis, longius'q; quàm corpore ualēt, ii profecto sciant in genitura quondam sua Phœben quidem materiam suppeditasse perpaucam, Phœbeum uero spiritum infudisse quamplurimum. Immo & quotidie humores, alimenta'q; in corpore in spiritum maxima quadā ex parte resoluere. Vnusquisq; igitur uestrum totus est ferme` spiritus. Spiritalis inquam homo quidā terreno hoc corpusculo personatus. Spiritum ante alios perpetuo quodam labore fatigans, ut ipsi præ cæteris sit assidue spiritus recreandus, & in senectute præterea, in qua cōmuniter euadit crassior, ad subtilitatem propriam reuocandus. Scitis profecto crassum corpus crassis elemētis quatuor ali. Scitote igitur spiritale corpus suis quibusdam tenuibus elementis quatuor enutriri. Huic enim uinum est pro terra, odor ipse uini uicem gerit aquæ. Cantus rursum, & sonus agit aerem. Lumen autem præfert igneum elementum. His ergo quatuor præcipue spiritus alitur, uino inquam, eius'q; odore, & cantu similiter, atq; lumine. Sed nescio quomodo ab Apolline primum exorsi, incidimus mox in Bacchū. Et merito quidem a` lumine peruenimus in calorem, ab ambrosia in nectar, a` ueritatis intuitu in ardētem ueritatis amorē. Fratres certe sunt indiuidui'q; comites Phœbus, atq; Bacchus. Ille quidem duo potissimū uobis affert, lumen uidelicet, atq; lyram. Hic item præcipue duo, uinum, odorem'q; uini ad spiritum recreandum. Quorum usu quotidiano spiritus ipse tandem phœbeus euadit, & liber. Quamobrem ita uos ad excipiendum solis lumen quotidie comparate, ut quatenus deuitata destillatione quadam, & exsiccatione fieri potest, frequentissime sub luce uiuatis, saltem in conspectu lucis, tum eminus, tum comminus, tum tecti, tum aperti ad usum ubiq; uestrum uitalem solis potentiam temperantes, atq; igne referentes in nocte solem, citharæ, cantus'q; interim non obliti. Spirate uero semper & uigilantes, & dormientes aerem uiuum, aerem luce uiuentē. Similiter habere uos oportet ad merum Bacchi donum Apollinis beneficio procreatum. Eadem igitur proportione qua lumen, accipite uinum, abunde quidem quatenus nec destillatio, nec exsiccatio, qualē dixi, ebrietas'ue contingat. Atq; præter substātiam uini quotidie bis acceptam, odorem eius frequentius haurite, partim quidem os, ubi spiritus fuerit recreandus, colluentes mero, partim lauantes eodem manus, partim naribus, & temporibus admouentes. Satis iam fratres collocuti sumus, satisq; combibimus. Ergo ualete.

¶ Astronomica diligentia in liberis procreandis. In præparandis epulis. In ædificiis, & habitatione, atq; uestibus, & quantum curare talia liceat. Caput XXV.

Ed iuuat etiam parumper alloqui seuerum religionis antistitem. Dic age quid nam in astrorum usu damnas antistes? Quicquid inquies, arbitrio nostro detrahit, quicquid unius dei cultui derogat. Eadem ego tecum non damno solum, sed etiam ual de detestor. Execraris quinetiam scio, atque ego insuper perhorresco nonnullos, qui, cum deum exoratum uolunt, ad Iouem in medio cœlo uastum illud draconis caput subeūtem tam miseri, quàm stulti confugiunt, ab ipso uidelicet dracone, qui quondam e` cœlo corruit, tertiam stellarum partem secum trahens, deniq; deuorandi. Verum concedes'ne, contractibus, matrimoniis, colloquiis, itineribus, similibus'q; operibus peragendis, horas opportunas eligere? Non

gere? Non facile te his assensurum uideo, nescio quid arbitrio metuētem. Ego igitur, etsi theologus ille magnus Albertus ista dabit. Et ratio quædam forte dictabit, per electionem ipsam ad arbitrium pertinentem, cœlestia, ita prudentiæ nostræ usui subiici, quemadmodum herbæ medico subministrāt, tibi tamen potius in præsentia credam. Et quàm tu difficile nunc ea permittis, tam facile ipse dimittam. Obseruationes uero Lunæ, ideo'q; aliarum stellarum ad morbos curandos, & idcirco ad remedia præparanda iādiu (ut arbitror) permisisti. Concessum quoque abs te, & insuper approbatum, crescente luna, eadem'q; aucta lumine, nec aliunde infortunata, seminibus agros spargere, uites, oleas'q; serere. Cur non igitur ad plantandū (ut cynice loquar) hominem utamur beneficio Lunæ, Iouisq;, & Phœbi? Nam Veneris quidem ad hæc officio semper utimur, sed rectius modo dixissem, semper utuntur. nam ipsa mihi Venus est Diana. Quid item de uictu dicemus? Non'ne licebit, & proderit sub felici sydere, tum autumno uinū, tum indies panem, epulas'q; conficere? Ac si nequeamus in his præparandis aspectus syderum expectare, expediet saltem adscendentes accipere, uel aliter angulares, Solem, Iouem, Venerē, atque Lunam. Sic enim omnia, quibus utimur, feliciter affecta cœlitus, feliciter nos afficient. Hactenus te uideo absq; controuersia concessurum, nisi forte dicas ita, uitam nostram nihil fore aliud quàm perpetuam seruitutem. Ad hæc ego subiiciam, frustra mortales cumulandis pecuniis, & honoribus seruituros, quibus sunt perpetuo mancipati, nisi interim diligentia physica dies uitæ sibi plures accumulent. Aut igitur soli deo seruiant, quod quidem est potissimum, aut sicui præterea seruituri sunt, uitæ tum ualidæ, tum longæ potius, quàm pecuniis, honoribus'q; uanis indulgeant. Concordes ergo sumus. Sed nunquid uel domos fundabūt temere, uel infaustas habitabunt? Vbi contagiosa quædam calamitas ædificii ferme` sic inficit habitantem, ut uenenosus pestilentiæ uapor, etiam ad biennium in pariete seruatus. Qualis etiam ex epidimia latens in ueste, diu postea utentem inficit incautum, atq; perdit. At postquam hic in uestium incidimus mentionem, prohibebis'ne pie pater in ueste conficienda, uel primum induenda spiraculum Veneris diligenter aucupari? quo quasi uenerea facta uestis, similiter prospera quadam corpus, & spirítum afficiat qualitate? Non'ne medici uetant uulpium pelles? Agninas probāt? Non aliter forte sydus indies quasi nascentes uestes afficit, quàm semel ab initio natas. Vestes quidem & cætera artis opera certā a` sydere qualitatem accipere Thomas Aquinas in libro de fato confirmat. Tu igitur affirmabis. Infectas uero uestes utentem inficere, etiam testis est scabies, atq; lepra. Deniq; si populi uitæ consulis (ut opinor) ista permittes. Atq; ego permissione tua consulam obseruanda. Sin autem eiusmodi moribūdæ uitæ curam, non improbas quidem, sed negligendam mones, ego quidem negligo, melioris uitæ fiducia fretus, cæteris'q; similiter consulo faciendum. Vale.

¶ Quomodo per inferiora superioribus exposita deducantur superiora, & per mundanas materias mundana potissimum dona. Caput XXVI.

Ed ne longius digrediamur ab eo, quod interpretantes Plotinum instituimus ab initio, breuiter ita collige. Mundus ab ipso bono (ut Plato una` cum Timæo pythagorico docet) quàm optimus effici poterat, est effectus. Est igitur non solum corporeus, sed uitæ insuper, & intelligentiæ particeps, quamobrē præter corpus hoc mūdi sensibus familiariter manifestum, latet in eo spiritus corpus quoddam excedens caduci sensus capacitatem. In spiritu uiget anima, in anima fulget intelligentia. Atque sicut sub Luna nec miscetur aer cum terra, nisi per aquam, nec ignis cum aqua, nisi per aerem, sic in uniuerso esca quædam, siue fomes ad animam corpori copulandam est ille ipse, quem spiritum appellamus. Anima quoque fomes quidam est in spiritu, corpore'q; mundi, ad intelligentiam diuinitus cōsequendam. Quemadmodum summa quædā in ligno siccitas ad penetraturum oleum est parata. Oleum huic imbibitum, pabulum est ad ignem. Ad calorem dico proxime. Calor ipse luminis est uehiculum, ac si lignum hoc eiusmodi sit, ut igne præsente fulgeat, non uratur, qualia quandoq; uidimus iam hoc exemplo uidebimus, utrum uel homo, uel aliud quiddam sub lūa, certis quibusdam præparamentis, partim quidem naturalibus, partim arte quæsitis, uitalia atq; etiam forte intellectualia quædam bona opportune quodammodo desuper accipere possit. Verum quod hic ad religionem spectat discutiemus alibi, ubi Plotinus in medium hæc adducet. Quod uero ad naturales spectat influxus, qualescūq; sint, desuper uenientes, scito eos in nobis, materiis'q; nostris ita demum per artem comparari posse, quando fomenta nobis, nostris'q; ad

illos natura subgesserit, cœlumq; ad eosdē opportunius conspirauerit. Non'ne in ipso fœtu natura fœtus ipsius artifex, cum certo quodam pacto corpusculū affecerit, figurauerit q̄, hoc ipso statim præparamento, uelut esca quadam spiritum ab uniuerso deducit? per q̄ hunc uelut fomitem, uitam haurit, atq; animam? Ac denique per certam animæ speciem, dispositionem q̄ corpus ita uiuens dignum est præsentia mentis tandem donatæ diuinitus. Vbiq; igitur natura magna est, ut inquit Plotinus, atque Synesius, uidelicet certa quædam pabulis ubiq; certis inescās, non aliter quam centro terræ grauia trahens. lunę concauo leuia, calore folia, humore radices, cætera q̄ similiter. Quo quidem attractu secum ipso deuinciri mundum testantur sapientes Indi, dicentes mundum esse animal passim masculum simul, atq; fœminam, mutuoq; membrorum suorum amore ubiq; coire secum, atq; ita constare, uinculum uero membrorum inesse per insitam sibi mentem, quæ totam infusa per artus agitat molem, & magno se corpore miscet. Hinc Orpheus naturam ipsam mundi, Iouemq; mundanum, marem appellat, & fœminam. Vsque adeo mutui partium suarum coniugii ubiq; mundus est auidus. Esse uero masculinum sexū fœminino ubiq; commistum, declarat illinc quidem ordo signorum. ubi præcedens perpetuo de inceps ordine masculinum est, subsequens fœmininum. Hinc uero arbores, atque herbæ, quæ etiam, sicut animalia, utrūque sexum habent. Mitto, quod ignis ad aerem, aqua ad terram masculi uicem tenet ad fœminam. Vt non mirum sit, membra inter se mundana, & omnes eius articulos, mutuū coniugium cōcupiscere. Quod & planetæ conciliant, partim quidē mares, partim uero fœminæ. Præcipue uero Mercurius masculus, atque fœmina hermaphroditi pater. Quod sane` animaduertens agricultura præparat agrum, semina q̄ ad cœlestia dona. Et insitionibus quibusdam, uitam plantæ propagat, & ad speciem alteram, meliorem q̄ perducit. Similia quædam efficit medicus, & physicus, & chirurgicus in corpore nostro, tum ad nostram fouendam, tum ad uniuersi naturam uberius cōparandam. Idem quoque philosophus naturaliū rerum astrorum peritus, quem proprie magum appellare solemus, certis quibusdam illecebris, cœlestia terrenis opportune quidem, ne aliter inserens quam insitionis studiosus agricola uetteri recentem stipiti surculum. Quod & Ptolemæus ualde probat, affirmans eiusmodi sapiētem, sic astrorum opus adiuuare posse, quēadmodum agricola terræ uirtutem. Subiicit magus terrena cœlestibus, imo inferiora passim superioribus, ut proprias ubique fœminas suis maribus fœcundas, ut ferrum magneti trahendum, ut camphoram aeri feruenti sugendam, ut crystallum soli illuminandum, ut sulfur, & sublimem liquorem accendendum flammæ, ut oui testā uacuā, & impletam rore, soli eleuandam, immo ut ouum ipsum gallinæ fouendum. Præterea sicut nō nulli fouentes oua, etiam sine animalibus uitā illis ex uniuerso cōciliant, & sæpe materias quasdam opportune parantes absq; ouis, manifestis q̄ue seminibus, animalia procreāt, ut ex ocimo scorpionem, apes ex boue, ex saluia auem merulæ similem. uitam uidelicet a` mundo materiis certis, opportunis q̄ temporibus adhibentes, sic & ille sapiens, ubi cognouit, quæ materiæ, siue quales partim inchoatæ natura, partim arte perfectæ, etsi sparsæ fuerint cōgregatæ, qua cœlitus influxum suscipere possint, has eo regnante potissimum colligit, præparat, adhibet, sibiq; per eas cœlestia uendicat. Vbicunque enim materia quędam sic superis exposita est, sicut speculare uitrum uultui tuo, paries q̄ue oppositus uoci, subito superne patitur ab agente uidelicet potentissimo a` potestate, uita q̄ue mirabili ubique præsente, uirtutem q̄ue passione reportat. Non aliter q̄ & speculum imaginē repræsentat ex uultu, & ex uoce paries echo. His ferme` exēplis ipse Plotinus utitur, ubi Mercurium imitatus ait, ueteres sacerdotes, siue magos in statuis, sacrificiis q̄ue sensibilibus diuinum aliquid, & mirandum suscipere solitos. Vult una` cum Trismegisto per materialia hæc non proprie suscipi numina penitus a` materia segregata, sed mundana tātum, ut ab initio dixi, & Synesius approbat. Mundana inquam, ideſt uitam quandam, uel uitale aliquid, ex anima mundi, & sphærarum animis, atque stellarum, uel etiā motū quendam, & uitalem quasi præsentiam ex dæmonibus. Immo interdum ipsos dæmonas eiusmodi adesse materiis. Mercurius ipse, quem Plotinus sequitur, inquit dæmonas aerios, non cœlestes, nedum sublimiores, statuas q̄ue Mercurius ipse componit ex herbis, arboribus, lapidibus, aromatis, naturalem uim diuinitatis (ut ipse ait) in se habentibus. Adiungunt cantus cœlestibus similes, quibus ait eos delectari, statuis q̄ue sic adesse diutius, & prodesse hominibus, uel obesse. Addit sapientes quondam Ægyptios, qui & sacerdotes erant, cum non possent rationibus persuadere populo esse deos, ideſt spiritus aliquos super homines, excogitasse magicum hoc illiciū, quo dęmonas allicientes, in statuas esse numina declararēt. Sed Iamblichus dānat Ægyptios, quod dæmonas non solum, ut gradus quosdam ad superiores deos inuestigandos acceperint, sed plurimum

sed plurimum adorauerint. Chaldæos uero dæmonibus non occupatos Ægyptiis anteponit. Chaldæos inquam religionis antistites. Nā astrologos tam Chaldęorum, quam Ægyptiorum quodammodo tentauisse dęmonas per harmoniam cœlestem in statuas fictiles trahere suspicamur. Quod significare uidetur astrologus Samuel hebræus authoritate Dauidis Bil astrologi fretus. Antiquos uidelicet fictores imaginum feciſſe ſtatuas futura pronuntiātes. Harmoniam uero cœlestium his accommodatam esse tradit, metallum fundere ad hominis pulchri formā, die Mercurii, hora tertia, scilicet Saturni. Quādo Mercurius Saturnum in Aquario subit in nona cœli plaga, uaticinium designante. Ascēdit q̄ Geminorum sydus significans prophetas (ut aiunt) Mars a` sole comburitur, nec Mercurium intuetur. Sol tamen aspicit coniunctionis illius locum. Venus interea aliquem obtinet angulum, occidentalis est, & potens. Luna ex trigono gradum aspicit adscendentem, similiter q̄ Saturnus. hæc illi. Ego autem primo quidem ex beati Thomę sententia puto, si modo statuas loquentes effecerint, non simplicem ipsum stellarum influxum ibi formauisse uerba, sed dæmonas. Deinde, si forte contigerit eos in eiusmodi statuas ingredi, non arbitror hos tibi per cœlestem influxum fuisse deuinctos, sed sponte potius suis cultoribus obsecutos, denique decepturos. Nam & natura superior ab inferiore cōciliatur quidem aliquando, sed cohiberi nequit. Et dispositio illa syderum, pauloante descripta cōcurrere forte non potest. Quamuis autem dæmones astronomica ratione statuis non includantur, tamen ubi per cultum eis exhibitum, præsentes extiterint, Porphyrius ait eos regulis astronomicis oracula reddidisse, atq; ideo frequenter ambigua. Et merito, quoniam Iamblichus, probat prophetiam ueram, atque certam, nec malis dæmonibus cōuenire, nec humanis artibus, uel natura, sed spiratione diuina purgatis mētibus prouenire. Sed ad Mercurium, immo ad Plotinum iam reuertamur. Mercurius sacerdotes ait accepisse uirtutem a` mundi natura cōuenientē, eāq; miscuisse. Secutus hunc Plotinus putat, totum id anima mundi conciliante, facile confici posse. Quatenus illa naturalium rerum formas per seminales quasdam rationes sibi diuinitus insitas generat, atq; mouet. Quas quidem rōnes appellat etiam deos, quoniam ab ideis supremæ mentis nunquam destituuntur. Itaq; per rationes eiusmodi anima mūdi facile se applicare materiis, quas formauit ab initio per easdem, quando magus, uel sacerdos opportunis temporibus adhibuerit formas rerum rite collectas, quæ rationem hanc, aut illam proprie spectāt, sicut magnes ferrum, reubarbarum cholerā, crocus cor, eupatorium, spodium q̄ iecur, spica, muscus q̄ cerebrum. Fieri uero posse quandoq; ut rationibus ad formas sic adhibitis, sublimiora quoque dona descendant, quatenus rationes in anima mundi coniunctæ sunt, intellectualibus eiusdē animæ formis, atque per illas diuinæ mentis ideis, quod & Iamblichus approbat, ubi de sacrificiis agit. Qua de re alibi nos opportunius disputabimus. Vbi etiam apparebit, quam impura superstitio populi gentilis extiterit. Contra uero quam pura pietas euangelica fuerit. Quod magna ex parte in libro de religione christiana iam fecimus.

¶ Apologia quædam, in qua de medicina, Astrologia, Vita mundi. itē de magis, qui Christum statim natum salutauerunt.

Marsilius Ficinus Florentinus, dilectissimis suis in ueritatis studio fratribus, tribus Petris, Nero, Guiciardino, Soderino, ter, quaterq; salutē. Rectius modo Tripetro quam tribus Petris fortasse dixissem. Sicut enī ubi palma est una, non faciunt plures in ea digiti, manus ibi plures, sic uestra amici corpora tria nihil prohibere uidentur, quo minus unum efficiat Petrum una uoluntas. Faber ille cœlestis patriæ Christus tam ingentem procreauit petram, ut immenso huic ædificio ecclesiæ suæ una hæc petra fundando sufficeret. Ego quoq; tam grādes nactus sum diuina quadam sorte petras, ut tres nunc meo, uel arduo satis ædificio faciant. Nunc uobis amici, nunc, si nescitis, arx illa Palladis necessaria fore uidetur, qua procul a` nobis sæuū impiorum gigantum impetum arceamus. Quamobrem uestra primum arce tribus constructa petrium librorum meorum uitam, uitæ publicæ succurrētium munire decreui. Scitis (ut arbitror) me de uita librum composuisse in libellos treis diuisum. Quorum primus de uita sana. Secūdus de uita longa. Tertius de uita cœlitus inscribetur. Igitur esca tituli tam suauis quāplurimos alliciet ad gustandū, sed in numero tanto ignorantes pleriq; futuri sunt (ut arbitror) maligni quoq; non pauci. Alius ergo dicet, non'ne Marsilius est sacerdos? Est profecto. Quid igitur sacerdotibus cum medicina? Quid rursum cum astrologia commercii? Alius itē. Quid Christiano cum

magia, uel imaginibus? Alius autem, & quidem indignus uita, uitam inuidebit cœlo. Cuncti deniq; sic affecti, beneficio in eos nostro ingrati nimis erunt. Atq; aduersus charitatem nostrã, qua uitæ, prosperitati'q; publicæ pro ingenii facultate cõsulimus, nõ pudebit esse crudeles. Cõmunis igitur erit uobis iste labor, sed ut quodammodo leuior sit, tres enim estis, aduersum tres hostes distributum subite certamen. Nec inuectiua (noui enim ingenium uestrum) confutabitis inuectiuam, sed alieni fellis amaritudinem, quę uestra suauitas est, mirifica uestri mellis dulcedine superabitis. Principio candidissime Nere respondeto primis, antiquissimos quondam sacerdotes fuisse medicos pariter, & astronomos. Quod sane` Chaldæorum, Persarũ, Ægyptiorum testificantur historiæ. Ad nullum præterea magis quam ad pium sacerdotem pertinere singularis charitatis officia, quæ quidem in maximo omnium beneficio quammaxime lucent. Officium uero præstantissimum est proculdubio, quod & maxime necessarium, & in primis ab omnibus exoptatum, efficere uidelicet, ut hominibus sit mens sana in corpore sano. Id autem ita demum prę stare possumus, si coniungimus sacerdotio medicinam. At quoniam medicina sine fauore cœlesti, quod & Hippocrates, Galenus'q; cõfitentur, & nos experti sumus, sæpius est inanis, sæpe etiam noxia, nimirum ad eandem sacerdotis charitatẽ astronomia pertinet, ad quã attinere diximus medicinam. Eiusmodi (ut arbitror) medicũ honorari sacræ literæ iubent, quoniam propter necessitatem hunc altissimus procreauerit. Et Christus ipse uitæ largitor, qui discipulis mandauit, languentes toto orbe curare, sacerdotibus quoq; pręcipiet, si minus uerbis, ut illi quondam, mederi possint, saltem herbis, & lapidibus medeantur. Quæ si minus ipsa sufficiant, opportuno quodam afflatu cœli conflare hæc, & ægrotis admouere iubebit. Nã & ipse eodem afflatu cœli animalia passim ad suam quæq; concitat medicinã, usqueadeo uitæ omnium abundantissime prouidet. Sic instinctu cœlesti diuinitus instigante, serpentes quidem marathro, hirundines autem celidonia oculis medicantur, aquilæ uexatæ partu echitem lapidem diuinitus inuenerunt, quo feliciter oua statim enitterentur. Itaq; Deus ipse, qui per cœlum animalia quæuis ad medicinas instigat, sacerdotes certe permittit non mercede inquam, sed charitate medicinis cœlitus corfirmatis, morbos expellere, his uero tu deinceps plura etiamsi expedierit ingenii tui aculeis addes. Surge post hæc & tu Guiciardine uehemẽs, atq; curiosis ingeniis respondeto, magiam uel imagines non pro bari quidem a` Marsilio, sed narrari, Plotinũ ipsum interpretante. Quod & scripta plane` declarant, si æqua mente legantur. Neque de magia hic profana, quæ cultu dæmonum nititur, uerbum quidem ullum asseuerari, sed de magia naturali, quæ rebus naturalibus ad prosperam corporum ualetudinem cœlestium beneficia captat, effici mentionem. Quæ sane` facultas tam concedenda uidetur ingeniis legitime utẽtibus, quàm medicina & agricultura iure conceditur. Tanto'q; etiam magis, quanto perfectior est industria, terrenis cœlestia copulans. Ex hac officina Magi omnium primi Christum statim natum adorauerunt. Quid igitur expauescis Magi nomen formidolose? Nomen euangelio gratiosum. Quod non maleficum, & ueneficum, sed sapientem sonat, & sacerdotem. Quidnam profitetur Magus ille uenerator Christi primus? Si cupis audire, quasi quidam agricola est, certe quidã mundicola est. Nec propterea mundum hic adorat, quemadmodum, nec agricola terram, sed sicut agricola humani uictus gratia ad aerem temperat agrum, sic ille sapiens, ille sacerdos gratia salutis humanę inferiora mundi ad superiora contemperat, atque sicut oua gallinæ, sic opportune terrena subiicit fouenda cœlo. Quod efficit semp ipse deus, & faciẽdo docet, suadet'q; facere, ut a` superis infima generentur, & moueantur, atq; regantur. Deniq; duo sunt magiæ genera. Vnum quidem eorum, qui certo quodam cultu dæmonas sibi conciliant, quorum opera freti fabricant sæpe portenta. Hoc autem penitus explosum est, quando princeps huius mundi eiectus est foras. Alterum uero eorum, qui naturales materias opportune causis subiiciunt naturalibus mira quadam ratione formandas. Huius quoq; artificii species duæ sunt. Altera quidẽ curiosa, altera necessaria. Illa sane` ad ostentationem superuacua fingit, pdigia, ceu quando Persarum magi ex saluia sub fimo putrefacta, dum sol, & luna secundam leonis faciem occuparẽt, eundem'q; gradum ibi tenerent, generabant auem merulæ similem, serpentina cauda, eamq; redactam in cinerem infundebant lampadi. Vnde domus statim plena serpẽtibus uidebat'. Hoc autem tanquam uanum, & saluti noxium procul effugiendum. Tenẽda tamen species necessaria, cum astrologia copulans medicinam. Siquis autem pertinax ulterius instet, morem huic itagerito Guiciardine, ut ne legat hæc nostra, nec intelligat, nec meminerit, nec utat' homo, si homo est tanto beneficio prorsus indignus. Multa sunt præterea, quæ tu aduersus ingratam ignorantiam in medium afferre tuo ingenio poteris. Quidnam agis & tu strenue Soderine noster?

Tolerabis'ne

Tolerabis'ne superstitiosos, cæcos'q; nescio quos futuros, qui uitam in animalibus uel abiectissimis, herbis'q; uilissimis manifestam uident. In cœlo, in mundo non uident? Iam uero si homũciones isti uitam minimis concedunt mundi particulis, quæ tandem demẽtia est? Quę inuidia? nec nosse, nec uelle totum uiuere, in quo uiuimus, & mouemur, et sumus. Quod quidem canit Aratus, Iouem manifeste significãs communem corporis mundani uitam. peropportune nũc in hęc Arati uerba nescio quomodo uideor incidisse. Memini Lucam euangelistã, memini Paulum apostolum his uerbis libenter uti. In quibus mundi uitam sapientes illi non horrent. At uero superstitiosus quidam his obiiciet non facile conuinci ex uerbis eiusmodi Paulum assentiri, mundũ habere aĩam, sed tantũ subesse deo, ac nos in hoc ipso deo uiuente. Esto igit'. Ne nominemus in mũdo, qñ nõ placet, aĩam. Nomẽ aĩa sit, pfanũ. Licebit'ne saltẽ uitã, qlẽcunq; diceret? Quam deus ipse mundi faber huic operi suo tam feliciter absoluto clementer inspiret. Quandoquidem erga uilissima quæq; uiuentia non est auarus, & quotidie per cœlum quamplurimis quæ sunt in eo, largissime præstat uitã. Dic amabo non'ne uides boues, & asinos, o' bos, o' asine, qui tactu quodam ex se uiuentia generant, esse uiuos? Si ergo hæc præterea, ex se uiua quædam aspectu etiam generarent, an non multo magis hæc uiuere iudicares? siquod modo ipse iudicium, siquam uitam habes. Cœlum terræ maritus non tangit (ut communis est opinio) terram. Cum uxore non coit, sed solis syderum suorum quasi oculorũ radiis undique lustrat, uxorem lustrando fœcundat, procreat'q; uiuentia. Num ergo uitam uel intuendo largiens, ipsum in se propriam nullam habet uitam? Et quod dedit aui strutho uitam, aspectum'q; uiuificũ, longe est hoc ipso deterius. His tandem adductis in medium, nisi persuaseris superstitiosum istum mitto semiuiuum, immo uero non uiuum. Proinde ut pluribus causam nostram patronis agamus, addito Petre mi Nere Amphionem illum nostrum Landinum Christo phorum oratorẽ pariter, & poetam. Ille noster Amphion suauitate mira celeriter lapidea hostium nostrorũ corda demolliet. Tu uero Guiciardine carissime compater, ito nunc, ito alacer, Politianum Herculem accersito. Hercules quondam ubi periculosius certandum foret, uocitabat Iolaum. Tu nunc similiter Herculem. Nosti profecto quot barbara monstra Latium iam deuastãtia Politianus Hercules inuaserit, lacerauerit, interemerit, quàm acriter expugnet passim. Quàm tuto' propugnet. Hic ergo uel centum hydræ capita nostris liberis minitantia statim confundet claua, flammis'q; comburet. Eia mi dulcissime Soderine, surge age Picum salutato phœbeum. Hũc ego sæpe phœbeum appello meũ. Ille me Dionysium uiciſſim, atq; Libeꝝ. Fratres ergo sumus, nuntia Phœbo meo, uenenosum contra nos pythonem, ex palude iamiam emergentem. Tendat arcum, obsecra precor. Cõfestim spicula iaculetur. Intendet ille protinus, scio quid loquar, uenenum'q; totum semel una nece necabit. Valete iam feliciter amantissimi fratres mei, nõ ualetudine tantum felici, sed ipsa etiam felicitate digni. Liberorum'q; meorum in lucẽ iam proceuntium ualetudinem, felicitatem'q; curate, XV. Septembris. M.CCCCLXXXIX.

In agro Caregio.

¶ Quod necessaria sit ad uitam securitas, & tranquillitas animi.

Marsilius Ficinus dilectissimis in ueritatis uenatione fratribus Bernardo Canisiano, Ioãni Canacio, Amerigo Cursino Salutẽ. Cũ primis hic in uerbis uenationem quandam instituissemus, merito forsan canes statim adhibuimus, & cursores. Apte quidem philosophãtes appellauimus uenatores, anhela semper ueritatis indagine laborantes. Num etiã apte canes? Aptissime inqt in Republica Socrates, philosophantes enim uel legitimi sunt, uel spurii, Ambo canes. Illi quidem ueritatem ipsam sagaciter inuestigant, mordicus inuentam tenent. Hi uero pro opinione lacerant, mordent, lacerant. Tantum profecto canes inter philosophos sibi uendicant, ut non solũ se ipsos in sectam aliquam inseruerint, sed etiam sectam ipsi suam nomine Cynicam quandoq; confecerint. Habet quinetiam suos academia canes, huc ergo uos sagaces academiæ canes, huc uos uelocissimi cursores aduoco. Tres enim estis. Tres ergo nunc meos precor defendite liberos adhuc teneriores, inter lupos (ut uereor) uestigio prodituros. Currite inquã alacres, negotia enim nunc uobis optata mando, non curas Georgium benignum Saluiatum cognoscitis meum. Qui ueritatem illam, per cuius nunc uos uestigia passim uenãdo discurritis, iandiu est sagaciter assecutus. Qui & fratres suos solis instar maior ipse minores illustrat. Huic igitur siquẽ

luporum ululatum audieritis, nuntiate. Fortissimus ille Georgius omnes facile fugabit lupos, q̃ & uastum draconem quandoq; transfixit. Ille me igitur, ille solicitudine simul, & uos cura leuabit. Solet enim inter uos aliquis, & quidem iam sæpius dicere, nihil ad uitam salubrius experiri, q̃ magna cum securitate tempora deglutire, cæteri uero dicenti protinus arridere. Sed dic age canaci quidnam hoc tuum est toties repetitum? Tempora deuorare? Quid deniq; tibi uis? Non esse inquies, sed bibere potius. Non mandere, uel conterere, sed faucibus plenis ingurgitare. Siquidem tempus ipsum natura quędam est liquens (ut ita dixerim) atq; labilis. Liquentiũ uero hæc est conditio, ut si cohibeas in angustum, subito perdas. Diffluunt enim coacta, celeriter q; diffugiunt. Si aquam spongiæ imbibitam forte compresseris, exprimes eam, statim q; dispergens. Si latius hanc tenueris, retinebis multo magis aerem, ignem q;, & ætherẽ. Hinc apud poetas frustra contendunt, qui ampla diuorum, manium ue simulachra ulnis capescere moliuntur. Late admodum accipienda sunt latissima. Liquentia & amplissima sunt amplissime possidenda. Tunc certe grauiter nos premit angustia, quando animum ipsum, motum q; eius naturaliter amplum redigemus in angustum. Quicunq; studia, negotia q; pensitant examussim, & in minima quæq; semper exactissime deterunt, uitam interea suam, heu suam uitam clam miseri conterunt. Recte igitur Pythagoras præcepisse uidetur. Caue nequando in angustum forte cohibearis, nihil cœlo amplius. nihil ẽ uitalius. Angustissima uicissim terra uitam habet in mũdo q̃ minimam. Deniq; si cœlo, tempore q; uiuimus, quãto hæc latius absorbemus, tanto uiuimus & diutius. Viuite ergo læti ab angustia procul o amici. Viuite læti, lętitia cœlum uos creauit sua. Quã suo quodam risu, idest dilatatione, motu, splendore declarat, quasi gestiens. Lætitia cœlum uos seruabit uestra. Ergo quotidie in præsens uiuite lęti. Nam solicitudo pręsentiũ, rapit uobis præsens, præripit q; futurum. Curiositas futurorum celeriter in præteritum uos traducit. Iterum igitur precor, atq; iterum uiuite læti. Nam fata sinunt, dum securi uiuitis. Sed, ut re uera sine cura uiuatis, ne unam quidem hanc curã sumite, qua soliciti curetis unquã, qua potissimum diligentia curas effugiatis. Vna enim cura hæc mortalibus heu miseris omni cura curit. Negligite igitur diligentiam, negligentiam uero diligite. atq; hanc etiã negligenter. quoad licet uobis inquam, atq; decet. hæc autem non tam ut sacerdos amici mando uobis, q̃ ut medicus. Nam absq; hac una tanquã medicinarum omnium uita medicinæ omnes ad uitam producendam adhibitæ moriuntur. M. CCCCLXXXIX. XVI. Septembris.

In agro Caregio.

PRÆCLARISSIMARVM SENTENTIARVM LIBELLORVM MARSILII FICINI FLORENTINI DE TRIPLICI VITA BREVIS ANNOTATIO.

Er temperatus, serenus q; deligendus. lib. I. Cap. X.

Aer nocturnus mortalis est. lib. II. Cap. VIII.

Aer nocturnus spiritibus inimicus est, diurnus uero confert. lib. III. Cap. XI.

a

Alimenta, quæ bonum sanguinem efficiunt, eligenda. lib. II. Cap. V.

Alimentis, quæ diu permanent incorrupta utendum. lib. II. Cap. VII.

Alimentis septima quaq; hora modicis recreari conuenit. lib. II. Cap. VII.

Alimenta similiora corpori semper conferunt. lib. III. Cap. I.

Aloe sumpta in pilulis qualibet hebdomada semel. lib. I. Cap. XII.

Ambra, & muscus stipticam habent uirtutem. lib. II. Cap. IX.

Amygdalinum lac familiarissimum mensæ esse debet. lib. I. Cap. XXIIII.

Anima mundi, & stellarum, dæmonum q; alliciuntur corporum formis. lib. III. Cap. I.

Annus septimus iudiciarius, scalaris, gradarius appellatur, & ideo ex quolibet uitæ septenario pericula uitanda. lib. II. Cap. XX.

Anno septimo quoties propinques, consule diligenter astrologum primo, & postea medicum. lib. II. Cap. XX.

Annulos confectos certo influxu, & stellarum nominibus appellatos prisci magnifecerunt. lib. III. Cap. VIII.

Annulos septem quidam confeciſſe stellarum nominibus appellatos, & gestasse, ac centum, & triginta annos uixisse dicitur. lib. III. Cap. VIII.

Aquæ nitidę aspectus frequens laudatur. lib. I. Cap. X.

Aromatica cordi conducunt, & alimentum præstant. lib. II. Cap. XVIII.

Ars longa non nisi uitæ longitudine consequi potest. lib. II. Cap. I.

Aspectus stellarum inter se, uultus appellare potes. lib. III. Cap. XVII.

Astrologi perquirendi sunt, quæ stella uitæ faueat, & quando bene se habeat. lib. II. Cap. XX.

Astrologorum, & medicorum cura uita prolongatur &c. lib. III. epistola procœmiali.

Astrologia medico necessaria, & sub quibus signis purgatio recipienda. lib. III. Cap. X.

Astronomica diligentia, in liberis procreandis, in præparandis epulis, in ædificiis, & habitatione atq; uestibus, & quantum curare talia licet. lib. III. Cap. XXV.

Atra bilis, idest melancholia duplex est, scilicet naturalis, & adusta. lib. I. Cap. V.

Atra bilis quo pacto conducit ingenio. lib. I. Cap. VI.

Atra bilis qua ratione uitanda sit studiose. lib. I. Cap. X.

Atra bilis periculosissima, ingenium, & iudicium labefactans, non est educenda repente, sed paulatim. lib. I. Cap. XVIII.

Atræ bilis cura. lib. I. Cap. XVIII.

Atra bili grauati purgatione bina quolibet anno utantur. lib. I. Cap. XX.

Aurum potabile, & aurea alimenta. lib. II. Cap. X.

Acchus, & Ceres, seu gula ingenio contrariantur. lib. I. Cap. VII.

b Bibere ex aureo, uel argenteo uasculo, studiosis consentaneum est. lib. I. Cap. X.

Alor quomodo temperandus ad humorem, atq; uicissim. lib. II. Cap. III.

c Canescunt sæpe iuuenes ægrotatione aliqua præcedente, aut parentum similitudine, a quibus canescentibus fuerunt generati. lib. II. Cap. XVI.

Canis rabidi morsus curatur. lib. II. Cap. XI.

Cantus, & uerba magnam uim ad beneficium cœleste captandum conferre censentur. lib. III. Cap. XX.

Capitis dolor mitigatur hoc modo. lib. I. Cap. XV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Carnium usum, & abusum medici uetant.lib.II.Cap.VI.
Cœlestibus septem modis nos accommodare possumus.lib.III.Cap.XXII.
Cœlestium uultus uires inferioribus imprimere constat.lib.III.Cap.XVII.
Cœli potestate, & radiorum uiribus,imagines putantur uim sortiri.lib.III.Cap.XVI.
Cœlum suis fauet inceptis, & ideo cœlum optans habere propitium,ingenium suum perscru/
tetur,sydus, & genium.lib.III.Cap.XXIII.
Cœlum quomodo agat in spiritum, & corpus, & animam.lib.III.Cap.XXII.
Cœna sumpta, hora una uigiliæ sufficit.lib.I.Cap.XI.
Cerebri,cordis,iecoris,atq; stomachi diligens habenda est cura. lib.I. Cap.II.
Cibus nimius speculationi contrarius est.lib.I.Cap.VII.
Cibus bis quotidie sumendus, & quis, & quomodo.lib.I.Cap.XI.
Cibo sumpto duabus,uel tribus horis proximis difficili lectioni,uel cogitationi non est incum/
bendum.lib.I.Cap.XI.
Cibo sumpto in meridie, dormiendum non est,nisi maxime cogat necessitas,& non prius q̃ ho
ras duas uigilauerimus.lib.I.Cap.XI.
Cibi concoctio præ cæteris ubiq; curanda est.lib.II.Cap.IIII.
Clysteribus uenter sit purgatus.lib.I.Cap.XXII.
Cogitationem assiduam, & coitum uitare debemus.lib.II.Cap.XVI.
Coitus exhaurit spiritus subtiliores , cerebrum que debilitat stomachum,atque præcordia.
lib.I.Cap.VII.
Coitus quomodo stomacho pestilens, & nociuus.lib.I.Cap . XI.
Coitus post cibum statim digestionem impedit.lib.II.Cap.IIII .
Coitum ,& cogitationem assiduam deuitare debemus.lib.II.Cap.XVI.
Coitus,seu uenereus actus nociuus ualde est contemplatori.lib.II.Cap.XVI.
Color uiridis uisum fouet.lib.II.Cap.XIIII.
Colores, qui sunt potentes.lib.III.Cap.XI.
Comedendi,bibendi'q; regula communis, & qualitas epularum.lib.II.Cap.VI.
Confortatiua partim intra,partim extra,pectori , naribus'ue adhibenda,dum atra bilis exacta
sit.lib.I.Cap.XVIII.
Cordialia prosunt præcipue senibus.lib.II.Cap.IX.
Corpora cœlestia imprimunt non nihil in corpore nostro ad eligendum sçpe quod melius est,
etiam si rationem,finem'q; nesciamus.lib.III.Cap.VIII.
Cruditas semper uitanda.lib.II.Cap.IIII.

Estillationibus caput fluctuare dicitur.lib.I.Cap.XIIII.
d Diæta,uictus medicina senum.lib.II.Cap.VIII .
Digestio perfecta uitę radix,quàm necessaria sit ad uitam.lib.II.Cap.IIII.
Digestiones quatuor adiuuari necessarium est.lib.II.Cap.IIII.
Duces studiorum nouem sunt,tres in cœlo, tres in animo,& tres in terra.lib.I.Cap.I.
Dulcedo saporis quibus congruit.lib.III.Cap.XI.

Brietas insanos facit.lib.I.Cap.VII.
e Ægrotantis amor,fidesq; erga medicum plurimum confert.lib.III.Cap.XX.
Electuaria tutissima.lib.I.Cap.XXIII .
f Electuarium quotidie mane gustãdum,olfactu,gustu'q; suaue ad uitam prolongã
dam salutare.lib.II.Cap.XVIII.
Epatis,cerebri,cordis,& stomachi diligens adhibenda est cura.lib.I.Cap.II.
Ætati cuiuslibet iuxta Lunæ ętatem consulendum est.lib.III.Capite.VII.

Ides,qua sperat quis deum,& creaturas sibi prodesse,mirificam habet potentiam
ad augendam, & conseruandam uitam.lib.II.Cap.XIII.
Figurę in cœlo,& sub cœlo,quam uim habere dicuntur.lib.III.Cap.XVII.
Figuras cœlestium antiqui imaginibus imprimebant, & de usu imaginum.
lib.III.Cap.XVIII.
Figura uniuersi quomodo fabricanda.lib.III.Cap.XIX.

Flores, & herbæ, quæ restringũtur abeunte sole,redeunte protinus explicantur.lib.III.
Cap.XIIII.
Forma mundi quomodo fabricanda.lib.III.Cap.XIX.
Fructus, & herbæ humidiores parce sumendi.lib.II.Cap.VI.

Radus septem ad cœlestia perducentes.lib.III.Cap.XXI.
g Gratiæ tres inter se concordes, & coniunctæ sunt, scilicet Iupiter,Sol,& Venus.
lib.III.Cap.V.
Gustus instauratur,si amissus sit.lib.I.Cap.XVII.

Abitatio alta ad meridiem,orientem'q; spectans eligenda.lib.II.Cap.VII.
h Hactenus solis literarum studiosis deest medicus.lib.I.Cap.I.
Hebetudo,atq; obliuio curatur.lib.I.Cap.XXV.
Helleboro siquis rire utatur,purgat & quasi reiuuenescere facit.lib.III.Cap.XX.
Hominis natura secundum stellas.lib.III.Cap.II.
Hortorum,nemorum'q; usus laudandus studiosis.lib.I. Cap.X.
Hostes studiosorum quinq; præcipui sunt,pituita,atra bilis,coitus,satietas,matutinus somnus.
lib.I.Cap.VII.
Humor quomodo calori temperandus,atq; uicissim.lib.II.Cap.III.
Humor naturalis quibus de causis arescit,uel exundat, & quàm necessaria sit ad uitam perfecta
digestio.lib.II.Cap.IIII.

Ecoris,cerebri,cordis, & stomachi quàm diligens habenda cura.lib.I .Cap.II.
i Imagines ex certis lapidibus, & metallis sub certo sydere frabricatę,uitam prospe
ram pollicentur, & longæuam.lib.II.Cap.XX.
Imagines astronomicæ pro ualetudine mortalium sunt inuentæ. lib.III.ex hor/
tatione.
Imagines caput proprium exigunt, & horarum electionem.lib.III.Cap.XII.
Imagines secundum antiquos,suo tempore fabricantur, uultibus cœlestibus subiectæ.
lib.III.Cap.XIII.
Imaginum uirtutes secundum antiquos,atq; medicinarum, & quomodo medicinæ sint longe
ualidiores quàm imagines.lib.III.Cap.XV.
Imaginibus cœlestium figuras antiqui solebant imprimere, & quales, & de usu imaginum.
lib.III.Cap.XVIII.
Imaginum usus, & figurarum cœlestium,ibidem.
Imagines sub certis constellationibus fabricari,ut ultra consuetos naturalium effectus nobis
eueniat quippiam,seductio est,ut Thomas libro tertio contra gentiles probat.lib.III.
Cap.XVIII.
Imagines quantam uim habere putentur in spiritum, & spiritus in eas, & de effectu utentis,
& operantis.lib.III.Cap.XX.
Imaginationis intentio in medicinis etiam uim habere constat,ut siquis opem a' medicina ue/
hementer affectet, & proculdubio credat,speret'que firmissime,plurimum sit adiumento.
lib.III.Cap.XX.
Infans octauo mense a' conceptione natus semiuiuus delectu astrologico uitę redditus,in exhor
tatione ad tertium librum.
Ingenio plurimum confert noctu citius dormire, & ante lucem surgere.lib.I.Cap.VII.
Ingenium,sydus,& genium tuum cognosce,& locum eisdem conuenientem, & professionẽ
tunc sequere naturalem,ut prospere uiuas.lib.III.Cap.XXIII.
Ingenium suum qua ratione cognoscant literati,sequantur'q; uictum spiritui cõsentaneum.
lib.III.Cap.XXIIII.
Iupiter est gratia geminarum media, & maxime nobis accomodata.lib.III Cap.V.

Abori & urbano,& rustico assuefaciendum.lib.II.Cap.IIII.
l LActis usus,sanguinis'q; humani pro uita senum conducit.lib.II Cap.XI.
Lapidum certorum uirtutes.lib.III.Cap.XIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lapillos collo ſuſpendendos conueniente ſpiritum reddentes.lib.III.Cap. XV.
Lapillos naſcentibus in animalibus, ut dracone, gallo, hirundine, efficaces exiſtere, ut in terra naſcentes.lib.III.Cap.XV.
Lapillorum uires, atq; metallo⁊ diligentiſſime perſcrutari expedit.lib.III.Cap.XVI.
Liquiritiæ ſuccus deglutiatur ſtomacho uacuo.lib.I.Cap.X.
Literati qua ratione cognoſcant ingenium ſuum, ſequantur'q; uictum ſpiritui conſentaneum. lib.III.Cap.XXIIII.
Lunæ aſpectus ad Solē, & Venerē, & maxime ad Ioue ſuffragat' uirtuti noſtrę.li III.Cap.VI.
Luna communiter cœleſtia ad inferiora demittit, & cuiuſmodi qualitates habet, in qualibet quarta.lib.III.Cap.VI.
Luna cum ſub aliquo ſigno diſcurrit, cauebis membrum tangere ferro, uel igne, cui præeſt illud ſignum.lib.III.Cap.X.

Agnes cur trahit ubiq; ferrum.lib.III.Cap.XV.
m Mago⁊ medicina, auro, thure, & myrrha, ꝑ ſenibus ſalutaris ē.li.II. Cap.XIX.
Mane ſurgendum, & quomodo ſtudium inchoandum.lib.I.Cap.VIII.
Medicinæ cœlitus acquiſitę, & imaginum uirtutes ſecundum antiquos. lib.III. Cap.XIII.
Medicinis ad cœlum temperatis, nō imaginibus utendū cōſulit'.lib.III.Cap.XV.
Medicina abſq; delectu aſtrologico facta, ab aliis differt, ſicut uinū ab aq̄.lib.II.exhortatione.
Medicina eſt opitulatiua uitæ, cœlitus adiuta.lib.III.exhortatione.
Medicinis ſecurius, q̄ imaginibus ſe quis committere pōt.lib.III.Cap.XVIII.
Medicinæ ſingulis membris, & uiribus, & ſpiritibus conferentes, atque ingenium, & memoriam confirmantes.lib.I.Cap.XII.
Medicinæ contra pituitam.lib.I.Cap.XIII.
Medicina liquida.lib.I.Cap.XXI.
Medicus conſyderando Lunæ, Solis'q; beneficia, & eorum quartas, opportuna tempora ſeruare poterit.lib.III.Cap.VI.
Medici corporum cœleſtium ductu proſperantur.lib.III.Cap.VIII.
Melancholiæ, & phlegmati literati obnoxii ſunt.lib.I.Cap.III.
Melancholici fiunt literati multis de cauſis.lib.I.Cap.IIII.
Melancholia uitanda, uide in uerbo, atra bilis, ſupra.
Melancholicus humor, ſirupis, pilulis, & electuariis ſoluitur.lib.I.Cap.XIX.
Melancholia naturalis curatur medicina liquida.lib.I.Cap.XXI.
Melancholicus morbus, cum diuturnus eſt, non eſt nimis ualentibus medicamentis, atq; molestis pharmacis irritandus.li.I.Cap.XXI.
Mēbra fouent' in nobis per cōparationē lunæ ad ſigna, & ſtellas fixas.lib.III.Cap.VII.
Membra & præcipue uires ſpiritus multa iuuant.lib.I.Cap.XII.
Memoriæ, & iuuentuti proſunt myrobalani.lib.III.Cap.XII.
Memoria tribus confirmatur.lib.I.Cap.XIX.
Memoria, uide ingenium.
Menſæ duæ in nouem diei horis, utrobiq; parcę, parcior cœna.lib.II.Cap.VI.
Menta recens ſemper deligenda, quia ſpiritui ſalutaris.lib.II.Cap. XIX.
Mercurius alloquitur ſenes, & conſulit eis circa uoluptatem, odores, cantus, medicinas.lib.II. Cap.XV.
Metallum, quod ſit potiſſimum.lib.III.Cap.XIII.
Mundana potiſſimū dona ꝑ mūdanas materias deducunt'.lib.III.Cap.XXVI.
Mundi tres colores, uiridis, aureus, & ſaphyrinus.lib.III.Cap.XIX.
Mundi formam, ſeu figuram fabricari.lib.III.Cap.XIX.
Mundi concordia, & natura hominis ſecundum ſtellas.lib.III.Cap.II.
Mundi corpus uiuit anima, & per ſpiritum inter elementa generat.lib.III.Cap.III.
Muſicam totam ab Apolline procedere, atq; Iouem eſſe muſicū.lib.III.Cap.XXI.

Auſea, uel ſatietas ſtudioſis deteſtatur.lib.I.Cap.X.
n Nauſea ſubducitur medicinis.lib.I.Cap.XVIII.

Noctem uertentes in diem, uigilando, & dormiendo, mortis oculos excæcare compertum eſt.lib.I.Cap.VII.

Bitus naturalis differri poteſt, cum aſtrologiæ machinis, tum præſidiis medico-
o rum.lib.II.Cap.XX.
Oblectamenta uaria ſemper aucupari conuenit.lib.I.Cap.VIII.
Obliuioſi, atq; hebetes ſic exonerandi ſunt.lib.I.Cap.XXV.
Oculi ſi caligant, quæ cura ſit adhibenda.lib.I.Cap.XVI.
Odor uini nutrit ſpiritum, ideo eligendus.lib.II.Cap.XVIII.
Odores conueniunt illis quibus & ſapores.lib.III.Cap.XI.
Odoriferis rebus uita conſeruatur.lib.II.Cap.XIIII.
Odorum uarietate ſpiritus recreandus eſt.lib.II.Cap.XVIII.
Oua gallinarum, ſi uitellus cum albo comedatur, ualēt.lib.II.Cap.VI.

Anis duplus ad oua, triplus ad carnes, quadruplus ad piſces.lib.II.Cap.XV.
p Pectine eburneo mane caput pectendum a' fronte uerſus ceruicem quadragies pectine ducto.lib.I.Cap.VIII.
Phœbus, & Bacchus indiuidui fratres ſunt uitæ longæuæ ꝑducētes.li.II.Ca.XX.
Pilulæ ad ſoluendam melancholiam.lib.I.Cap.XX.
Pituitæ, ideſt phlegmati, & atræ bili, ideſt melancholię literatí obnoxii ſunt.lib.I.Cap.III.
Pituita quomodo ſtudioſis uitanda.lib.I.Cap.IX.
Planetæ ab aſtrologis inimici, ideſt effectu diuerſi dicunt, ut Venus, & Saturnus.li.II.Cap.III.
Planetarum conditio quæſita plurimum confert.lib.III.Cap.XVI.
Planetæ adiuuant in nobis uirtutem naturalem, uitalem, aīalem.lib.III.Cap.VI.
Planetarum dignitates in ſignis ad uſum medicinarum obſeruandę.lib.III.Cap.IX.
Planetis quomodo uti debemus in medicinis.lib.III.Cap. X.
Planetæ, qui ſpiritum procreant, atq; recreant, & qualia ad unum quēque planetam pertinent. lib.III.Capite.XI.
Planetarum fauor hominibus auſpicandus erit.lib.III.Cap.XXIIII.
Purgatio uehemens, repentina'q; deiectio penitus deteſtatur.lib.I.Cap.XIII.

q Varta quælibet, Lunę, & Solis, cuius conditionis ſit.lib.III.Cap.VI.

Adii ſyderum terræ molem uſq; ad centrum penetrant.lib.III.Cap.XVI.
r Radii cœleſtis officium non ſolum illuminare, calefacere, exiccare, penetrare, extenuare, diſſoluere, ſed etiam mirabiliores effectus habere conſtat.lib.III. Cap.XVI.
Radiorum ictibus aliter, atq; aliter incidentibus diuerſæ uirtutes naſcunt', ibidem.

Anguis abundans ſolum mittendus.lib.I.Cap.XXII.
s Sanguis bonus longæ uitæ accommodatus.lib.II.Cap.V.
Sanguis, & humor accommodatus uitæ, aerius eſſe debet, qualitate temperatus ſubſtantia medius, atq; tenax.lib.II.Cap.V.
Sanguis humani uſus pro uita ſenum.li.II.Cap.XI.
Sanguis abundans ſolū literatis mittendus e' uena lienis ſiniſtri brachii.lib.I.Cap.XXII.
Sanitas corporis quæritur propter conſequendam ſapientiam. lib.I.in procemio epiſtolari.
Sanitas mentis multo magis quæritur propter ſapientiam, ibidem.
Sapientia propter ſapientiam quæritur ſanitas.lib.I.in procemio.
Sapor, & dolor conuenientes.lib.III.Cap.XI.
Saturnus quibus ſit maleficus, quibus propitius, quos Iupiter a' Saturno defendat.lib.III. Cap.XXII.
Saturnus pro Ioue, ſicut Iupiter hominibus communem agentibus uitam, eſt iuuans pater. lib.III.Cap.XXII.

Saturnus ſtellis proximus, primoq; mobili ſimillimus, altiſſimus planetarum eſt. lib. III. Cap. XXII.
Senectus retardatur myrobalanis &c. lib. II. Cap. VIII.
Senectutem, citam, ſeu uelocem Venus & Saturnus inferunt. lib. II. Cap. XVI.
Senes utantur hoc regimine, & electuarium ſumant, ut ualidiorem, longioremq; uitam conſequantur. lib. II. Cap. VIII.
Senum qualis uictus. lib. II. Cap. IX.
Senum recreatio. lib. II. Cap. X.
Senum uita, lacte puellarum iuuenescit. lib. II. Cap. XI.
Senum diæta, habitatio, conſuetudo. lib. II. XII.
Senes a' planetis accipiant adminicula ad omnia membra fouenda. lib. II. Cap. XIII.
Senum confabulatio ſub Venere per uirentia prata. lib. II. Cap. XIIII.
Senibus loquitur Mercurius, & conſulit eis circa uoluptates odorem, cantum, & medicinam. lib. II. Cap. XV.
Senum medicinæ complures, habitatio, & diæta. lib. II. Cap. XVII.
Senes labores corporis oderint, multo magis animi, longam ſitim, inediam, atq; uigiliam. lib. II. Cap. XVII.
Senum medicina magorum optima, ſpiritus corroborans, ſenſum uegetans, ingenium acuẽs, & memoriam conſeruans. lib. II. Cap. XIX.
Senſus quinq; ſunt. lib. II. Cap. XV.
Septimo quolibet uitæ anno, fit in corpore mutatio maxima, ideo pericula uitanda ex quolibet uitæ ſeptenario imminentia. lib. II. Cap. XX.
Signa zodiaci, quæ membra reſpicere dicuntur. lib. III. Cap. X.
Sirupis ingenium fouetur, & memoria confirmatur hoc modo. lib. I. Cap. XIX.
Sol ubi leonem intrat, epidimiam ſedat. lib. III. Cap. IIII.
Sol efficacius agit, atq; Iupiter in hæc inferiora. lib. III. Cap. IIII.
Sol animalibus nocturnis inimicus, diurnis uero amicus eſt. lib. III. Cap. XXII.
Somno meridiano non neceſſario, digeſtio impeditur. lib. II. Cap. IIII.
Somnus nocturnus ſemper neceſſarius. lib. II. Cap. VI.
Sperma, ſi ſupra naturam profluit, magis obeſt, q̃ ſi quadragies tantundem ſanguinis emanarit. lib. I. Cap. VII.
Spiritus, ſeu uapor ſanguinis, inſtrumentum ſacerdotum, ſeu ſtudioſorum eſt. lib. I. Cap. II.
Spiritus nutritur, & conſeruatur per odores. lib. II. Cap. XVIII.
Spiritus odorum uarietate recreandus eſt. lib. II. Cap. XVIII.
Spiritu mundi omnia generantur, in cuius uirtute ſunt quatuor elementa, & nos per noſtrum ſpiritum hunc haurire poſſumus. lib. III. Cap. III.
Spiritus noſter haurit. mundi ſpiritum per radios ſolis, & Iouis, quatenus ipſe fit ſolaris, & iouialis. lib. III. Cap. IIII.
Spiritus noſter quibus modis haurire poteſt de ſpiritu, uitaq; mundi. lib. III. Cap. XI.
Spiritus uires, & membra, multa fouent. lib. I. Cap. XII.
Spiritum corporeum curare medicina decet, incorporeum uero ſpiritum, ideſt intellectum, diſciplina morali colere decet, ueritatem diuinam, religione uenerari fas eſt. lib. I. Ca. XXVI.
Spiritus eſt qualitas iouia, cuius tempore nobis infunditur, & eſt ſolaris. lib. III. Cap. XI.
Spiritum aliquem excolere uolens, patronum ſuum obſeruabis fortunatum, atq; potentem, & eliges lunam directam. lib. III. Cap. XI.
Stellarum attractus quomodo fieri ſolet. lib. III. Cap. II.
Stellarum fixarum uſus, & uirtutes. lib. III. Cap. VIII.
Stellæ uirtutes occultas tribuunt rebus naturalibus, & artificioſis, & ſpiritum noſtrum eis expo nunt. lib. III. Cap. XII.
Stellæ (ut platonice loquamur) dant ordinem rebus, quia ordines rerum a' ſtellis dependent, ut ſolarium, atq; ſimilium, & quomodo ſpiritus fiat ſolaris. lib. III. Cap. XIIII.
Stellæ imitandæ, non adorandæ ſunt. lib. III. Cap. XXI.
Stælle quos effectus, ſitus, & aſpectus habeant, ibidem.
Stomachi cura. lib. I. Cap. XI.

Stomachus

Stomachus guſtum aliquando literarum ſtudioſis amittit, & tunc medicinis iuuatur. lib. I. Cap. XVII.
Studiorum nouem duces. lib. II. Cap. I.
Studium qua hora opportune mane inchoandum, & quis continuandi modus. lib. I. Cap. VIII.
Studia noſtra inchoari opportune ad unam uel duas horas ante ortum ſolis conſtat. lib. I. Cap. VII.
Studioſis quis cibus, & potus noxius eſt, & quis prodeſt, & quomodo. lib. I. Cap. IX.
Studioſis, quæ alimenta uitanda, & quomodo pituita noxia ibidem. & Cap. X.
Studioſis uitanda omnia, quæ uiſum, olfactum, auditumq; offendunt, & multa alia uitanda. lib. I. Cap. X.
Studioſus nauſeam, uel ſatietatem deteſtetur, ibidem.
Superiora quomodo per inferiora ſuperioribus expoſita deducantur, & per mundanas materias mundana potiſſimum dona. lib. III. Cap. XXVI.

t
Triaca nihil ſalutarius ingenio, cuius drachmæ tertia pars ſaltem bis in hebdomada ſumpta confert, ſex, aut ſeptem horis ante cibum. lib. I. Cap. XII. & lib. II. Cap. VIII.
Tiriaca obliuioſis non eſt poſtponenda. lib. I. Cap. XXV.
Tiriaca non tantum guſtu, ſed etiam odoratu ſalutaris eſt. lib. II. Cap. XVIII.
Tiriaca mirabilem uim nacta eſt contra ſenectutem, atque uenenum. lib. III. Cap. XII.
Temperantia in affectibus, in uictu, & aere obſeruata, diuturnæ cõducit uitæ. lib. II. Cap. XX.

u
Aletudinarii, ſeu langoroſi longam uitam aliquando conſequũtur. lib. II. Cap. I.
Venus & Saturnus apud aſtronomos ſtellę inter ſe oĩbus inimicę. li. II. Cap. VIII.
Venus ſine baccho friget. lib. II. Cap. XV.
Venerea res uitæ etiam iuuenum detrahit. lib. II. Cap. VIII.
Venereus actus contemplatori contrarius, & quía uenereum actum ſectanti nihil alienius, q̃ cura & contemplatio. lib. II. Cap. XVI.
Verba magnam uim circa imagines habere cenſentur. lib. III. Cap. XXI.
Veritatis cupidi ſi tanta medicorum diligentia corporeum ſpiritum curant, multo diligẽtius intellectum diſciplina morali colere debent. lib. I. Cap. XXVI.
Veſtes infectas utentem inficere, teſtis eſt ſcabies, atque lepra. lib. III. Cap. XXV.
Vigilia nimia ſic curatur. lib. I. Cap. XXIIII.
Vigilia nocturna digeſtionem impedit. lib. II. Cap. IIII.
Vigiliam, & inediam, ſitimq;, laborem corporis, & animi ſolitudinem, & mœrorem deuitare conuenit. lib. II. Cap. VIII.
Vigiliis nimiis extenuati, exſiccato cerebro, ſic ſuccurrendum eſt. lib. I. Cap. XXIIII.
Vigilare multum poſt cœnam, & mane dormire, ingenio nocet, ut ſeptem rationibus probatur. lib. I. Cap. VII.
Vinum miſcere quando, & quibus confert. lib. II. Cap. VII.
Vinum nimium, uel nimis calidum, ſtudioſis inimicum eſt. lib. I. Cap. VII.
Vinum craſſum, turbidum, & nigrum, ſtudioſis nociuum. lib. I. Cap. X.
Vinum rubeum potius, q̃ album amato. lib. I. Cap. XI.
Vina rubra, ſtiptica'q;, & quodammodo ſubamara, accommodata bono ſanguini. lib. II. Cap. V. & VI.
Virtus fauorem cœlitus attrahens conſiſtit in eo, quod anima mundi ſtellarum, & dæmonum allicitur corporum formis. lib. III. Cap. I.
Virtus in nobis naturalis, uitalis, animalis adiuuatur per planetas, per quos, & quomodo. lib. III. Cap. VI.
Virtutem attractiuam ignea iuuant, retentiuam terrea, digeſtiuam aeria, & expulſiuam aquea. lib. III. Cap. VI.
Vis naturalis, uitalis, & animalis, per quas ſpiritus concipiuntur, naſcuntur, & fouentur. lib. I. Cap. II.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Via, quæ ad ſapientiam, ueritatem'que perducit, longiſſima, & plena laboribus. lib.I. Cap.VII.
Viſus cura.lib.I.Cap.XVI.
Viſum oblectant color uiridis, aqua, ſpeculum lib.II.Cap.XIIII.
Vitam ualidam & proſperam adiuuant ſtellarum, ſeu planetarum influxus.lib.III.Cap. VI.
Vita per res temperatas, permanens in ſpiritu recreatur, &c.lib.II.Cap.XIIII.
Vitam in corpore prolongare cupientes, ſpiritum excolere, & augere nutrimentis ſanguinem temperatum augentibus, & clarum, aere electo, ſuauibus odoribus alere, ſonis, & cantibus oblectare.lib.II.Cap.XVIII.
Vita non eſt in uiuentibus niſi per ſolem & lunam.lib.III.Cap.VI.
Vita longa ad perfectionem ſcientiæ neceſſaria eſt.lib.II.Cap.I.
Vitam longam etiam diligentia noſtra præſtat.lib.II.Cap.I.
Vita conſiſtit in calore, & humore.lib.II.Cap.II.
Vitæ producendæ præcepta.lib.II.Cap.II.
Vitalis calor nutritur humore, quo deficiente, fit reſolutio, quo excedente, fit ſuffocatio. lib.II.Cap.II.
Viuere diu non cupimus diſſolutos.lib.II.Cap.I.
Viuere fortunate cupiens in primis agnoſcat ingenium, ſydus, genium ſuum, & locum eiſdem conuenientem.lib.III.Cap.XXIII.

z Inziber conditum mane ſtomacho uacuo ſumptum, ſenſibus, & memoriæ conferт.lib.I.Cap.IX.
Zinziberis conditi uſus probatur.lib.II. Cap.IX.præcipue ſenibus.

CATALOGVS LIBRORVM MARSILII FICINI FLORENTINI.

COMPOSITA.

Opiniones Philoſophorum de Deo & anima.
Declarationes Platonicæ in adoleſcentia.
De uoluptate.
De amore. Ad quem librum componendum adhortatus eſt illum dilectiſſimus eius Ioannes Caualcantes uir pius admodum, atq; grauiſſimus, eo quidem conſilio, ut perditos uanæ pulchritudinis amatores ad amandam immortalem pulchritudinem reuocaret.
Item de Religione Chriſtiana.
Theologia Platonica in libros. XVIII. diuiſa de animorum immortalitate.
Commentarium in partem Philebi.
Libri epiſtolarum.XI. platonici plurimum, & morales.
Libri de uita tres, ſcilicet De uita ſana. De uita longa. De uita cœlitus comparanda.
Argumenta in libros Platonis omnes.
Argumenta in libros Plotini omnes.
Liber contra peſtem.
Argumenta quædam in Theophraſtum, ſiue Priſcianum de anima.

In ſecundo epiſtolarum libro continentur hi libelli.

Quinq; claues in platonicam theologiam.
De raptu Pauli ad tertium cœlum.
De lumine.
Opuſculum de ſtella Magorum.
Argumenta in Dionyſium de myſtica theologia, & de diuinis nominibus.
Commentarium in Timæum.
De Sole & lumine.

TRADVCTA

Multa ex Hermia in Phædrum, & ex Iamblicho de ſecta Pythagorea.
Mercurius Triſmegiſtus de ſapientia diuina, & opificio mundi.
Alcinoi compendium in Platonem, una' cum Speuſippi definitionibus, prouerbiis'q; Pythagoræ, & cum Xenocrate de conſolatione.
Omnes Platonis libri.LVI.
Omnes Plotini libri.LIIII.
Iamblichus de myſteriis Ægyptiorum, atq; Aſſyriorum.
Syneſius de ſomniis.
Pſellus de dæmonibus.
Porphyrius de occaſionibus ad diuina.
Priſciani Lydi commentarium in Theophraſtum de anima.
Proculi multa in Alcibiadem, & in Remp. & de ſacerdotio.
Nonnulla Porphyrii de abſtinentia.
Liber Dionyſii Areopagitæ de myſtica theologia.
Eiuſdem de diuinis nominibus.
Nonnulla Athenagoræ de reſurrectione.

Quotidie Platonis libros recognoſcit alicubi, alienis manibus forte contaminatos, diſtinguit'q; in capita, & longioribus argumentis, commentariis'q; illuſtrat.

LECTORIBVS.

LECTORES adeſte animo, ac perlegite, hoc uos orat Andreas ſocer Aldi. Aldus uiuus quo in dies magis atq; magis maius ſuum ſtudium uobis nauaret, operam dedit, ut per ſuos artifices imprimerentur monimenta Iamblichi, quæ res tum acta eſt non minus fideliter quàm accurate. Tum deinde Andreas ſocer cum iiſdem, ut ita dicam, librariis egit, hæc iterum uobis omnibus ederentur, ut rem iterum uobis bonis omnibus quammaxime gratam efficere poſſit, multa'q; iuſſit adſcribi, quę Marſilius latine uertit. appendix poſita eo' eſt iam tum in principio. ea, quæ uos omnia pernoſcetis, ſi lectores eritis. Additus tum eſt in fine catalogus omnium operum, quæcunq; compoſita ſint a' Marſilio. neq; hoc genus officii prætermittere uoluit, quo maiorem erga uos ſuam beneuolentiam oſtentet, ut per ea ueſter ſcilicet animus excitetur, atq; adeo inflammetur ad omnem cupiditatem ueræ gloriæ. Valete ac fauete induſtriæ.

Charta 112 uerſu 34 ſic eſt legendum, Patriæ patrem.
Char. 123 uer. 91 audiſſe te a' poteſtatibus, dum
Hæc in immenſo opere præteriimus. eaq; adſcripſimus, ut nihil uobis deſit ad ueram lectionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A B C D E F G H I K L M N O
P Q R S T V X Y.

Omnes sunt quaterniones.

VENETIIS IN AEDIBVS
ALDI, ET ANDREAE
SOCERI MENSE
NOVEMBRI
M. D. XVI.



Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca